i ¶ Cum talis.] ecce ratio. Et aduerte, quia in cōtrarium videbatur ex eo q̃a restitutio est prioris status reparatio: & restitutus in pristinū ius recidit. arg 15. q. 6. nos sanctorū. & cap. iuratos. & ſ. de elect. quia diligentia 2. q. 3. cap. si quem. in fine. & C. de sen. pas. l. 1. Restitutio enim hoc operari debet, ut nec prosit, nec obsit quod euenit. ff ex quib. cau. ma. l. 1. responso. & ff. de mino. quòd si minor. §. restitutio. Sed contrarium est uerum, ut hic: & sic pro parte hac debuit q̃stio terminari per decre. de renun. ex transmissa. & de simo. ex insinuatione. & Concor. C. de remis. pig l. ul. ubi, si de uoluntate creditoris debitor pignus distrahit, si iterum deueniat ad ipsum debitorem res illa distracta, non renascitur hypothecaria, quam habebat a princip. o: actio enim semel extincta, &c. de cōsecra. dist 4 quæris. §. itē per hanc. in gloss. 1. de solu. qui res. §. aream. Ad contraria respondetur, quòd hic non est uere restitutio: immo quędam noua concessio, per prędicta iura 1. Et nota. quòd hęc decre. facit in argu. ad quęstionem dominicalem: an scilicet, episcopus inuito patrono restituere possit presbyterum per se depositū. & determinauit Goffred. de renun ex transmissa, in fine. quòd non: per l. C. de nupt. si ut proponis 2. ubi dicitur, quòd in matrimonio restaurādo per filium post diuortium, requiritur consensus patris

1 Not. ꝙ restō ad gratiā extinctā nō retrotrahiᷓ ad tps primę ꝯcessionis. uñ si creditori post pactū de nō petendo, fiat pactū de petendo, nō recuperat interesse neque usuras medij tpis. P. de Anch. Do mi. Font.

patris. sicut à principio in contrahendo. In contrariũ facit, de renun. post translationẽ de Iudę. Iudęi. de ciuitate. &c. consuluit. de ijs quæ fiunt à prę l. cũ Apostolica 17. q. 1. eos. & not. de hoc 24. q. 4. Nabuchodonosor. in princip dicebat Host. opini Goffre. esse verã, cũ restituitur ab inferiore: sec⁹ si à Principe. ꝓ iura superius ꝓ restituto inducta, Bartho. Brix. in quæstione dominicali 1. quæ icipit, Sacerdos aliquis fuit: dixit, ꝙ si depositus appellauit infra decẽ dies: restitui põt inuito patrono: aliàs non. Tan. dixit, ꝙ si eps præuenit in restitutione patronũ, valet restitutio: aliàs nõ: ꝙ approbat Host in ꝑdi. decr. ex trãsmissa. & de elect. innotuit. & facit ꝙ not. s̃ de ꝯstitũ. cũ accessissent. in vlt. gl.

1 Dominicali. sing. 64. Et solutio eius cõiter approbat̃ ꝑ c. decerminus. 16 q. 12. Io. Andr.

a ¶ Intelligatur.] cõcor. infra eo. c. 2.

intelligatur [a] fieri sine iuris pręiudicio alieni.

¶ Idem.

¶ In litteris ad beneficia impetratis, inspicitur tempus datæ: Vnde per illas beneficium curatum obtinere non poterit, qui licet nunc sit maior, illo tempore minor erat. Ioan. Andr.

CAP. IX.

SI [b] eo [c] tempore, quo tibi de beneficio cum cura [d], vel sine cura mandauimus prouideri, ad obtinendum curatum beneficium idoneam [e] † non habebas ætatem: tibi, licet nunc legitimæ effectus [f] sis ætatis, auctoritate litterarum huiusmodi (cum tempore datæ [g] ipsarum adhuc † non esses [h] idoneus) de beneficio curam [i] animarum habente nequaquam poterit prouideri. Beneficiũ [k] autem sine [l] cura (cũ ad ipsum sufficientẽ tũc [m]

SI eo tẽpore.] Vnius thematis duo dubia soluit: & Vtriusq; causam reddit: secundum ibi, Beneficiũ. ¶ Præsupponẽdum primo, ꝙ quis non potest obtinere beneficium curatum, nisi attigerit 25. annum.

CASVS Quidam Titius minor 25. annis: quia forte in 24. anno à sede Apostolica impetrauit litteras gratiosas ad epm Pictauieñ. sub hac forma: Mandam⁹ vt tali ꝓuideas de bñficio cũ cura, vel sine cura, si ꝗ de ꝑsenti vacat, alioquin de ꝓximo vacaturo: Accidit, ꝙ anteq̃ vacaret aliquod bñficiũ, iste Titius effectus est maior, q̃a peruenit ad 25. annũ, & vacauit eccl̃a parochialis, q̃ Titius petit sibi cõferri virtute suæ gratiæ: Dicit eps, ꝙ istud beneficiũ curatũ nõ cõprehẽdebatur sub sua gratia: quia tẽpore impetrationis ipse erat incapax ad obtinendũ illud beneficium curatũ, Dicit ex aduerso impetrans, ꝙ licet tpe impetrationis esset incapax ad obtinẽdũ illud beneficiũ curatũ, tñ nunc ipse est capax: vtrũ bene dicat? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia requiritur capacitas tẽpore impetrationis, & non sufficit capacitas tẽpore vacationis: Sed vtrum vitietur beneficium sine cura ꝑ clausulam, Cum cura, puta, quia Papa mãdauit vt eps tali Titio conferret beneficiũ vacãs vel proxime vacaturum cum cura vel sine cura: vtrũ per clausulam, Cũ cura, vitietur clausula, Sine cura, ita ꝙ tota ipsi⁹ gratia sit vitiata? Respondet ꝙ non: ideo si vacet aliquod beneficium non curatum, episcopus tenet̃ illud conferre: & si eps nolit conferre, tunc impetrans habebit recursum ad suum executorẽ, qui ei cõferet illud beneficium non curatum, nõ obstante recusatione epi: quia vtile per inutile non vitiatur, quãdo sũt separabilia: secus si essent inseparabilia. Nota primo ex hoc textu iuncta glo. ꝙ minor 25. annis nõ est idoneus ad obtinendũ beneficium curatum: tamen sufficit, ꝙ compleuerit xxiiij. & attigerit. xxv. annũ, vt dicitur in cap. cum in cunctis. s̃. de electio. licet sec⁹ sit in episcopo: quia requiritur in episcopo, ꝙ compleuerit annum 30. & inceperit annũ 31. Quæ ætas requiratur in quolibet ordinato, tractat Panorm. in cap. super inordinata. de præb. in ant. Nota vlterius illud, ad quod allegatur istud capitulum: ꝙ respectu illius, ꝓ quo scribitur, attenditur tempus datæ litterarum, & non tempus vacationis: & iste est principalis effectus hui⁹ capituli: Et ratio huius potest assignari: quia litteræ fuerunt nullæ respectu illius incapacitatis: ergo tractu temporis non conualescunt. Nota finaliter, ꝙ litteræ ad beneficia possunt pro parte valere, & ꝓ parte non valere, vt in casu huius capituli: Nã si minori vigintiquinq; annis facta fuerit gratia respectu bñficij curati: litteræ nõ valent: & tamen respectu aliorũ beneficiorũ, valent: & sic vtile per inutile non vitiatur.

[Glossa prima summat.]

b ¶ Si eo.] in litteris ad beneficia impetratis inspicit̃ tẽpus datæ: vnde ꝑ illas beneficiũ curatũ obtinere nõ poterit: quia licet nũc sit maior, illo tempore minor erat.

† Quæ sit idonea ætas in quolibet ordinato tradit Panormitanus in c. super inordinata. de præbend.

[Glo. seq. signat contrariũ, & ibi remittit.]

c ¶ Si eo] cõtradicit ad hanc ꝭ. de præben. ei cui ꝓuideri. ibi soluitur.

d ¶ Cum cura.] nisi hoc fuisset expressũ, de curato prouideri nõ posset. supra. de præb. cap. vlt. & infra de præb. cum in illis.

e ¶ Idoneam.] scilicet 25. annorũ. supra. de electio. cum in cunctis.

f ¶ Effectus.] spectam⁹ ergo initiũ. & facit s̃. de elec. dudum 1. & quod ibi not. Nec firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio nõ valebat. infra de reg. iur. non firmatur. cum suis concor.

g ¶ Cum tempore datæ] sic nota inspiciendum tempus datæ. sic s̃. eo. eam te. & ꝭ. eod. tibi qui. & de præb. cum cui.

[Glo. seq. recit. per quæstionem: alleg. pro, & soluit contrarium.]

h ¶ Non esses idoneus.] propter defectũ ætatis 2 & idem dici posset de defectu ordinum. arg. s̃. de ætate. & qualit. Præterea. sed hoc est falsum, vt inf. de præb. si pro clericis pauperibus.

2 Illum defectũ ꝓbabit obijciẽs, q̃a fundans se in ætate dẽt illã probare. Do. Ad. de Bar. in l. de ætate ff de min. Fõ.

i ¶ Curam animarũ.] in his, qui ad curata beneficia promouent̃, requiritur maior idoneitas, quã in alijs: & ideo si mandatur prouideri de dignitatibus, personatibus, vel beneficijs, de cura mentione non habita, de curatis, dignitatib⁹, personatibus, vel beneficijs non poterit prouideri. infra de præb. cum in illis.

k ¶ Beneficium.] quia poterat dubitari, ne illa inutilis adiectio, s. Cũ cura, vitiaret in totũ rescriptũ: scilicet, qđ nec ẽt de simplici posset prouideri: ideo annectit quod sequitur. Et sic not. vtile non vitiari per inutile. infra de reg. iur. vtile, cum suis concor.

l ¶ Sine cura.] quia ex se curam non habet: si autẽ haberet annexam parochialem & curatam ecclesiã, dic vt dicam infra de præb. super eo.

m ¶ Tunc.] scilicet tempore impetrationis.

ADDITIO. Adde ergo, qđ si q̃s impetrauerit beneficium cum cura vel sine cura, & tempore impetrationis est legitimæ ætatis: si vacat, ei debetur ut in hoc capit. & hic no in glo. ista an tepe. Contrariũ not. de præb. ꝭ. c. ei cui. eo lib. vbi apparet sufficere qđ tpe vacationis habeat sufficientem ætatem. Sol. ibi not in 3. glos. quia prima glos. loquitur in impetratione curati, secũda in impetratione sacerdotalis. Satis obstat quod nota eod. titu. non potest. in 4. glo. Sed credo, gloss. cap. ei cui, posse sustineri, licet aliqui cõtra. q̃a plus est habere curatũ in actu & habitu, q̃ in habitu tm̃: ad hoc quod not. de cleri. non resid. quia nõnulli. super ver. parochiales. & per Hostien. de offi. Archidia. cum satis. & Io. And. super ver. animarum, & optime pro-

me probat extrauagans. Ioan. execrabilis iuxta finē, versi.quantum autē. Et quod not.in præalle.c.ei cui. super ver.licite,in nouella. & vide cōtrarietatem gl. Grego.Sed adhuc insto per hunc textū in fi.& in glo. quæ loquitur in beneficio simplici. Vnde pōt sic dici, ꝙ est quædam inhabilitas rōne ætatis tēporaliter ad beneficiū: quædā solum rōne ętatis ad qualitatē beneficij curati:quædā sacerdotalis tātū. In prima & scd'a inspiciam' tps impetrationis,in tertia tēpus vacationis: quia plus est aliquē

ætatem a haberes) per eas licite b poteris obtinere.

¶ Idem.

¶ Gratia generalis nō præiudicat speciali: & debet facere mentionem de præcedenti priuilegio, consuetudine, uel statuto.hoc dicit.Zenz.

esse inhabilitatū ad totū,quàm ad partem,vel ad qualitatem paruā: ad hoc quod notatur hic in nouella, de æta. & quali.indecorū.de præb.super inordinata. & ꝙ not.de corpo.vitia.c.1.& 2.& fi. Et forte speciale est in ista qualitate sacerdotali, vt hic sētit Ioā.And. & adde ꝙ notatur.supra de concess.præb.cum nostris. per.Inno.& Ioan.And.in additione,quæ incipit: Et in clementina.Hieronymus Clarius Brixien.

[Glo seq. qrit.allegat opinio.iterserens, & soluit.]

a ¶ AEtatem]sed 1 quæ est idonea ætas in beneficio sine cura: Vr ꝙ maior quattuordecim ad illa dicatur idoneus.supra de p̄ben.sup inordinata.vbi Hostiēsis hoc tenet in canonis pp maturitatem consilij,qđ requiritur in illis: nam ibi pueri non dicuntur idonei ad beneficia obtinenda. Certum aūt est, ꝙ infans dr̄ vsque ad septimum annum:puer aūt,de septimo vsq; ad duodecimum, vel 14.annum. 22. b.5.pueri.& C. de falsa moneta.l.1.& dixi supra.in proemio.circa finem.Sed vt ibi notat Bernardus,dici pōt,ꝙ pueri ibi dicuntur minores septennio.& isti dicūtur indigni: Septennes aūt, & maiores septennio dicūtur idonei: cum enim tales possint ordinari.28.distin.de his.cū glos.1.ergo & in beneficijs intitulari.Argumento,de præb. cum, secundum. Ad hoc optime facit infra.de ele.ex eo.& hæc vera intelligo, nisi essent talia beneficia,quæ sacrū ordinem ex priuilegio,consuetudine vel statuto, vel alio modo requirerent.& facit ꝙ dicam ĩ.de fil.presb.cap.1.1.respōso.& probatur expresse ĩ.de præb.ei cui prouideri. An hodie dispēsent epi in ętate, not.supra. de elect. cum dilectus.& dicam infra,de electio.licet canon.& de ætate & qualitate, cap.vnico.Ioan.And.

b ¶ Licite.] id dicimur posse, quòd licite possum'. 22.q.2.faciat Ioan.And.

SI propter.] Propter multiplicitatē intellectuum glos.Ioan.And.non summat:potest tamen sic summari:Generalis gratia habens clausulam generalem, scilicet:Non obstante, nisi id aliter exprimatur,non præiudicat iuri specialiter ex statuto, consuetudine, vel priuilegio alij quæsito hoc dicit secūdū Io.de Fātuzis.fm quem hoc summarium comprehendit vtrāque lecturam positam in glos. Diuiditur secundum Ioan. And. quia primo ponit thema, & eius dubium soluit ibi, Intentionis. casum exceptum interserens. ibi,Nisi.

CASVS. 2 Papa concessit epo Bonoñ. debitorum onere grauato priuilegium, ꝙ fructus beneficiorum primi anni vacantium in sua dięcesi perciperet: & erat hæc gratia vsque ad quinquennium duratura;apposito in priuilegio,ꝙ non obstarent consuetudines, priuilegia vel statuta,per quæ sua posset impediri cōcessio: Vacauit quoddam beneficium, cuius redditus primi anni de priuilegio, consuetudine,vel statuto spectabāt ad fabricā ecclesiæ, vel aliū vsū,vel aliquā singularem personam:quæritur cui debeantur huius beneficij redditus primi anni?Rñdetur fm vnā lecturam, ꝙ debentur fabricæ, vel illi vsui, vel singulari personæ: nisi in concessione facta episcopo aliud caueretur expresse.Vel dic vt infra.in vlt.glo.

CASVS 3 secundum veriorem intellectū: Papa fecit epo Pictauiēsi gratiam(videlicet pro exoneratione & solutione debitorū ei indulsit) vt fructus primi anni oīum beneficiorum vacantiū in sua diœcesi perciperet vsq; ad quinquenniū: In ipsa diœcesi Pictauiensi erant aliqua beneficia, quæ habebāt hoc onus, ꝙ redditus primi anni erant deputati alicui hospitali vel fabricæ: vacauit tale beneficiū: Quæritur tunc, quis habebit redditus primi anni:an eps,vel fabrica? & vtrū ista gratia faciat præiudiciū fabricæ? Rñdet Romanus Pōtifex, ꝙ p talem gratiam non fit præiudicium fabricæ, quo min' percipiat fructus vnius anni: tñ eps habebit fructus primi anni,& nō fabrica:sed fabrica habebit fructus secūdi anni. & institutus in beneficio habebit fruct' tertij anni:& sic fiet sine præiudicio fabricæ.Et rō est quia aliàs ista gratia esset inutilis ipsi epo:puta,si illud beneficium solum vacaret in quinquennio:tunc si eps perciperet solum fructus secundi anni,gratia esset ei inutilis: quia secundo anno esset expirata. Et istud verum, ꝙ dabūtur fructus epo vel fabricæ,deductis oneribus ipsius beneficij, videlicet,ꝙ institutus accipiat moderate aliquam portionem pro seruiēdo in diuinis:& residuum dabitur epo vel fabricæ.Nota primo ex isto capitulo,ꝙ eps non potest retinere fructus beneficij vacantis,si cōtingat vacare tpe messiū, sed illos fructus tenetur reseruare futuro successori, quem instituet:quia aliàs frustra impetraret priuilegium,vt perciperet fruct' primi anni beneficiorū vacantium in sua dięcesi:quia frustra precib. implorat̃ quod alicui iure cōi cōceditur.l.vnica, de thesauris, lib.10. C. Nota principalem effectum huius capituli, videlicet, ꝙ si epo mole debitorum grauato fuerit facta gratia, ipse percipiet redditus primi anni beneficiorum vacantium in sua dięcesi, si tales fruct' primi anni antea erant assignati fabricæ, vel alicui personæ:per gratiam episcopi non præiudicatur fabricæ vel personæ singulari,etiam si Papa dixerit in gratia episcopi:Non obstantibus priuilegijs vel consuetudinibus:sed debet fieri interpretatio, quia eps habebit redditus primi anni:fabrica aūt vel p̄sona singularis habebit redditus scđi anni,& instituti habebunt redditus annorum sequentium: licet alicui dicant, ꝙ fabrica haberet fructus primi anni, & episcopus secūdi,& institutus annorum sequentium.

CAP. X.

SI propter tua c debita persoluēda fructus d beneficiorum primi anni e,

c ¶ Tua debita.]ad idem infra de præb.si tibi 2.

d ¶ Fructus.] Nota,quod nō hēt retinere beneficia, sed fructus.Vide vt dixi s̃.eod.si gratiose.in hoc casu vacant beneficia.vnde is,ad quem p̄tinet electio,infra tempus statutum necessario habet eligere 4. Et facit quod notat Bernardus de magist. quia nōnullis. & probat̃ hoc satis ĩ.de præb.si tibi cōcesso. Io.And.

[Glo.seq.quærit, & soluit duo dubia:& solutioni secundæ signat contrarium,cui respondet]

e ¶ Primi anni.] quid dices?computabiturne annus iste à die fructuū colligēdorum, an à die vacationis vel mortis? Credo, à die vacationis computari.Vnde non credo hic seruari legem de vasallo:quę dicit, ꝙ si vasallus decedat post Augustum & ante calendas Martij, quòd ad dominum pertinet:alioquin ad vasallum vel eius heredem, vt in lib.feud.tit.hic finit̃ lex.regni.cap.si vasallus. Sed credo ꝙ à die vacationis vsque ad annum quicquid obueniet beneficio,& separatum erit à solo, totum erit huius priuilegiati. Comparo enim hunc priuilegium vsufructuario,qui fru-

1 Istā gl. sequunt̃ Philip. & Do. qui Do.de materia bene cōcludit. Fon.

2 Hic casus vsque ad illa verba vr̃ dic vt ĩ. in vlti.gl. Io. And. est, & in antiquis codicib. reperitur.

3 Hic casus paulo longior ē cuiusdam Heliæ.

4 Eligere. Nō obstat secundū Archi. ꝙ ecclesiastica bñficia dñtr̃ ne diminutione p̄cedi. s̃. vt eccle. bñfi in rubro & nigro:&qđ spirituale ius sine tpali nō cōsistit. 1. q 3.si qs obiecerit. Itē quod inane nomen habebit sine fructib. quia hoc operatur indulgētia: quod patet ēt in oīb' vltra numerū auctoritate Papali receptis, q ex pectāt, s̃. de præbē. relatū.Io. And.

fructus separatos & reconditos, suos facit. ff. de vsufruct. l. arboribus. §. Iulianus. alias incipit, si fur. secūdum moderationem tamen decr. infra de offi. ordina. præsenti. §. porro. & facit quod ibi dicam. Et dico, quòd annus iste habebit ccclxv. dies. vnde si vacauerit ecclesia prima die mēsis, sequēti anno prima die eiusdem mēsis finit⁹ erit annus. & facit quod dicam infra de elect. quàm sit ecclesijs. & si esset bissextus, illi duo dies cedūt sibi pro vno: pro uno enim cōputantur, vt s. de verbo. sig. quæsiuit. ff. de verb. sign. cum bissextus. ff. de diue. & tēp. præ. l. 2 in vlt. gl. Licet sit arg. contra ff. de statu liber. l. cū hæres. §. Stych⁹. Sed illud in pœnis vel odijs, quæ sunt mollienda, de pen. dist. 1. pœnæ. j. de re gul. iur. in pœnis. & facit quod not. in prædi decre. quæsiuit. & 55. dist. c 2.

quę in tua vacabunt [a] diœcesi, tibi (non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, priuilegijs, vel statutis, per quæ nostra impediri [b] posset concessio) vsque ad quinquennium [c] de speciali [d] gratia concedimus: [e] intentionis [f] nostræ nequaquā existit, si fructus huiusmodi ecclesiæ tuæ fabricæ, † vel alteri [g] vsui, seu cuicunque singulari personæ, de speciali consuetudine, priuilegio, vel statuto [h] forsitan debeantur, quòd eis per cōcessionem [i] ipsam (nisi hoc expresse [k] caueatur in ea) præiudicium [l] aliquod generetur.

† No. textū hic iūgendo cū uerbo statutis. ꝙ eps statuit, ꝙ fruct⁹ bñficiorum vacantiū debeant fabricæ. Philip. & Do. & Pe. Font.

[Glo. seq ponit quatuor exempla, & subdit genus, demum quærit, arg negatiue: & contrarium soluit.]

a ¶ Vacabunt.] morte, renūciatione, depositione, trāslatione, uel quocunq; alio modo. Quid, si pmutatione? Videtur, ꝙ secus, per decr. j. de rerum permu. cap. vnico. Sed contrarium puto: quia negari non potest, quin propter permutationem vacet? & æquitas in eo solo casu iuris rigori præfertur, in quo scripta reperitur, in alijs non: non enim ex illo speciali casu est regula danda.

b ¶ Impediri.] secus ergo si differri: & licet intēdat per clausulā, Non obstante, impedimenta tollere: dilationes tamen tollere non intendit, licet ex dilatione impediri posset, ut j. dicam.

c ¶ Quinquennium.] factū narrat: idem erit in citeriori & vlteriori tempore.

[Gl. seq. declarat in quo est gratia, & quid ꝯfert.]

d ¶ Speciali gratia.] quia de iure futuris successoribus ꝯseruari debebant, vel in utilitatē ecclesiarū expendi. j. de elect. q. a sæpe. & de offi. ord præsenti. & intelligo hanc gratiā, & illam quæ sequitur secundū moderationē illius decre. præsenti. §. porro. scilicet, ꝙ hoc solū intelligatur de illis fructib. ecclesiarum vacantiū, quæ solutis debitis, si qua sunt: & his, quæ necessaria fuerint, pro seruitorib. & ministris, & alijs incumbentib oneribus usque ad nouos redditus reperta fuerint superesse.

[Gl. seq. quærit, & opinionem ponit, quam fortificat per aliam opinionem cui opponit, & dupliciter respondet.]

Legat⁹ de latere, an possit ꝯcedere fruct⁹ primi anni bñficiorū uacantium.

e ¶ Concedimus.] an legatus de latere similem gratiā dare possit, tractauit Io. de Deo in quæstionibus suis, in prin. & Guil. in Spec. tit. de legato. §. nunc tractemus. in fin. & dicunt, ꝙ dato, ꝙ ex causa hoc posset: beneficium tamen uel dignitas dēt cum aliquo emolumento conferri. Quod uerum est, vt dixi s. in gl. prox. & in gl. nota ꝙ non. Notat etiam Bernar sup. vt eccl. benef. vt nostrum. in ulti. glo. ꝙ episcopus ex iusta causa ad tēpus posset fructus alicuius beneficij retinere: pbat per decret. s. de uerb. sign. cap. penult. quę etiā facit contra, cum id fuerit impetratum a Papa. Sed potest dici sic fuisse de facto: ad hoc s. de fil. præsbyt. litteras uel illud secūdum Goffr. in fructib. omniū beneficiorum uacantiū vsque ad certum tps, ut hic etiam. In vno autē beneficio & eius prouentibus cōuertendis ex cā in vsum prælatis, non erit necessaria licentia Papæ: quia cum eps cum capitulo possit supprimere dignitatē, & propter necessitatem possessiones alienare, multo fortius prouentus percipere.

ADDITIO. Et hoc est verū, dummodo illa perceptio nō cōcernat utilitatem ipsius episcopi. Dom. Font.

f ¶ Intētionis.] nota ad intētionē scribentis recurrēdum. facit. s. eo. c. 2. & j. de conces. præb. c. ult. & sup. de deci. ex multiplici. cum sim.

g ¶ Alteri vsui.] puta, mensæ capituli.

h ¶ Statuto.] nota, ꝙ oia priuilegia, cōsuetudines, uel statuta quacunque firmitate vallata: cōcessa capitulis, cōuentibus, vel collegijs cathedralium, regularium, & conuentualium ecclesiarum, seu singularibus earundem personis, vt bona ecclesiarum ipsarum vacantium a prelatis dimissa, vel tempore vacationis obuenienti a possint surripere, diuidere, vel in suos vsus conuertere, sunt hodie reuocata & quassata per decret. infra de elect. quia sæpe. & c. statutum. in clemen. quę tamē in alijs beneficijs locum non habet, vt infra de offi. ord. præsenti. in fin.

¶ Idem.

¶ Causæ ab Apostolica sede, vel eius legato committi debent dignitatem obtinentibus, uel canonicatum ecclesiæ cathedralis. Nec tractari debēt, nisi in ciuitatibus vel locis insignibus. h. d. vsque ad §. cum vero.

i ¶ Concessionem ipsam] sibi factam.

K ¶ Expresse.] ad idē s. eo. cum aliquibus. & cap. susceptum. & c. quamuis.

[Gl. seq. ponit duas lecturas: Contra secundam dupliciter opponit, & primam approbat.]

l ¶ Præiudiciū aliquod.] nisi istud verbum esset ita generale, ista decret. sic posset intelligi. ꝙ ex ea nil se quereretur absurdū: scilicet, quòd fabrica uel vsus ille, vel aliæ singulares personæ sic priuilegiatæ habeant redditus secundi anni; iste autem priuilegiatus habeat redditus primi anni: & ita be ne cōsequeretur secundum hoc suum effectum illa clausula priuilegij, Non obstantib. quibuslibet consuetudinibus, priuilegijs, &c. Alij dicunt, ꝙ illa fabrica uel alij hic contenti, habebunt redditus primi anni: quia Papa non intendit eis derogare, sed soli successori: Iste autem priuilegiatus habebit redditus secūdi, qui sibi est primus: sed quoad successorē uel beneficiatum, tertius erit primus: & sic nullum præiudicium etiam ex aliqua dilatione, generabitur fabricæ: sed secundum hoc posset impediri concessio, quod est contra tenorem ipsius gratię. Pone enim quòd in anno quinto, quo finiri debet gratia, uacet beneficium: si fabrica primos redditus habeat, episcopus nihil habebit. Itē quid operabitur illa clausula: Non obstantibus, &c. cum successori sine clausula illa pręiudicium fieret. Vnde prima lectura magis mihi placet, 1 & magis est amica litteræ, vt dicamus, quòd ista erat dubitatio Decretalis, an per istam concessionem sic factam, scilicet, Non obstantibus quibuscunque, &c. videretur derogare ipsi fabricæ, vsui, uel singulari personę: ut ex quo ex illius priuilegij uigore redditus primi anni habere non possunt, amplius nil habeant: Et Papa respondet, quòd habebunt redditus secundi anni, quasi ille eis sit prior, ut illa clausula, Non obstantibus non successorem, sed priuilegiatum tantum coadiuuet.

1 Ista opinio ē gl. & cōis q̄. quā Archid. & Pet d̄ Anch. displiceat Fon.

CAP. XI.

Statutum [a] † quod [b] circa iudices à sede Apostolica [c] deputandos nuper edidimus, cum quædam [d] contenta in eo, quæ pro communi [e] vtilitate credebantur [f] inducta, sicut experientia [g] docuit, tendere dignoscantur ad noxam: [h] sanctione [i] præsenti, quam irrefragabiliter obseruari mandamus, suadente vtilitate, in melius [k] duximus reformandum. [l] Sancimus igitur, ut nullis, nisi dignitate [m]

† Vide qđ nouissime sanciuit Cōcil. Trid. sess.25. de for.c. 10.

Statutum.] Principium huius c. legitur vsque ad §.Cum vero eiusdem.

CASVS sic figuratur: Prætendebam Titium debitorē meū in aliqua pecuniæ summa: & quia habebam ordinariū loci certa ratione suspectū, nolui ipsum corā ordinario ꝯuenire: sed a sede Ap̄lica impetraui, cām delegari canonico eccl'ę beatę Marię maioris Pictauij, vel canonico eccl'æ beati Hilarij maioris, vl' simplici sacerdoti, q non habebat dignitatē ecclesiasticā, nec ꝑsonatū nec canonicatū ecclesiæ cathedralis: Præsentaui litteras meas d legato, qui Titiū meū debitorē ad præsentiam suam fecit citari: q in die citationis cōparuit, cui obtuli libellū meū: Qui reus excipiendo proposuit, ꝙ non tenebat litigare corā ipso delegato ꝑꝑ incapacitatē ꝑsonæ: qa causæ à sede Apostolica non pōt committi, nisi ꝑsonis existentib. in dignitate, uel personatu, uel nisi sint canonici ecclesiæ cathedralis: & sic, qa uirtute litterarū delegatur, iste nō recepit potestatem, quærit an bene dicat? R̄ndet Romanus Pontifex, ꝙ sic: Et hoc verū, nisi Papa hoc faceret ex certa scientia: vide licet cōmittēdo alicui quāuis nō sit in dignitate vel personatu: vel quāuis non habeat canonicatū eccl'æ cathedralis: Sāctissime Pater, quęritur vtrū habentes dignitatē, uel ꝑsonatum, uel canonicatū ecclesię cathedralis possint cognoscere in omni loco de causis sibi à sede Ap̄lica cōmissis? Dicit Romanus Pontifex, ꝙ non: immo tales delegati, vel ipsorum subdelegati debent de causis sibi commissis cognoscere in ciuitatib. & alijs locis insignib. in quib. possit haberi copia peritorum. Nota primo, quòd cum statutum positiuum tractu temporis incipit esse damnosum, ꝑꝑ varietatem morum mutari potest: quia non debet reprehensibile iudicari, si secundum uarietatem temporū statuta varientur humana. cap. non debet. ꝟ. de consanguinit. & affinita. Nota vlterius, quæ personæ sunt capaces iurisdictionis, seu delegationis Apostolicæ: quia solum illæ personæ, quæ sunt constitutæ in dignitate, vel personatu, vel quæ obtinent canonicatū in ecclesia cathedrali. Sed quomodo cognoscemus, ꝙ aliquis habeat personatū uel dignitatē? Declarat Panor. in c. de multa. sup. de præben. ubi dicit, ꝙ recurrendum est ad consuetudinē, ut si sit consuetudo ꝙ talis habeat præeminentiam & iurisdictionem, dicitur habere dignitatem: Si autem sit consuetudo, ꝙ talis habeat pręeminentiam in ecclesia, & non iurisdictionem: tunc dr̄ habere personatum, & non dignitatem. Nota insuper, quòd canonicus ecclesiæ collegiatæ, quantuncunq; illa ecclesia sit notabilis, non ē capax Apostolicæ iurisdictionis: & sic est correctum c. pręsenti, quod hodie nō habemus: de quo fit mentio in principio huius capituli: Et quamquam canonici ecclesiæ cathedralis possint esse delegati ad vnā uel plures causas: non tamen possunt esse conseruatores. c. fin ꝟ. de offi. deleg. Nota ꝙ delegati à sede Apostolica, nō possunt pro libito suæ uoluntatis cognoscere de causis sibi delegatis in quocunq; loco: sed debent causas examinare in ciuitatib. populosis, uel alijs locis insignib ubi sit copia peritorum. Et si alibi cognoscerent, processus non ualeret, vt in fine huius capituli, ubi ponitur clausula, quæ irritat facta. contra istam constitutionem.

a ¶ Statutum.] licet hæc decretalis per paragraphos aliter diuiditur: eā tamen in quatuor partes diuido principales: Prima durat a principio usq; ad §.Insu. per. Scd'a ab inde vsq; ad §.Proferēdo. Tertia abinde vsq. ad §. Quicquid. Quarta vsq; ad finē. In prima statuitur quib. ꝑsonis, & in quib. locis causæ a sede Apostolica, vel legatis vel delegatis ipsi' cōmitti dēant, & tractari. In scd'a ꝓuidet' circa actiones, q̄ fiebāt in iudicijs ab ipsis delegatis, assessorib. uel notarijs cāē: & apponit' pęna. In tertia ꝓuidet' circa vocationes testium ad iudiciū, q̄ sępius malitiose fiebāt, & cā fatigādi testes, vl' ab eis aliqd extorquendi. In vltima decernit' cassum & irritū qcquid fuerit factū ꝯ prædicta statuta.

ADDITIO. Ioannes Monachus diuidens decre. in sex partes: de prima faciebat tres, dicens, ꝙ primo statuit circa loca & iudices: Secundo circa actores & reos in §. Cum vero. Tertio in §. In nullo. circa loca & iudices prorogat. Archid. non diuidit Ioan. And.

b ¶ Statutum quod.] loquitur de decretali sua extrauaganti, quæ incipiebat, Statuimus. reformat etiā Decretalē Inno. iiij. eo. tit. præsenti, quam hodie non habemus. & decre. sup. eo. nonnulli.

c ¶ A fede Apostolica.] legatis, vel delegatis ab eis, ut inf patebit. Ioan. And.

d ¶ Quædā.] ibi nō distinguebatur, an actor, & reus essēt eiusdē ciuitatis uel diœcesis, vel diuersarū. Itē additur ꝙ de expresso ꝯsensu partium extra locum, quo deputatus est, possit iudex cognoscere & cōmittere, si referas ad decret. præsenti. In illā poterit fieri cōmissio institutis in collegiatis honorabilib. & in cathedralib. ecclesijs: vnde secundum eā videbant' posse cāæ committi mansionarijs, & quibuscunq; priuilegiatis in talib. ecclesijs: quod erat absurdum. Hic autem prouidetur, quòd solis canonicis cathedraliū ecclesiarum fiat cōmissio.

e ¶ Cōmuni vtilitate.] quæ in legib. constituendis attendenda est. 4 dist. erit autem lex. & ꝟ. in procœmio huius libri.

f ¶ Credebantur.] & erant sine dubio respectu prioris temporis. Ioan. And.

g ¶ Experientia.] ad idē ꝟ. de elect. quàm sit. & ff. de leg. 3. l. legatis. §. ornatricibus.

h ¶ Ad noxā.] & ideo nō debuit iudicari reprehensibile, si secundum tēporum varietatem, varietur ipsum positiuum statutum 61. dist. c. quia sancta. §. uerū. in fin. 35 q. 1. c. 1. ꝟ. de senten. excom. cap. vltim. in princ. ꝟ. de consang. & affi. non debet. cū suis concor. Sic & priuilegium cum tendit ad noxam, reuocationem uel moderationem à Principe recipit. ꝟ. de deci. suggestum. ꝟ. de priuileg. c. 1. & cap. auctoritate. & ca. sequenti.

i ¶ Sanctione.] sanctio proprie dicitur, cui adijcitur pœna, quod dic ut notatur 5. dist. in summa.

K ¶ In melius.] laudabilior est autē qui rem emendat, eo qui prius inuenit. C. de uete. iure enuclean. l. §. sed neque.

l ¶ Reformādum.] eo ꝙ non in totum, 1 sed pro parte corrigitur istud statutum, ut inf. uidebis.

1 Not. ex hac glossa qd sit reformare.

Glo. seq. remittit. obijcit. & dupliciter soluit.]

m ¶ Dignitate.] dignitas sumitur multis modis: qđ dic ut notat Ioan. 4. dist. denique. & Vin. & Bernar. ꝟ. de cleri. nō resi. cap. 3. hoc ad litteram de ecclesiasticis dignitatib. intellige. Et nota mirabile: qa possunt committi causę maiorib. xx. ann. vt supra de offi. deleg. cum vicesimum. a quocunq;, & etiam minorib. a Papa, ut ibi, & ff. de re iud. qui dā ꝯsulebāt. Sed certū est, ꝙ q est in dignitate, uel ꝑsonatu, debet attigisse

saltem

saltem xxv. annū. s. de ele. cū in cūctis. & sic vr, quod minoribus xxv. annis non pnt causæ cōmitti, ijs, dico, qui non attigerint. Solu. Si causæ nō possent cōmitti nisi psonis in dignitate vel psonatu constitutis, tūc procederet obiectio: sed possent ēt cōmitti canonicis ecclesiarum cathedralium: in qb. non requirit tanta ętas, vt probat j. de elect. ex eo. & dixi. s. eo. si eo tpe, & sic obiectio nō procedit. Dico ēt quod dispēsatiue potest aliquis habere dignitatem vel personatum, ēt minor xxv. annis. per dispensationem Papę 1 vel episcopi; primum patet, secundum probatur. infra de ętate & qualit. c. vno.

prædititis a, aut personatum obtinentibus b, seu ecclesiarum cathedralium c canonicis d, causæ e auctoritate litterarum f sedis Apostolicæ g, vel legatorum h eiusdem de cetero i committantur k, nec

1 Si tū talis ē inhabilis ad iudicandū, nō erit delegatus, qa dispensatio nō extenditur ad consequētiam actus dispensati. Do. Fon.

a ¶ Præditis] idest, præ alijs ditatis. Est enim dignitas quædam præeminentia in ecclesia, vt sup. de verb. sign. quamuis.

b ¶ Obtinentibus.] idem de officialibus episcoporū principalibus & foraneis & de Priorib. religiosis conuentualibus & claustralibus: Dic vt in Clem. eod. tit. & si principalis.

c ¶ Cathedralium.] sufficit ergo quod sit cathedralis. Et sic sublatum est, quod olim continebatur de ecclesijs collegiatis honorabilibus: licèt adhuc hodie in alio sit comparatio, vt inf. de electione, quia sæpè alibi ęquiparantur cathedrales & regulares. sup. de electione, ne pro defectu.

[Glo seq. primo duo puncta declarat. Secundo quærit. arg. pro, soluit ɔ̄rium, & arg. respondet. Tertio ponit ius vetus. Quarto notat præsumi, &c. allegat 8. iura. Quinto soluit duas quæstiones.]

d ¶ Canonicis.] habentibus igitur perpetuū officiū in eccl̄a cathedrali sine dignitate, personatu & canonicatu: de quo loquitur j. tit. prox. c. j. non poterit causa committi, cum de his non exprimat. Itē scias quod licèt isti canonici delegari possint: Cōseruatores tñ dari non pnt: cum decre. vlt. j. de offi. deleg. eos non exprimat. Sed, vt s. dixi, Canonicus pōt esse maior septēnio p decret j. de elect. ex eo. & dixi de hoc s. eod si eo tpe. in gl. pen. Si committatur causa tali canonico, nunquid dicemus litteras valere? Vr quòd sic: qa ista decretalis vltima de hac materia hoc solū requirit, quod sit cathedralis ecclesiæ canonicus: ergo huic stabim9. Sed ɔ̄rium credo, & dico quod si tali impuberi committeretur causa, nisi appareret de certa scientia Papæ, ñ teneret commissio. Et idem dico, si committatur ab alio, q̄ à Papa minori xx. per prædictam decret. cum vigesimum. quam non dico, nec credo correctam per hanc Quòd enim non mutatur, cur stare prohibetur. C. de testam. sancimus. & correctio iurium est vitāda. s. de electione. ecclesia. 2. & j. de elect. cum expedit. in prin nec ista decre. dicit, quod hoc sufficiat: sed quod hoc requiritur vnde non ɔ̄dicit: aliàs eadem ratione dicēdum esset, quod dummodo sit canonicus cathedralis ecclesiæ vel in dignitate vel in personatu, non possit repelli prętextu exceptionis, excōicationis, infamię, inimicitiarū, vel alia iusta causa: quod est absurdū. & est simile quod notabo. j. de elect. licèt canon. Et not. qđ dicit, canonicis, olim dicebat. institutis: vnde videbatur quod cuilibet instituto in cathedrali, etiam mansionario, pnt causæ committi: quod hodie per decre. hāc sublatum est. Not. ergo: quod pro dignitate & loco 2 præsumitur pro aliquo: quanto enim quis meliorib pest, tāto maior & sanctior est: i. esse præsumitur. in Auth. de defensо. ciui. ad finem primæ colum. §. nos igitur. coll 3. 61. dist. miramur. 63. dist. Metropolitano. s. de præsump. cum in iuuentute. 24. dist. quando. de magistris. cap 1. & c. quia. & c. super spe. cum sim. Et si tempore datæ quis esset canonicus, tempore præsentationis non: puto quod procedere possit 3; non sic econuerso; spectamus enim initium. ad hoc supra eodem, cap. 1. & c. si eo tempore. s. de elect. dudū. & quod ibi not. ff. de Sena. fœminæ. ff. de iu. l. cæcus. & hoc habes in gl. fi. in cle gratiæ. eod. tit. Ioan. And.

2 Vide l. quòd si nolit ff. đ ædil. edi. Font.

3 Hanc gl. sequūtur doctores cōmuniter.

e ¶ Causæ.] hæ sine iurisdictione non ɔmittuntur. s. de offi. deleg. præterea, non ergo prohibet, quin audiētia alicui9 articuli, vel mera executio rei cuilibet clerico committi possit. ADDITIO. Vnde signanter dicit, Cāę secundum B. ɔ̄ argu. ad hoc s. de offi. deleg. super quęstionum. §. 1. vbi dicit, vel iudex quicūque. & c. sup. de re. iud. c. cum Bertholdus. Archid.

[Glo. seq. quærit, & soluit: secunda pars recitatur per quæstionem: ponit opinionem Innocentij cum moderatione & declaratione.]

f ¶ Litterarum.] pone, Papa in litteris vocat aliquem simplicem clericū, nunquid valebit commissio? s̄m Ber. & oēs dic quod non habet hic locum talis exceptio, ex quo Papa scienter cōmittit, quia facit & facere potest ɔ̄ constitutionem istam. Ad hoc optimè s. de priuileg. cum olim. 2. versi interim. Et nota quod secūdum Inno si cancellarius ex se dat iudices & hoc cōstat, non habet locum hæc exceptio, quare enim imputari debet parti, quæ talem iudicem non petit? quod uerū est etiam secundum Ber. & Host. cum hoc ex certa 4 scientia facit: quod intelligo, si id in litteris exprimitur, vt inf. de præb. si motu proprio.

4 Tūc aūt ex certa sciētia dr̄ Papa rescribere, vt bñ notat Franciscus hic, cū ex tenore rescripti apparet eū habuisse notitiam facti & īpedimenti.

[Glo seq. quærit, & soluit.]

g ¶ Sedis Apostolicæ.] quid de ordinarijs? nunquid cōprehenduntur & tenebunt hac constitutione? Dic secundū Ber. & oēs, quod non: & pōt esse ratio, quia epi & ordinarij habent melius notitiam clericorū diœcesis suæ, q̄ Papa clericorū totius orbis: vnde, etiam si simplici clerico cōmittant ordinarij, tenet cōmissio: pone enim quod simplex clericus excellens sit Decretorum Doctor. Præterea non est ita absurdū, quod aliqs ēt rudis & pannosus clericus gerat vices episcopi, sicut esset, quod gereret vices Papæ: igitur ad ordinarios non extendatur hæc constitutio. Et est simile quod consueuit dici sup. eod nonnulli, & inferius tangam.

[Glo. seq. recitatur per quæstionem, quam soluit & determinat.]

h ¶ Legatorum.] quia verbū generaliter positū, &c. 19. dist. cap. 3. Intelligam hanc litteram generaliter in omnib. legatis quorum tria sunt genera: quod dic ut s. de offi. leg c. pen. & j. eod. tit. c. 1 quod verum puto indifferenter: cum ex legationis vigore cōmittunt, & idem intelligas in delegatis, s. cum committunt, delegationis vigore. inf. eo. c. §. in nullo quoque.

[Glos. seq quæri & remittit.]

i ¶ De cetero.] constitutio enim non extenditur ad præterita. s. de consti. c. vlt. Quid de pendentibus? dicam inf de elect. licet canon. Io. And.

[Glo seq quærit, ponit opinionem & soluit.]

k ¶ Committantur.] pone quod qō fuerit commissa, pars non excipit, nunquid ualet processus? Dicebat Bern., & omnes post eum, quòd tacitè & expressè poterat pars huic iuri renuntiare. Introductum est enim in ipsorum fauorem, ne. s. in opprobrium proprium cogantur episcopi & magni clerici coram rudibus & pannosis clericis litigare, & interdum propter ruditatem ipsorum ius amittere suum. & facit de regularibus, ad Apostolicam. cum suis concordan. Sed hodie per finē istius decretalis, credo ɔ̄rium: ubi innuitur, quòd ipso iure est irritum & inane, quod ɔ̄ aliquod istorum fit: unde necessariam non credo exceptionis opē, & facit quod dixi sup. eo. c. j in prin. Et potest esse ratio, vt s. tetigi: quia hoc uidetur non solum in fauorem partium inductum, sed etiam in fauorem ipsius Apostolicæ sedis, ne uilipendatur in tali ministro. 61. distin. in sacerdotibus. cum sim.

a ¶ Nec

a ¶ Nec audiantur,] Not. ꝙ versiculus iste non prohibet circa commissionem, sed circa agitationē, & idē erat in pdicta decretali, præsenti. Si ergo extra talia loca fiat cōmissio, dūmodo in his locis causa audiat, satisfactū est huic rñso ſm Ber. & oēs. arg §. eo. tit. nō. nulli de exce. olim. & j. §. prox. & eo sal uo qđ ibi dr: & ad hoc. ff. q satisd. cog. si fideiussor. §. 3. vbi dr, ꝙ cui difficile est satisdare in vna ciuitate, in aliam mittitur. ut satisdet.

audiantur a alibi, quàm in ciuitatibus b vel locis c insignibus, vbi possit commode d copia e peritorum f† haberi.

† Noīe peritorū q intelligātur vide p Archidiaco. nū. in ca. vt cōmis si. inf. de hæret.

b ¶ Ciuitatibus] ciuitas 1 murorū ambitu terminatur, regulariter tñ, & si in suburbijs, audiret, idē credo, arg. j. de sent excom. si ciuitas. Et bñ dicit, ciuitatibus: quia in eis pſumunt esse periti: & sic epi in solis ciuitatib. sta tuendi sunt. 80. di. c. 1. s. de priuil. c. 1. Et leges & artes in regijs ciuitatib. sunt docendæ, vt in proœmio ff §. hæc autem. & de magist. c. 1. & nomine studij, non intelligitur villa, vel castrum. d e cle non resi. tuæ.

1 Cōcilia cætusq; hominū iur socia tos, ciuitates: appellat Cicero de som. Scipionis.

ADDITIO. Dicit Isid. in 15. lib. Etymol. ꝙ ciuitas est hominum multitudo societatis vinculo adunata, dicta à ciuibus, i. ab ipsis incolis vrbis, quia plurimorū consistat & contineat vnitatem. Nam vrbs ipsa mœnia sunt: Ciuitatis autem nomine non saxa, sed habitatores notantur, secundum Isidorum. Achi.

[Glo. seq. ponit duas lecturas.]

c ¶ Locis insignibus.] quiddā dñt, ꝙ hæc determinatio, Vbi, &c. quæ statim sequitur, non refertur nisi ad hoc qđ dicit, locis insignibus: sufficit. n. ꝙ sit ciuitas, licet ibi non sint periti: Et est ratio, quia cōiter in ciuitatib. sunt periti: & ea quæ raro accidunt, iurisconsulti non respiciunt, nec eis medentur, sed his tñ, q frequēter occurrūt: in Auth. vt sine prohi. ma. deb. tu. ge. §. quia vero, coll. 7. arg. 4. dist. erit. ff. de legib. nam ad ea, vix enim est, ꝙ in ciuitate vel ibi prope, nō habeantur periti. Vnde satis eorū copia in ciuitate haberi pōt. ff. de rei vend. q. religiosis. 6. q. 1. Pontifices. Alij ꝯdicentes, ꝙ ibi est eadem ratio. Primum placuit Innoc. & Hostien. 2 secundum hoc expone quod sequitur, Vbi, &c. idest, in quibus locis insignibus. & facit pro hac parte inf. eo. §. in nullo.

2 Et placet Dom. & Phil. ex qua glo. notant ꝙ clausula in fine rescripti posita nō refertur ad oīa superiora, vbi rō hoc suadet facit. l. 3. §. 1. ibi Bar. ff. de lib. & posth. Font.

d ¶ Commode.] 22. q. 2. facit.

[Glo. seq. quærit & soluit: quæstionem fortificat, & soluit: circa solutionem duas opi. recitat, & demum solutionem determinat distinguendo.]

e ¶ Copia.] tā pro aduocatis, q assessorib. & ꝯsiliarijs, & alijs q emergūt. ff. de postulan. l. 1. §. ait prætor. ff. ex quib. cau. ma. l. ab hostib. §. fi. de vi. & hone. cle. cum ab omni. 11. q. 3. non licet. Quid si inter iudices & partes est contentio super hoc? quia alter dicit locum insignem, & ibi copiam peritorum haberi, alter negat. quid erit? Dic recurrendum ad cōem opinionē vulgi. ff. de supellect. leg. Labeo. & s. de spon. ex litt. Quid si adhuc super hoc sit contentio? Recurretur ad arbitrium boni viri. ff. de verb. obl. l. continuus actus non delegatorum qui iurisdictioni suæ fauerent: ad hoc. C. de arbi. l. nemini. & s. de pœn. dilectus. ſm Ber. & intellige bonum virū iudicem ecclesiasticū illius loci, secundum Inno. Host. aūt dicit hic recurrendum ad arbitrium iudicis, i. boni viri: & sic. intelligitur l. ꝯtinuus. §. cum ita. eligent ergo secundum eū arbitri. s. eo. pastoralis de off. deleg. suspicionis, nisi euidēter notorium esset, ꝙ ibi peritorū esset copia. ad hoc de app. ꝯsuluit 3. Ego credo, ꝙ cum iudex se constituit aduersarium, tunc locum habeant supradicta: sed si contentio esset solum inter partes, certe credo, quod iudex de hoc cognoscere & pronuntiare posset quia video, ꝙ pronunciat, an sua sit iurisdictio: quod plus est. s. eo. super litteris. & facit quod recitari cōsueuit. de proba. post cessionem. & facit inf. §. prox. in fi.

f ¶ Peritorum.] scilicet, iuris, ut prius fuit in alia decret. præsenti.

¶ Actore & reo eiusdem diœcesis existentibus, causa committi non debet extra illam, nisi in sex casibus, in quibus tamen non trahetur vltra vnā dietam: & nisi in duobus vltimis casibus impetrans per iuramentum fidem fecerit de illis, repelletur à iudice; & in expensis condemnabitur. hoc dicit vsque ad §. Cum autem. Dominicus.

g ¶ Cum vero.] hic incipit corrigere & moderari statutū generalis ꝯcilij. s. eod. nonnulli. & summę æquitatis est, quod sequitnr. Io. And.

¶ Iste §. legitur vsq; ad §. Insuper. & hoc hēt: Cū actor & reus sunt eiusdem ciuitatis vel diœcesis, extra ipsam ciuitatem vel diœcesim nō est causa delegāda, nisi

¶ CVM VERO g

cum iusta causa: quo casu pōt ꝯmitti extra diœcesim, dummodo locus non distet à fine diœcesis vltra vnā dietam. Et si actor & reus nō sunt eiusdem diœcesis, & actor non velit impetrare in diœcesi ipsius rei: potest impetrare in alio loco, dum tñ locus iste non distet à fine diœcesis rei vltra vnā dietam. Item delegatus deputatus ad cognoscendum in certo loco, non potest causam alibi adire nisi de consensu partium.

CASVS. Prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecuniæ summa: eo ꝙ habebā iudicē ordinariū mihi suspectum, coram ipso nolui eum cōuenire, sed impetraui delegatū a sede Apostolica: Quæritur, vtrum possim impetrare in quocūq; loco? Rñdet Romanus Pontifex cū distinctione: quia aut ego actor, & ipse reus sumus eiusdem ciuitatis vel diœcesis: & tunc dēt impetrari delegatus in ipsa diœcesi: nisi impetrarē iudicē delegatū ꝯ epm vel capitulū ecclesiæ cathedralis uel uniuersitatē, qui habent iurisdictionē in tota diœcesi: quia tunc potero impetrare extra diœcesim: sed debeo impetrare in diœcesi vicina, q ñ distet à fine diœcesis rei ultra vnam dietā. Si aūt fuerimus diuersarum diœcesum: tunc debeo impetrare delegatū in diœcesi rei, nisi habeam homines illius diœcesis suspectos: qa fortè reus est magnus dñs in illa diœcesi, & gentes illius diœcesi vellent sibi fauere. Sed quid sanctissime Pater? Ponamus retento eodē themate, quod à uobis impetraui ꝯ Titium iudicem delegatum, cui mandatum fuit, vt causam examinaret in tali diœcesi: an possit delegatus causam examinare extra illum locū? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ sic, de cōsensu nostro Sed ponamus, ꝙ delegatus vult delegare vices suas aliquib. nō est dubium ꝙ potest; sed quibus personis poterit? Respondet ꝙ ꝑsonis, de quibus dictum est, s. & non alijs. Nota, ꝙ qñ actor & reus sunt eiusdem diœcesis, delegatus est impetrādus in diœcesi, & non extra diœcesim, nisi cum causa: videlicet si impetretur delegatus ꝯ epm uel capitulum ecclesiæ cathedralis, qui habent iurisdictionem in tota diœcesi. Nota quòd si actor & reus sint diuersarum diœcesium, actor debet impetrare delegatum in diœcesi rei, nisi homines illius diœcesis habeat suspectos. Nota ulterius, ꝙ qui non pōt trahi vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis: Fallit in curijs priuilegiorum regalium, Apostolicorum, vniuersitatum: & hoc qñ in priuilegijs vniuersitatis apponit illa clausula, Quòd conseruatores priuilegiorum possint cognoscere de quibuscunque personis cuiuscunq; prouinciæ, uel diœcesis. Not. ꝙ delegatus à sede Apostolica non potest causam alibi audire per se nec per alium, quàm in loco sibi commisso. Nota quòd delegatus à sede Apostolica non potest subdelegare, nec committere vices suas, nisi personis habentibus qualitates de quibus dictum est supra: tamen delegatus potest alicui non canonico committere examinationem

nationem & receptionem testium: tamē notam causam non posset subdelegare.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

a ¶ Eiusdem ciuitatis.] quia domicilium habēt in eadē ciuitate vel diœcesi. Et idem intelligo, cū plura domicilia habēt: quod esse potest, vt ff. ad municipal. assumptio. §. 1. qa adhuc dico, q locū habebit § iste. & nō sequēs: quod satis pbatur ĩ. de foro compe. ex patre B. nec negari potest, licet etiā sit iste alteri⁹ ciuitatis, quin ēt sit istius: quod §. iste requirit.

b ¶ Actor & reus] vnde dicātur isti, habes ĩ. de verb sign. forus. versic in oī.

c ¶ Extra ipsas.] ciuitatem seu diœcesim.

[Glo. seq. ad quæstio. alleg. pro, & cōtra, & soluit dubitando.]

eiusdē [a] ciuitatis, seu diœcesis fuerint actor [b] & reus, extra [c] ipsas causa non committatur [d]: nec conueniatur aliquis eorūdem: nisi [e] ab episcopo [f] contra aliquem de sua diœcesi [g], vel ab aliquo [h] contra eum, aut contra eius capitulum [i], seu contra vniuersitatem ciuitatis, villæ, aut castri fuerit actio dirigenda: vel nisi actor eandem ciuitatem vel diœcesim intrare non audens [k], aut sui aduersarij potentiam [l] merito [m] perhorrescens, eum [n] infra [o] ipsas nequeat conuenire secure [p]: in his quippe casibus extra dictas ciuitatē & diœcesim possit [q] contra prædictos [r] causa committi: nullus tamen eorum vltra vnam dietam [s] à fine suæ diœcesis valeat conueniri. Sed & in duobus [t]

d ¶ Nec committatur.] hoc verum videtur, nisi ad id expressus accesserit partium cōsensus. argu. ĩ. eod. §. in nullo quoque, quod etiam facit cōtra, cum in illo casu hoc sit expressum: in isto non. argum. de deci. ad audientiam. tamen id videtur, cum hoc solum sit in partium fauorem inductum. de regularib. ad. Apostolicam, cum suis concordat. Et licet hoc satis videatur rationabile: non dico tamen hoc asserēdo per id quod dicitur in fine ca. Audiui tamen curiam id seruare, & tales commissiones de curia emanasse: [& [1] eas vidi sub Bulla.]

e ¶ Nisi] à generali dicto ponit casus exceptos.

f ¶ Ab episcopo.] hoc æquissimū est, ex eo maxime, quia si in ciuitate vel diœcesi sua aliquem ex subditis suis episcopis iudicem impetraret, recusari posset vt suspectus, vt supra vt lite non contest. accedens. 1. §. cum igitur.

g ¶ De sua diœcesi.] idem si de aliena, quia etiam tunc nō impetrat in sua, vt infra. §. proxi. Sed de sua ideo dixit, quia §. iste tractat tantum quando reus & actor eiusdem diœcesis sunt: vnde dictio, Nisi, aliàs non proprie ponetur.

ADDITIO. Diœcesis dicitur disiunctio, siue diuisio, vel gubernatio, quia diuisa est ab ecclesia alteri⁹ episcopatus, vt satis patet 7. q. 1. episcopum. : 6. q. 3. qcunque. ca. licet. & ca. inter. Et commissa gubernatio ni vnius. 10. q. 1. vnio. in fin. 21. q. 2. sicut. Archid.

h ¶ Ab aliquo contra eum.] vix enim inueniret actor in ciuitate episcopi iudicem, qui non faueret episcopo. argumen. supra vt lite non contest. accedens 2. ibi. Et omnes existunt sub districtu & cætera.

i ¶ Eius capitulum.] scilicet, suæ ecclesiæ cathedralis. Quod dicit, vt leg. & not sup. de verb signi cum cleri. sup de testi. requisisti. §. secus autem est, & cum de tali ca. loquatur, ad alia non extendam quod hic dicit: & sic seruat curia de facto. Archid.

k ¶ Non audens.] forte Gibellinus, & ibi regunt Guelphi, vel econuerso: vel forte relegatus.

l ¶ Potentiam.] paritas in iudicijs est seruanda, sed potentioribus pares esse non possumus. ff. de alie. iu. mut. cau. facti. quia etiam. in principio.

m ¶ Merito.] nota verbum: quia si diceret se dubitare, vbi non est dubitandum, non excusaretur. sup. eo. cum contingat. de simo. & si quæstiones, cum si.

n ¶ Eum.] aduersarium.

o ¶ Infra ipsas.] ciuitatem & diœcesim, cuius sunt ipse reus & actor.

p ¶ Secure.] quod in iudicijs requiritur, vt ipsorum iudiciorū exercendorū locus sit idoneus & securus, aliàs locū habet appellatio. de appel. ex parte 1. & tūc etiam si litteras, de pductu haberet, suis inimicis [2] capitalib. se exponere nō tenetur. ĩ. vt lite non contest. accedens 2.

q ¶ Possit.] non dixit, debeat. Vnde dico, q si ĩ episcopum vel capitulū vel potentem impetret in sua ciuitate, vel diœcesi, bene tenet cōmissio: & idem ecōuerso, semper saluo recusationis iure. Io. Andr.

r ¶ Cōtra pdictos.] episcopū vel eius aduersarium, cōtra Capitulū vel vniuersitates, vel ponentes, vel aduersarium eius, qui in eam intrare non audet.

[Gl. seq. format quæstionē bimembrē: & ſm membrum soluit. Primum dupliciter exemplificat subdēs aliud simile dubium: & vtrumque simul soluit.]

s ¶ Vnam dietam.] olim dicebamus de duab. p de. cr. ĩ. eo. nōnulli. Sed quid dices, si agatur actione reali, nunquid fiet cōputatio à finib. diœcesis vbi sita est res, ſm quod olim fiebat: Et nunquid erit ibi cōputatio duarū dietarū, ſm qđ olim erat: vel vnius tm̄, vt hic? Quod olim sic esset, pbaĩ ĩ eo. dilectus 2. de for. compe. ex parte B. Vr̄ huic nouo iuri hodie standum vltimo de hac materia, & sicut generaliter loquitur, est generaliter accipiendū. 19. dist. c. 1. vt habeatur solum vnius dietæ cōputatio, & non duarū: & cum determinatione, quæ hic ponitur. Sed à quo loco cōputeĩ, satis est dubitabile: Pone. n. q Bononiensis ĩ Bononienses super re sita Mediolani litteras impetrat, vbi debebit impetrare? nunquid Bononiæ vel Mediolani, vel loco vicino inf. dietā à Mediolano? Itē pone, q Bononiēsis ĩ Regienses sup re sita Mediolani, vbi impetrabit? an Regij, vel loco vicino ĩ dietā? an Mediolani, vel loco vicino. ĩ. dietā? Itē vide aliud dubitabile: Quid, si Bononiēsis impetrat ĩ Regiensem domicilio, & Mutinēsem origine, an habebitur respect⁹ ciuitatis Regiē. vel Mutineñ cum rōne originis dicatur esse de loco: ita, q episcopus loci eum ordinare, & cōmendatitias ad ordines sibi dare possit, sic & episcopus domicilij. ĩ. eo. lib. de tempo ord. cum nullus. 1. respon & in loco originis dr̄ domicilium retinere. ff. de Sena. l penult. Satis videĩ de mente conditoris esse, q habeaĩ respectus loci domicilij, non rei vel originis: & hoc ex eo, quia de loco domicilij dr̄ quis proprie trahi per illud verbum, Trahatur, supra, eod. nonnulli. quod ēt hic repetitur: & per mentem conditoris hoc credo tenēdū. Ad hoc ĩ. de sepul. cū quis, vbi de loco originis non habeĩ rō. & C. de prescrip. lōgi temp. l. vlt. vbi procedit præscriptio, vt inter præsentes, ex quo præscribens, & cui præscribitur, sunt in prouincia, licet res sit extra prouinciam: Notat ēt Compostellanus in decret. nonnulli, in 3. glo. Guil. in spec. de citatione. §. 1. circa princip. quòd diœcesanus alicuius, vbi aliud non additur, intelligi debet diœcesanus domicilij: & sic disputaui & determinaui: & sic seruat Curia Romana, vt audiui.

t ¶ Duobus vltimis.] s. quando actor reum in ciuitate secure conuenire non potest, quia ciuitatem intrare nō audet: vel quia timet aduersarij sui potentiam.

[1] Hęc verba: & eas vidi sub bulla, nō repiuntur in antiquis codicibus.

[2] Etiā si dedisset inimiciciæ cām. l. si merces. cul pæ. ff. locat. gl. in l. athletę. ff. de excus. tu. in c. quia diuersitatis. supra. de cōcess. præben. Philip. & Anchar. Fon.

[2] Vide Io. annē Romā in singularib. fidei, singul 200.

a ¶ Primo,

a ¶ Primo.] nota & est sim. ǂ. de elect. quamuis. & c. prouida. ad idem supra de resti. spol. Pisanis.
b ¶ Iudici.] nota pro eo quod dixi sup. §. prox. in fi. iudicis. n. est inuestigare. sim. C. de fideicom. l. voluntatis defuncti. 30. q. 5. iudicantem.

tā remotus esset locus ille: puta, per unum millare, non poterit ibi fieri conuentio. ff. de verb. sign. l. 3.
IN NVLLO. ¶ Primo ponit duo, à quibus vnum casum excipit: ibi, Nisi secundo alia duo: ibi, Neque alibi. Ioan. And.

c ¶ Saltē.] nota q a si aliter fides fieri potest, primo id fieri debet: ad iuramentum n. recurritur solum in aliarum probationum defectū. ǂ. de proba. c. 2. de procurato. ex īsinuatione. ff. de iureiurā. admonendi. C. de iureiuran. in bonæ fidei.
d ¶ Per propriū iuramentum.] nota q iuramētum [1] est legitima probatio: facit q not. 82. distin. pposuisti. ad hoc de sentē. excom. si vero 2. de excep. pastoralis. ǂ. de elect. vt circa. & c nulli. & adde q dixi. ǂ de reg. iur. præsumitur ignorantia.
e ¶ In causa.] principali: procedet tamē in absoluēdo, cognoscendo, taxādo, & iudicando de expēsis, vt sequitur.
f ¶ Legitimis.] q dic, vt notat 2. q. 1. in primis, de dolo & contumacia, finem.
g ¶ Cum aūt.] ǂ. in prox. §. dixit, quid iuris cū actor & reus eiusdē diœcesis vel ciuitatis sunt: mō dicit hic, quid iuris cū sunt diuersarum. De prælatis autē ordinum vel locorū, q impetrant pro mēbris suis habentibus vel non habentibus speciales administratores vel gubernatores: dic vt in Clemen. eod. tit. abbates.

[1] Vide Hippolytū in rubrica C. de probat.

vltimis casibus, nisi impetrans de prædicto timore, quem in litteris commissionis exprimere teneatur, primo [a] fidem iudici [b] faciat, saltem [c] per proprium iuramentum [d]: iudex ipse nullatenus in causa [e] procedat, sed partes à sua iurisdictione dimittens, impetrantem eūdem in expensis legitimis [f] alteri parti condemnet.

¶ Actor contra reum diuersæ diœcesis debet impetrare delegatum vel in diœcesi rei, uel in alia non propria, nec vltra vnam dietam distante. Dominicus.

¶ Cum autem [g] actor & reus ciuitatum & diœcesum fuerint diuersarum, si actor in ciuitate vel diœcesi rei iudicem habere [h] recuset [i]: ipsum non in sua, sed in alia ciuitate, vel diœcesi libere impetrare ualeat, reumque trahere ad eandem: dummodo locus, ad quem eum traxerit, [k] vltra vnam dietam [l] (sicut in casu alio præmittitur) minime sit remotus. [m]

¶ Delegatus extra locum commissionis nec partes citare, nec causam cognoscere potest sine expresso partium consensu: nec subdelegare locis vel personis aliis, quàm hic expressis. Ioan. And.

¶ In nullo quoque casuū prædictorum [n], iudex extra ciuitatem seu diœcesim, in quibus deputatus [o] fuerit, citet [p] partes, nec de causa sibi commissa cognoscat: nisi ad id expressus [q] accedat earundē † assensus: neque aliis, quā infra illas [r] & personis duntaxat designatis [s] superius, committat quomodo libet vices suas [t].

¶ Delegatus nihil debet à partibus recipere, nisi esculentum & poculentum libere oblatum, quod paucis possit consumi diebus: vel moderatas expensas, si non sunt pauperes, quando pro necessitate, vel vtilitate non malitiose extra domicilium pergeret. Dominicus.

n ¶ Prędictorū.] scilicet, cū actor & reus sunt eiusdem diœcesis: & in eadem sunt iudices impetrati, vel ex cā in alia. vel sunt diuersarū: & in ciuitate rei impetrati sunt iudices, vel in tertia ciuitate.
o ¶ Deputatus fuerit.] Nota ergo, q non solū requiritur q non citet ad locū vltra dietā remotū, sed etiam q non citet extra locum, in quo deputatus est 2. Olim aūt dicebamus de duabus dietis, q si iudex exeundo locū, in quo deputatus est, veniat ad locum non remotum vltra duas dietas, pcedere poterat. de exceptioni. olim. hodie ī supradictis casib. nō sic, vt hic vides.
[Gl. seq. recitetur per quæstionem.
p ¶ Citet partes.] & si citauerit, nō tenetur ire: quia citatio irrita est ipso iure. vt in fi. c. & si ob hoc pcesserit cōtra eos, sibi pronō tenet processus, vt ibi. An aūt citatus teneatur ire, priuilegium vel defensionē allegaturus. dic vt not. 3. q 2. si episcopus. in gl. 2. & de accu. veniens. in vlti. glo.
[Gloss. seq. soluit duas quæstiones.]

2 Item qd locus sit insignis vt ǂ. uer. nec audiant. Quid ergo si tālis locus in quo hæc tria cōcurrāt, haberi ñ pōt: & remedium litigandi corā ordinario nō subest: puta, quia ab ipso ē appellatum? Solu. exprimat hoc papæ, qui sibi prouidebit, hoc expresso in rescripto. Io. An.

† al. eorundem.

h ¶ Habere.] id est impetrare.
[Glo. seq. soluit obiectionem.]
i ¶ Recuset.] nota q actor recusat iudicē, & hoc verum est in iudice adeūdo, delegato, vel ordinario: vnde si reus plures haberet ordinarios, actor alterū eligit, alterum recusat: sed in iam adito secus: quia tūc actor non recusat, sed reus bene: nisi ex noua causa, vel nouiter ad eius notitiam perueniēte. sup. de offi. deleg. causam quæ. & cap insinuante.
k ¶ Traxerit.] & in quo deputatus est iudex ǂ. § pxi.
[Glo. seq. quærit, & remittit.]
l ¶ Vnam dietam.] an dieta ista computanda sit legaliter, s. vt xx. millaria computentur pro vna dieta. ff. si quis cau. l. vicena. quæ est prima: an vulgariter, scilicet secundum regionis consuetudinem? Dic vt not. sup. eo. nonnulli & inf. de elect. cupientes. 1. respon. & quod de vulgaribus intelligi debeat, probatur inf. de preben. præsenti. §. loca.
[Gloss. seq. soluit quæstionem.]
m ¶ Remotus.] vnde & si modicum vltra vnam die-

q ¶ Expressus.] intantum credo inhærēdum huic litteræ, q licet interueniat tacitus cōsensus: puta, quia nō opponitur exceptio: credo quod non valeat processus per fin. c. Idem credo, si interueniat cōsensus rei, & non actoris, vel econuerso: licet eius tantum, qui consentit, videatur esse fauor eadem ratione, cū littera ista dicat, earundem.
r ¶ Illas.] scilicet, ciuitates, seu diœceses, in quibus deputatus est.
s ¶ Designatis superius.] s. cōstitutis in dignitate, vel personatu, vel cathedralium ecclesiarum canonicis. Approbata est igitur per hanc litteram opi. Ber. & modernorum, qui notabant in decre. presenti, quod idē iuris erat in delegatis à sede Apostolica, quod in legatis: in ordinariis autem tene, quod habes ǂ. de offi. ord. vt litigantes. & in cap. cum episcopus.
t ¶ Vices suas.] secus si audientiam committeret, uel aliquem certum articulum, ad hoc ǂ. de offic. deleg. super quæstionem. & dixi sup. eod §. 1.
INSVPER. Ista est secunda pars principalis, ut dixit gl. 1. Potest ista pars subdiuidi: quia primo ponit regulam

regulam pręmissa ratione, quæ duos casus excipit Prima: ibi. Nisi, & secundo casui excepto quatuor modificationes subijcit: ibi, Prouisurus.

¶ Iste. § legitur vsq; ad §. assessorē, & hoc habet: Delegatus à sede Apostolica non debet a partib. aliquid recipere, exceptis esculētis & poculētis liberaliter oblatis: & hoc, nisi proficiscatur extra suū domiciliū: quo casu licite excipit expensas. hoc dicit.

CASVS. sic figurať: Dictū fuit s. i prin. hui⁹ c. ꝙ cāæ a sede Apostolica nō delegant, nisi ꝑsonis existētib. in dignitate vel ꝑsonatu, vel obtinentib canonicatū ecclesiæ cathedralis: & ꝙ illi sunt capaces iurisdōnis Apl̄icæ, & non alij: Sed q̄rit, vtrū dicti ꝯstituti in dignitate, pro laborib. suis & onerib. q̄ sustinent in examine cāæ sibi delegatæ, possint licitè à partib. exigere salarium? Respōdet ꝙ nō, nisi esculentū & poculētū, quod possit in pauco tpe ꝯsumi Sed quid, sanctissime Pater, nūquid pñt recipere expensas factas? Rñdet, ꝙ si faciant expensas non solitas pro examine testium vel alia iusta causa, quia proficiscuntur extra domum, tunc licitè pñt assumere & petere expensas moderatas; & si partes litigantes sint pauperes, ipse delegatus debet ꝓficisci extra domū suis proprijs expensis. Nota, ꝙ si testes sint in loco ꝓpinquo, ita ꝙ pōt testes examinare ad domum suam non debet delegatus aliquid accipere. Nota insuper ex isto §. ꝙ delegatus à sede Apostolica, nō pōt licite aliquod munus vel aliquid aliud à partib. accipere, nisi poculentum & esculentum. Et hoc intelligitur de delegatis habētib. stipendia sufficientia ad victum: quia si essent aliquę dignitates tenues, possunt licite expensas petere à partib. vt ꝑ Panor. in ca. cum ab omni. de vita & honest. cler. in annota. Immo etiā licitè exigit qui non habet stipendia ecclesiastica, vnde possit sustentari, vt tenet hic Dom de San. Gemi. Nota vlterius ꝙ delegatus, qui abundat redditib. si proficiscať extra domum pro causa, licitè recipit expensas. Sed quæritur, quas expensas recipiet ipse delegatus? Dicendum, quòd non recipiet integras expensas, sed solum illas expēsas, quas in domo sua nō erat consuetus expendere. Nota, quòd cum delegatus pro causa extra domum proficiscitur, expēsæ sunt sibi faciendæ cōiter tam ab actore, qui à reo: quia ex quo agit commune negotium, illud cōib expensis debet expediri. Nota quòd cum delegatus exit extra domū pro causa, & litigantes sunt pauperes: nihil debet delegatus exigere pro suis expensis, sed debet proficisci expensis suis: quia redditus ecclesiastici sunt deputati pro iustitia partibus ministranda. Sicut etiam Regibus & Imperatoribus sunt deputata tributa pro iustitia ministranda.

¶ Insuper a vt gratis b, & cum omni puritate c iudicium d coram ipso e procedat, nullum munus f vel quicquid aliud (nisi g forsan esculentum vel poculentum mera liberalitate h oblatum, quod paucis i consumi k possit diebus: vel nisi cum ipsum ꝓpter l causam sibi commissam contigerit extra suum domicilium proficisci, m moderatas n expensas) re-

[Glo. seq. continuat, & quæstionem soluit.]

a ¶ Insuper.] quasi dicat, supra prouidimus de personis & locis, quibus, & in quibus causæ committendę sunt & tractandæ: nunc prouideamus circa exactiones indebitas, quæ in iudicijs & à iudicibus, assessoribus & notarijs fiebant. De tempore processus nil dixit quia satis per antiqua iura prouisum erat s. de ferijs cap. ult. de offi. deleg. consuluit. in Auth. de iudi. §. sedebunt. coll. 6.

b ¶ Gratis.] bene dicit, quia iudiciū iustum uel iniustum non licet vendere. 11. q. 3. non licet. 14. q. 5. nō sane §. ille tamen. de vi. & hone. cleri. cum ab omni.

ADDITIO. Gratis, aduerbium est qualitatis, i. sine merito: ad hoc 1. q. 1. c. gratia. & ca. quicquid. c. emendari. c. dictum. c. baptizandis. sup de simon. c dilectus 1. in fine. sup. de uita, & honesta. cletic. cum ab omni. 11. q. 3. qui recte. & c. non licet. 14. q. 5. cap. ulti. iuxta princ. Archid.

c ¶ Puritate.] conscientiæ. inf. eo. §. assessorem. inf. de re iud. cum æterni.

d ¶ Iudicium.] potest hic poni pro sententia, & etiā pro omni eo, qđ sententiam pręcedit: & facit qđ dixi inf de reg. iur. in iudicijs. 1. q. 1. sicut.

e ¶ Coram ipso.] de legato: idem in conseruatore. j. de offi. deleg. c. vlt.

f ¶ Nullū munus.] nota ꝙ triplex ē munus 1, à manu, à lingua, & ab obsequio: nō ergo dixit simpliciter munus, sed dixit, nullū munus: ad idem 1. q. 1. sunt nōnulli.

ADDITIO. De hac dictione, munus: etiam hř 27. dist. legant. Sed aliqñ, munus sumitur pro ordine, siue officio vel dignitate. vt 55. dist. priscis. hic tamen nō ita sumitur. Sed ideo dicit, nullum., quia rescriptum est Esa. 33. Qui excutit manus suas ab omni munere, iste etiam in excelsis habitabit. 11. q. 3. qui recte. in fin. ad hoc 1. q. 1. sunt nonnulli Archid.

g ¶ Nisi forsan esculenrū.] ergo nota, quia de aliquo quod in muneribus consistit, etiam vnius denarij, valorem recipere non potest, nisi esculentum, & cetera.

h ¶ Mera liberalitate.] ut exactum uel petitum directe vel indirecte nō fuerit: ad idem de simo. dilectus. 2. ad finem.

[Glo. seq. recitetur per quęstionem, & solutionē.]

i ¶ Paucis.] cùm numerus non adijcitur, crederem arbitrio boni uiri relinquendum, habita ēt consideratione ꝑsonarum, ipsius iudicis recipientis, & consuetarū expensarum qualitate, & ipsius dantis. ad hoc de simo & si quæstiones. § 2. & saltem duo dies non vñr exclusi, cū pluralis locutio duos numero ꝯprehēdat, de conse. dist. 1. hoc quoque. ff. de testib. l. ubi numerus. Ad hoc 2 ff. de verb. oblig. l. continuus actus. §. 2.

K ¶ Consumi.] ita ꝙ non producatur ad munerum quantitatem ff. de offi. proconſ. solent. in fi. Talia em̄ xenia, non sunt lucra, vt ibi. & ff. de offi præsi. l. plebiscito. Et tolleranť ista, quia ñ ē verisimile, ꝙ propter ista moueretur animus iudicātis de simo. & si qōnes, ad finem. Sicut & pro modica re non datur actio de dolo: quia non est uerisimile, & c. ff. de dolo. l id est, & lege præcedenti. in fi. & de modico non est curandū. de consecr. dist. 2. reuera. alibi non distinguitur inter multum & modicum. 4. q. 3. plerique & q. ult. ca. ult. sup. de appel. c. de appellationib. de simo. ex tua. Institu. de re. diuis. § gallinarum. Io. And.

[Glo. seq. soluit quæstionem.]

l ¶ Propter causam.] i. suadente utilitate, uel necessitate causæ: vnde non debet fingere occasionem, ut sequitur simile j. de iura. cal. 1. Et per hoc satis vř terminari, quod solet quæri, an si scholari existenti in studio, Papa deleget causam, ille possit petere expensas: licet. n. ille non sit in domicilio suo, sed extra: nō est tamen ibi ꝑ causam, sed propter studium. unde expensas non habebit per hanc litteram: & de hoc in spec. de sala. §. 1. uersi. si alicui.

m ¶ Proficisci.] pone exemplum. sup. §. proxi. de præscrip. quia iudicante.

[Gloss. seq. primo litteram exponit, secundo soluit duas quæstiones, tertio quærit & soluit distinguēdo. in fine quærit dubium, & relinquit.]

n ¶ Moderatas.] Nota 3 ꝙ minores pōt. ff mand. si qs alicui. § impendia. ad idem. ff. de admi. tut. cum plures. §. cum tutor. erunt tamen mediocres & non delicatæ. ff de pig. act. si seruos. in fin. ad idem de dolo & contu. finem. & c. seq. de eo qui mit. in pos cum venissent. de sequest. pos. c. 1 ad fin. Nec credo compensandas,

1 Vidē beatū Thomā 2. 2. q. 100. art. 5.

2 Scilicet ꝙ relinquatur arbitrio boni viri.

Scholaris cui cā a Papa ī loco studij cōmittiť expensas nō hēbit.

3 Glo. sequuntur Doc. & Philip. & Pet. đ Ancha. Fon.

das, vel deducendas in hoc casu expẽsas, quas domi facturus esset, ſm quod dicere consueuimus in victo re, per l. ff. ad exhiben. sed & si. §. 1. de peti. hære. & sed & si. §. quod aũt 2. & ff. de rei ven. l. si res. quia dico, ꝙ in procuratorib. hæ non deducuntur: Sicut & eps visitans uel cõsecrans, procurationem integram recipit, & nil deducit. ꝭ. de simon. cum sit. Et testis integre expensas ꝑcipit. 4. q. 3. venturis. & ꝭ. eo. §. pen. alias sequeretur interdũ, ꝙ nil haberent, cũ interdum tantundem & forte plus expendãt in domo ꝓpria: præterea iã non esset differentia inter delegatũ & ordinarium, qui, qñ proficiscitur, expendit quę domi expensurus erat, vt in Authen. de manda. Prin. §. illud tñ. alij ꝭ. Et nota, ꝙ littera ista nõ distinguit, an delegatus habeat beneficia sufficiẽtia, vel non. Vnde dico, ꝙ siue abundet, siue non, expẽsas habebit cum proficiscitur propter causam: licet Host. dixerit delegatos Papæ peccare, si recipiunt expẽsas: ex quo habent sufficientia beneficia: & hoc not. ꝭ. de vita & honest. cler. cum ab omni. Et in istis expensis hr̃ ratio non solum victus: sed etiam vecturarũ, equorum, & similium. Quid dicemus de delegato ordinarij? Dic ꝙ si est delegatus ad uniuersitatem causarũ: idem, quod in ordinario: s. ꝙ nihil habebit, immo ordinarius ei prouideat. Idem enim est consistorium. ꝭ. de appe. cap. Romana. & ordinarius est, ut dixi ꝭ. de offi. vi. licet. ad hoc ꝭ. de offic. ordin. inter cetera. & in Auth. vt nulli iudi. §. nulli. coll. 9. & in Auth. de manda. princ. §. illud. Si sit delegatus ad specialem causã, & ordinarius ei causam malitiosè committit, idem. Si non malitiosè, videtur idem quod in delegato Papæ secundum Innocentium, qui hoc not. sup de vi. & honest. cler. cum ab omni. Sed an hæ pœnæ habeant locum in eo, ꝙ in delegato Papæ hic exprimuntur: vtilis esset declaratio pro eo, ꝙ pœnæ non videntur excedere proprium casum. de pæn. dist. 1. pęnæ. inf. de reg. iur. in pœnis. cum concor.

a ¶ Recipere.] nota ꝙ non solum exigere ab inuito, sed etiam à volente recipere prohibetur. ad idem inf. de censi. Romana §. pen.

Sportulę an debeãtur delegatis iudicib. b ¶ Qualitercunque.] nota, quia secundum leges delegatus habet sportulas: s. duos aureos in principio, & duos in fine. in Auth. de iud. §. ne autẽ. colla. 6. & hoc, si causa sit maior centum aureorum: alioquin delegatus etiam à principe nihil habebit, vt ibi. Secundum nos nihil videtur delegato dandum nomine sportularũ, cum ista littera sic generaliter loquatur: & supra dixerit, Nullum munus, vel quicquam aliud: & facit supra de uit. & hone. cler. cum ab omni. & quod ibi notatur.

c ¶ Præsumat.] hoc verbum denotat vitiũ. 8. dist. quæ ꝭ mores. 30. dist. c. 2. 17. dist. multis. Aliquando tamen demonstrat bonum actum, vt 5. distin ad eius. 16 q. 1. monachi. & 7. q. 3. §. hoc tunc. aliàs, cum vero. versic. præsumendum. 12. q. 2. si quis qualibet. Quòd si cõtra fecerit, ad restitutionem integram tenetur, vt inf. eo. §. notarium. Archid.

Iudex q ex cã ad testes accedit, à quo dẽat ꝓcurari. d ¶ Excedat.] hoc satis supra dictum fuerat, dum dixerat, moderatas.

[Glo. seq. soluit duas quæstiones.]

e ¶ Quàm ab alia.] hoc non habet locum in casu. ꝭ. de iudi. mulieres. cum enim testem producens illum habet procurare, licèt ille pro vtraq; parte testetur. ꝭ. eod. §. proferendo. à simili in iudice cum ad testẽ ex causa proficiscit̃. Item vbi vna pars abundat, alia nihil hẽt, idem dico, vt ꝭ. eod. versi. sed & vbi. vnde ibi dicit, litigãtes, in plurali: ad hoc de elect. cupiẽtes. §. si vero. uers. nisi forsan. & facit ad idẽ eadem decre. §. denique. vers. vt eo.

f ¶ Commune.] facit. ꝭ. §. prox. in fine.

g ¶ Vtilitas vel necessitas.] Nota ista duo paria: ad idẽ de præbend. exposuisti. & ibi de hoc. Aliqñ nõ sunt paria. de eo qui mit. in pos. cum venissent. ff. de impen. in re. do. fact. l. impensæ. cum duabus leg. seq.

h ¶ Occasionẽ.] est sim. inf. de iud. mulieres.

cipere [a] ab eisdem partib. qualitercũq; [b] pręsumat [c]: Prouisurus attente, ꝙ in ipsis expensis modum nequaquam excedat [d]: nec plus ab una parte, quã ab alia [e], exigat, cum commune [f] gerat negotium vtriusque: quòdque (ubi causę sibi cõmissæ vtilitas [g] vel necessitas non exegerit) occasionem [h] propter habendas expensas proficiscendi extra domiciliũ non assumat: sed & ubi notabiliter [i] fuerint pauperes [k] † litigantes etiam pro expẽsis nil prorsus exigat ab eisdem.

† Not. ꝙ paupertas excusat ab onere expensarũ. Dom.

¶ *Delegatus, nisi indigeat, non assumat assessorem: aliàs de suo illi prouideat. Si eget, nõ suspectum partibus assumet, cum moderato salario à partibus soluendo.*

¶ ASSESSO-

i ¶ Notabiliter.] notabilis igitur debet esse paupertas: ad idem sup de vsu. cum tu.

K ¶ Pauperes.] paupertas non est de genere malorũ. 15. q. 1. illa in fin. Et not ꝙ etiam secundum leges in hoc casu ordinarius non habet sportulas. in Auth. de manda Prin. §. sit tibi. coll. 3. & magister in cathedrali Ecclesia institutus pauperes scholares gratis docet. de magi. c. 1. & propter paupertatem duæ ecclesiæ vniũtur [1]. 10. q. 3. vnio. & pauperibus prouidere debet prætor de aduocatis. ff. de post. l. 1. §. ait prætor.

1 Vide ꝯciliũ Trident sess. 21. de reform. c. 5. & sessio. 24. de reformat. c. 13.

ADDITIO. De priuilegijs & incommodis paupertatis, remittit Archid. ad ea quæ notauit. 31. q. 3. pauper. Ioan. And.

ASSESSOREM. Ponit duo dicta. Secundum: ibi, Si autem. Io. And.

¶ Delegatus à sede Apostolica non debet assumere assessores vel cõsiliarios, nisi causa hoc requirat: hoc primo. Itẽ delegatus à sede Apostolica debet cauere, ne Notarius cãæ indebitas exactiones occasione sui officij, faciat. hoc secundo. Itẽ Notarius uel iudex, q aliquid exigit à partib. tenetur illud restituere, nec partes pñt ei donare. hoc tertio. Item delegatus non debet aliquos ad præsentiam vocare pro testimonio ferendo, nisi causa hoc requirat: & potest cogere partes, vt deponãt expensas quas testes sunt facturi hoc quarto. Item facta ꝭ hanc constitutionem sunt ipso iure nulla & irrita: hoc dicit vsque ad finem. cap.

¶ Præsupponendũ est pro intellectu istius §. qui dicatur Assessores. Vnde assessores & ꝯsiliarij, idem sunt, secũdum Doct. Aegidium de Sostanis in suo libello, De ordine iudiciario: Nam quãdo iudex ordinarius vel delegatus reperit in causa aliqua dubia, ad q̃ dubia decidenda putat se insufficientẽ: dẽt dicere partibus, Ecce reperio plura dubia in causa uestra, & intẽdo super his hr̃e consilium: si habeatis cõsiliarios suspectos, nominetis: ne cõmunicentur eis dubia: Tũc partes nominabunt aduocatos suspectos, si habeant aliquos suspectos. Hoc facto, iudex assumet vnum uel duos de non suspectis: & eis communicabit dubia, & isti appellantur Assessores, siue consiliarij, & isti pro consilio licite possunt recipere salarium à partibus.

CASVS. Dictum fuit ꝭ. in §. præcedenti. ꝙ delegati à sede Apostolica nõ debent aliquid recipere à partibus, nisi esculentũ & poculentum, quod possit consumi intra paucos dies: & hoc nisi proficiscantur extra domum: Sed quęritur, vtrum delegatis indistinctè sit permissum assumere assessores siue consiliarios, posito ꝙ ipsi delegati sint sufficiẽtes ad decidẽdũ dubia?

Dicit,

Dicit, ꝙ nõ nisi necessitas exigat: ideo si delegatus sit negligens, quia dixit, ꝙ non vult studere, ideo quia non recipit aliquid à partibus: hoc non debet facere: quia si sit sufficiens, non debet in grauamen partium assumere assessores & cõsiliarios, qui salariabuntur à partibus: Sed si fecit qđ in se est, & cõperit se non sufficiẽtẽ, debet aduocare assessores siue cõsiliarios qui recipiunt salariũ à partibus. Sanctissime Pater, dixistis qualiter delegati debẽt se habere circa assumẽdos assessores, sed vellem informari qualiter se debeant habere circa notarios causarum: Rñdet, quod delegati (idẽ de ordinarijs) debent attendere, ne notarij recipiant salarium immoderatum: & si vellẽt exigere à partibus magnum salarium, iudex debet facere eos contentari moderato salario. Item statuitur, ne delegatus cõsequatur salarium siue lucrum, habita conuentione inter ipsum & notarios, vel assessores, vt iudex consequatur partem lucri à notario vel assessore: quia in aliquibus curijs ista practicãtur: maxime in curijs ecclesiasticis, ꝙ iudex non cõsueuit ferre aliquã sñiam, nisi prius habito consilio cũ peritis: Quod est ꝯ istud c. & aliqui iudices diuidebãt salarium, inter se & notarios vel assessores. Hoc nõ debet fieri: immo iudex debet abstinere ab omni lucro. Sed ponamus, ꝙ iudex vel notarius fecit contrarium, nunquid teneñ ad restitutionem? Rñdet, ꝙ sic: & partes non possunt eis donare. Sed vellem informari à sanctitate vestra, qualiter delegati se debeant habere circa testes? Rñdet, ꝙ non debent aduocare ad se aliquos testes, nisi necessitas exigat vel conditio & status causæ requirat, & tunc facient delegati consignare expensas a partibus tam in eũdo, quàm redeundo. Et hoc verum, si ipsi testes vocẽtur ex longinquis partibus. Postea in fine dicit Romanus Pontifex, ꝙ declarat irritũ & inane, qđ fit ꝯ istud c. vnde c'a irritans, Quicquid, &c. refertur ad omnia capitula istius cõstõnis, Conscientiæ, quia statur conscientiæ delegati, vtrum sit sufficiens ad decidenda dubia in cã, vel insufficiens. Et si dicat se insufficientem, cum sit sufficiens: ædificat ad gehennã, & peccat mortaliter. Nota primo, ꝙ iudex nõ dẽt habere consilium peritorum expensis partium, nisi necessitas id requirat, vꝫ qñ cognoscit se non esse sufficientem ad causam decidẽdam. Nota vlterius, ꝙ cõsiliarius vel assessor põt recusari vt suspectus, licet nõ habeat iurisdõnem: quia consiliarius posset inducere iudicem ad iudicandum pro parte aduersa. Sed qualiter consiliarij dẽnt impendere consilium? Dicit Doctor AEgi. de So. ꝙ non tenentur fortificare consiliũ aliquibus rõnibus: sed sufficit ꝙ dicant, vr̃ mihi sic de iure faciendum: nec tenentur allegare iura, cum opiniones Doctorum non sint probabiles, nisi quatenus fortificantur rationibus. Veruntamen consiliarij non tenentur allegare rationes, nec eorum consilia cõsueuerunt scribi apud acta. Nota vlterius, quòd notarius dẽt recipere salarium moderatum à partibus, & in pluribus curijs salarium est taxatum: sed si salarium non est taxatum, potest iudex illud limitare. Nota quod partes possunt repetere salarium datum iudici, etiam si fuerit sponte oblatum, nec partes possunt iudici donare. Nota quòd testes non sunt vocandi ad præsentiam iudicis, nisi status causæ requirat: quia quando quis vult producere testes super principali, requirit, quod lis fuerit contestata & iuratum de calumnia, & quod captus sit terminus ad probãdum, & iam porrexerit intentionem suam, idest, articulos probatiuos, super quibus petit testes suos examinari, qui articuli in iure vocantur, quia sic incipiunt;

† Nota ꝙ iura disponunt super ꝙ non fit sæpe, sed qñque. Do.

Intendit talis, &c. Nota ꝙ testis vocatus ad iudicium pro testimonio ferendo, non tenetur venire ad iudicium, immo nec tenetur ponere pedem extra domum suam, nisi prius receperit expensas, quas est facturus tam eundo & stando, q̃ redeundo, vt tenet Cyn. in l. quoniam. C. de testibus. Nota quòd iudex debet obseruare omnia cõtenta ĩ hac cõstitutione; & si secus fecerit, tũc facta cõtra, sunt ipso iure nulla, etiam sine ope exceptionis.

rem a autem, vt quandoque b † faciũt aliqui fraudulenter c, nisi eo indigeat d, quod conscientiæ e relinquatur f eiusdem, sibi nequaquam adiũgat: alioquin g de suo proprio h prouidere teneatur eidẽ. ¶ Si autem indigeat †, ipsum neutri parti suspectum i assumens, ei de cõpetenti k salario proui-

† Not. ꝙ licet iudex delegatus nõ sit sufficiens: ꝓꝑ hoc non põt recusari, sed daẽ ei assessor. Do.

a ¶ Assessorem.] de officio assessoris tangitur ff. de offi. assesso l. 1. & C. de asse. l. 1. & quasi per totum. Est autẽ assessor is, quem ille qui potestatem iudicandi habet, sibi associat, vt sibi in causa assideat vel assistat, seque ad causam recte decidendum instruat, vt in princ. l. 1. C. de asses. Archid.

[Glo. seq allegat duas concordantias, signat contrarium, & remittit.]

b ¶ Vt quandoque.] nota haberi rationem de his, q̃ raro fiunt: ad idem. ff. de sta. homi. l non sunt. & l. vlt. Contra. ff. de legib. nam ad ea. Sol. & no. de despon. impu. litteras, in glo. penult.

c ¶ Fraudulenter.] vel vt partes grauent, vel alterã earũ: vel vt amicis seruiãt, vel vt lucrũ ꝑcipiãt, vel participẽt, vt ĩ. sequitur: vel vt seipsos exonerẽt, quod facere non debent. de offi. deleg. pastoralis. in princip.

d ¶ Indigeat.] quia forte nõ est peritus, vt cõuenit, ad vniuersa puncta causę rimãda: vel quia varijs suis negotijs vel infirmitate corporis impeditur.

e ¶ Conscientiæ.] sim. de renun. nisi cum pridem. in fi. 1. & ĩ. de hæ. c. vlti. ad fi. & vide quod ibi dicam de triplici causa, qua quis relinquitur conscientiæ, & habes concor. sup de voto. cap. fin.

ADDITIO. conscientia est cognitio suijpsius cordis, secundum Papien.

f ¶ Relinquatur.] per hoc verbum credo ꝙ pars non possit referre quæstionem iudici delegato: s. dicendo, ꝙ assessore non eget. Cum enim hoc conscientiæ relinquatur ipsius, ergo solus Deus hic, & nullus alius est iudex 2 vel cognitor. Præterea posito, quod summus sit Doctor, & parum occupatus: ex quo conscientia hoc dictat, potest assessorem assumere, vt hic: caueat tamen sibi, ne conscientia eius improbabilis sit, de simonia, per tuas 2.

ADDITIO. Nota casum, in quo relinquitur conscientiæ. sic inf. de voto & vo. redempt cap. vlt. vbi de hoc. & 4. dist. denique. ad idem inf. eod. lib. de hære. statuta. § ceterum. in fi. Archid.

g ¶ Alioquin.] scilicet, si adiunxerit, cum non egeret.

h ¶ De suo proprio.] proprium est, quasi porro priuatum, separatũ a comm unione, priuatum suum, quod alijs non pertinet vt inf dicam eod. lib. de elect. nulli. vbi videas. Archid.

i ¶ Suspectum.] nota pro suspectis, qui de facto in causis dantur per partes.

ADDITIO. Patet autem per hunc textum satis esse, quòd assessor non sit de suspectis, licet non sit de confidentibus, in quos forsan partes non conueniũt. Ioan. And.

k ¶ Competenti salario] spe etenim præmiorum inuitandus est assessor, C. de asses. l. 1. & salarium habere debet. ff. de offic. asses. l. diem functo. debet enim merces constitui pro labore. 2. q. 2. charitatem. nec de ꝓprio beneficium quis facere cogitur. 10. q. 2. precariæ §. decreuit. in fin. & potest iustum cõsilium vendere 11. quæst. 3. non licet. adde quod ibi no. & 14. quæst. 5. non sanc. vide in Spec § salarium. ver. quid si duobus.

1 Ab hoc loco vsq; in finem, non sunt in antiqs libris.

2 Ista glo. est vera. Phi. & Do. Fallit tñ in casu gl. cle. 1. de iur. pa. & in c. qualiter & qñ 1 de accu. Fõ.

a ¶ Moderando.] secundum qualitatem causę,& partium conditionem,& facundiam assessoris, & loci cõsuetudinē:sicut de aduocato dicimus.ff.de var.& extraor cog.l.1.§.in honorarijs.

[Glo.seq.soluit quæstionem.

b ¶ Communiter] quia cõmune gerit negotiũ. s. § proxi. Et si delegatus moritur,vel partes cõcordēt: nihilominus assessor salarium statutum habebit,vel habitum non restituet. ff. de offic. assesso. l. diem functo. ff.loca. qui operas.& l.ex cõducto.§.item si. ff.de var.& extraor.cog.l. 1.§.Diuus.

Assessor, habeat salarium, li cet partes . concordent.

de moderando a ab eo,faciat àpartibus communiter b prouideri.

¶ *Delegatus taxare debet salarium Notariorum , nec participare debet cum ipsis, vel assessoribus in salario. Dominicus.*

NOTARIVM.Primo mãdat salarium moderari. secũdo ꝓhibet iudicem in lucris participare. Do.

¶ Notariũ c vero vel Notarios d in causa sibi commissa scribentes , qui vt plurimum in exigendo salario metas e rationis excedunt , vt ad ipsius spectat officium f prudenter g refrænet h : nec cum ipsis,aut cum assessore præfato lucrum participet vllo modo.

c ¶ Notarium.]quē debet habere delegatus, vt fideliter cuncta iudicij acta conscribat. s. de proba quoniam.& vocatur seru' publicus. j. de vsu. quamquã. circa mediũ Et priuat ecclesia etiam laicum hoc officio ratione peccati , vt infra de pœn. felicis. §.1. cũ sim.

Notarius laic' põt Priuari officio ꝑ ecclesiã.

¶ *Delegatus recipiēs aliquid contra prohibitionem huius capituli, tenetur restituere, non obstante dantis remissione. Ioan. And.*

10 ¶ Si quid autē contra cõstitutionē præsentem receperit i,ad ipsius restitutionem integram teneatur : nulla eorum,quibus restitutio facienda fuerit , remissione k vllatenus profutura eidem.

20 ¶ *Delegatus non debet vocare testes , nisi statu causæ requirente : & producens illis administrare debet expensas. in veniendo , stando , & redeundo. Dominicus.*

¶ Pro ferendo quoque testimonio l (prætextu cuius aliqui alios fraudulenter interdum à iudicibus vocari procurant , vt eos laborib. m & expēsis n fatigent , aut extorqueant o

30

d ¶ Notarios.] nota plures notarios assumi ad scribendum in vna causa,cum hoc non reperiatur prohibitũ , & hic sit concessum : & facit ad prædictam decre.quoniam.supra de proba.

e ¶ Metas rationis.] & est illud quasi crimen concussionis , ratione officij vltra debitum exigere. 1. q.7. sancimus.C.ad l.Iul.repetun.l.vltima.

[Glo.seq.primo nõtat,& rationem reddit:secundo de duplici scriptura distingũit.]

Salarium notariorũ per quem iudicem debeat taxari.

f ¶ Officium.] nota iudicis etiam delegati esse,moderari salaria assessorum & notariorum:quia cum cã sit ei commissa,&c.de offi deleg.præterea. & est si.de iudi.c.vlt.vnde bene dicebat Guil. in Spec.tit.de sala. §.2.circa fi.ꝙ aut scriptura erat de foro & iudicialis, aut extraiudicialis:Primo casu, puta in exceptionib. replicationibus & similibus scribendis ad officiũ iudicis,coram quo agitur,etiam delegati,pertinet talũ salaria moderari,& à grauiminib. partes releuare.de pæn.distinct.1.& nemo i.de offi deleg. cum te.& cuncta,quæ litigatores impediunt,emendare,1. quæst 1. emendari.de offi.deleg.ca.1.& tales improbos exactores punire.C.de officio ꝑfecti Africæ,in nomine, versus si §.hoc etiã decernimus. Moderabitur ergo quid detur pro citatione,quid pro termino, quid pro cõtestatione :.& sic de singulis.& in hoc inspiciet conditionem personarum , & causæ, & consuetudinis fori:& si videbitur,per alios fideles notarios hoc faciet taxari.Si vero sit scriptura extraiudicialis,puta, instrumẽtum venditionis , de qua agitur, vel depositi, vel absolutionis,vel similia : expedietur id per ordinariũ loci,vel deputatum illi officio : puta , per Consulem tabellionum Bononien. qui si de certo salario non fuit conuentum,inspecta qualitate causæ, conditione personæ , & consuetudine loci, taxabit vel taxari faciet per viros expertos. ff. de var. & extraordi. cog.l.1. & de simo. cap.1.3. quæst. 7. cap. infames. §. apud vrbem.

g ¶ Prudenter.] ad idem de accus qualiter 1.

h ¶ Refrænet.] alludit vocabulo:& est sim. supra in prœemio compila . Gregorij . & supra de homic. dilectus.

SI QVID. Prima punit : Secunda pœnam aggrauat : ibi , [Nulla. Ioan.And.

i ¶ Receperit] scilicet,à partibus,præter esculētum,vel poculētum, vel vltra moderatas expensas cũ proficiscũtur: vel participando lucrum cũ assessore vel notario.

[Glossa sequens allegat. con ordãtias , notando casus contra regulam : secundo quærit : & soluit, huic decretali respõdens.]

K ¶ Remissione.] simile infra de censi. exigit.ad si.& in Clemen,de hære. nolentes. versi. quòd si secus. Et sic est casus, vbi dominus rē suam in alium transferre non potest : quod est ꝯ regulã , qua dicit: Nihil est tam naturale,q̃ voluntatem domini volentis rē suã in aliũ transferre,&c.Instit de re.diui.§. per traditionem.Quid si postq̃ restituit iudex,pars ei donet,nun 40 quid hoc facere potest?Credo ꝙ sic, quia hic hoc non prohibetur,sicut nec alia sua bona donare ꝓhibetur. Et est ratio quare aliud in remissione,aliud in donatione:& quare remissio facilius præsumitur fraudulēter fieri,q̃ donatio:quia facilius remitteret quis multa q̃ donaret pauca:sicut aliàs simile.ff ad Velleia.sed ego.vbi dr,ꝙ senatusconsultum Velleianum mulieri intercedenti succurrere voluit,nõ donanti:ideo quia facilius se obligat mulier, quàm alicui donet Et est cã,quare prohibetur , ne pœna interueniat in matri- 50 monio,& nõ arrha:quia facilius promitteret quis cētum nomine pęnæ , q̃ daret decem nomine arrhæ,vt citari solet de spon.Gemma.Hæc omnia intelligo vera esse,dummodo contractus iste in fraudem nõ fiat: quia tunc non credo iudicē absolutum : ad hoc ff.de dona.inter vi.& vxo.si sponsus.§. circa. ff.ad velleia. quamuis.§.si cum essem. & facit inf. de elect.cõmissa.cum si. & quod not.14.q.3.plerique. de priuil.quãto.ff.de legib l.contra,&quod not.Guillielmus olim in decre.de postu.properandum. Greg.x.quam hodie 60 non habemus.

PRO FERENDO. Prima pars causa præmissa prohibet indifferenter testes vocari:Secunda eis prouidet in expensis:ibi, sed nec.Dominicus.

l ¶ Testimonio.] ad quod (ne veritas occultetur) quilibet compellitur. 14. quæst. 2. quamquam.de testi.cogen.peruenit. & hoc in ciuilibus : in criminalibus autem quid iuris sit.not.eod.tit de testib.cogen. dilectorum.

m ¶ Laboribus.] in eundo & redeundo.

n ¶ Expensis.] nota ergo,quod iudex non solum parcere debet laboribus, & expensis partium. vt sup. de do.& contuma.finem sed etiam testium,vt hic.

o ¶ Extorqueant.] sim.sup.eod.cap vlt.

a ¶ Con-

z ¶ Conditio & status.] Vt si petant̄ sup principali lite cōtestata, & iurato de calumnia, & dato termino ad probandam, & porrecta intētione producētis: tūc testes citentur: vel si petātur super dilatoria, ante litē contestatā dato termino per iudicem ad eam probandum, & intētione porrecta 1. Et nota ꝙ si citauerit cōtra hanc formā, citatio nō valet ipso iure. infra cap. pxi. b ¶ A producente.] nota ꝙ licet testis iuret dicere veritatem pro vtraq; parte, & q̄ capitula iuret, habes. 2. q. 4. nullam, & supra de testi. fraternitatis. in vlt. gl. & ad hoc teneatur. 14. q. 5. nō sane. & celare veritatē sit peccatū. 5. d̄ cri. fal. c. 1. 11. q. 3. quisquis. tñ sol' ille qui pducit, procurat testē in veniēdo, stādo, & recedēdo, vt hic, & 4. q. 3. c. si testes. §. liberi testes, ver. venturis. C. de test. l. qm̄. C. d̄ ap. l. eos. §. si q̄s āt. & ad hoc cōcor. ī. de ele. cum non deceat. supra de voto & vo. redem. magnæ. ADDITIO. Omnino de his expēsis, vide quę scripsi in Spec. de teste. §. qualiter. super ver. testes autē. Ioan. And.

1 Et sic cessabit qō notata in Specu. d̄ teste. §. qualiter. versi. q d ergo. l. de teste qui iurauit p ductis articulis. Io. Andr.

† Al. cōuocent.

† Sed alia dāna nō sūt resarcienda. c. in nostra. de iniur. Bal. in l. fin. in fin. C. de fru. & lit. ex pen. qd̄ no. q̄a si testis caperet, diceret corruptus. Philip. Fō.

eisdem) nullum vllatenus conuocet †, nisi quando conditio [a] & status causæ requirent. Sed nec tunc (nisi a producente [b]) competentes (vocato pro testimonio, veniendo, stando, & redeundo) faciat ministrari † expensas. [c]

¶ *Gesta contra hanc Decretalem sunt ipso iure nulla. h. d. Et non diuiditur.*

¶ Quicquid autem contra præmissa, vel eorum aliquod contigerit attentari: sit ipso iure [d] irritum & inane.

[Glo. seq. ponit malitiam aduocatorum, & duo antiqua remedia.]

c ¶ Expensas.] Consueuerunt aduocati sua dolositate & imperitia, nescientes aliter partes iuuare, dilationes iuris petere ad testes vltramarinos, vel ex puinciā pducendos. 3. q. 3 cap. iuduciæ. §. spatiū. poterat iudex (si de malitia psumebat scilicet vt id fieret cā protelandi negotiū) sacramentum exigere ī. de iura. calum. c. 2. in fi. sed si iurabatur, videbatur danda dilatio. Consueuerant iudices aliter puidere ɓm formam decreta. de fideiusso constitutus. scilicet, ibi committere receptionem testium recepta cautione ab illo, ꝙ vadat vel mittat ad videndū illos iurare: super quo vide quod ibi nota. Hodie puto melius puisum p hāc litterā: Si enim dicet pars, habeo testes vltramarinos: & iudex dicit, parat' sum illos citare & expectare: depone salarium pro expensis testiū in eūdo, veniendo, vel stando: quod si facere nolit, causam non differet.

d ¶ Ipso iure.] Nota igitur ius nouum: q̄a (vt superi' dixi in multis capitulis superiorib.) valebat olim pcessus, si non opponebat̄ exceptio: hodie secus p hāc litterā: q̄a nullū est exceptionis remediū opportunū.

Tibi qui.] Hæc ē notabilis decretalis: Et diuidit̄, quia primo ponit tres casus, quibus prim' impetrans est potior, quos in fine moderatur. Secundus casus est ibi, Idem quoque. Tertius ibi, Quinimo. Moderatio est ibi, In prædictis. secundum Io. Mon. Io. And.

Additio Domini Heliæ.

¶ Istud c. emanauit ad declarationē c. Capitulū sanctæ crucis. eo tit. in anti. vbi quærtur, vtrū in rescriptis ad beneficia inspiciatur tempus datę, vel tēpus psentationis factæ ipsi collatori: vt cū sint in eadē collatione duo expectantes, qui habent gratias similes: certum est, quod qui prior est tempore, potior est iure. Ibi est quæstio, qualiter attendat̄ illa prioritas: vtrum respectu temporis datæ, vel respectu temporis presentationis. In isto cap. deciditur ista dubitatio.

CASVS. Ego à sede Apostolica impetraui litteras expectatiuas in ecclesia Pictauiensi: Nam Papa māda bat canonicis ecclesiæ Pictauiēsis, vt me reciperēt in fratrem & canonicum: & præbendam mihi cōferrēt, si qua vacaret: alioquin proximo vacaturam: dato mihi executore, qui in defectu canonicorū reciperet me in fratrē & canonicū, & p bendā conferret: Facta impetratione nō præsentaui litteras meas canonicis: postea Papa fecit tibi eādē gratiā in dicta ecclesia Pictauiensi cū clausula ista, Nō obstāte ꝙ p illis scripserimus: præsentasti litteras tuas Capitulo, & Capitulū recepit te in fratrē & canonicū: & sic es prior in præsentatione, & ego in impetratione: tādē vacauit quædā præbenda: antequā esset tibi collata, præsentaui litteras meas, & petij, vt mihi conferrent præbendā: tu vero q eras prior in præsentatione, petebas tibi illam conferri: dubitatur, quis nostrum sit prior, & per consequens cui debeat̄ dicta præbenda? Rñdet, quòd ex quo tempore p̄sentationis meatū litterarū non erat collata præbēda: licet sim posterior præsentatione, tñ sum potior in præbenda: & ideo sum tibi præferendus: quia sum prior in data. Quid si pręsentaui litteras meas post vacationē, nūqnid erit idem, videlicet, vt mihi debeatur p̄bēda qui sum prior in data? Rñdet, ꝙ sic, si executor me' iamq; processerat in processu, quia inhibuerat canonicis, ne illam præbendā tibi conferrent: vel aliàs p processum executoris præbenda fuerat mihi affecta: tunc debetur mihi, qui sum prior in data, & nō tibi. Sed quid, si antequā executor meus fecisset pcessū, vel antequā præsentasset litteras meas canonicis, vacauit pręb enda, & fuit iamq; tibi collata: vtrū mihi debeatur, & sit mihi affecta? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ si in gratia mea fuit appositum decretū irritans: videlicet, Decernentes irritum & inane q̄cquid in præiudicium gratiæ nostrę feceritis, & per qd̄ posset effectus nostræ gratiæ impediri. &c. tunc præbēda est mihi adeo affecta, ꝙ collatio alteri facta nō valebit. Nota primo ex isto capitulo, quòd Papa potest dare ius ad beneficia vacatura, ita, quòd promissio afficiat beneficium, & liget manus collatoris. Nota ꝙ in rescriptis impetratis ad beneficia respectu prioritatis & posterioritatis, attenditur tempus datæ, & nō tēpus præsentationis. Nota magis specifice, quòd si Papa duobus in eadem ecclesia similem gratiam fecerit primus est præferendus: licet secūdus eū præuenerit, in præsentatione & receptione: & hoc verū, dummodo præbenda non esset iam secundo collata: q̄a tūc secundo deberetur, & nō primo: nisi in litteris primi impetrantis fuerit appositum decretum irritans: quia tūc afficit canonicos etiā ignorātes. Helias. Regnier.

Casus litteralis do mini Heliæ.

¶ Idem.

10 ¶ *Sola præuenta præsentatio & receptio in canonicum secundi impetrantis in eadem ecclesia, non excludit primum impetrantem à præbenda vacante tempore suæ receptionis, vel post à uacante ante suam receptionem, vel præsentatio-* 20 *nem, & hoc, si per processum executoris, uel interpositionē decreti pro primo impetrante affecta extiterat: nisi dolo vel negligentia excluderetur ab eadem. Dominicus.*

CAP. XII.

30 Tibi [e], qui gra-

p ¶ Tibi.] quia decretalis est aliquātulum obscure dictata: vide casum litteralem: Ego impetraui gratiā in Ecclesia Bonoñ. dato executore mihi p Papā, vt faceret me recipi in canonicū Bononieñ. & prouidere mihi de p̄ben. si qua tūc vacabat, vel de pximo vacatura: Titius à Papa impetrauit secūdo loco eandē vel cō similem

similem gratiam in ipsa ecclesia Bonon. tamē præuenit me in præsentatione litterarū, & receptus fuit in canonicū: Tertio loco, ego litteras meas præsentaui, & auctoritate ipsarum receptus fui in canonicū Bononien. & tempore receptionis meæ vacabat præbēda, vel postea vacauit: quærit, cui debeat vel deferatur, an mihi primo impetranti, secundo p̄sentanti, & secūdo recepto: an illi Titio secūdo impetrāti, primo præsentāti & prius recepto? Respondetur, quod mihi & non illi debetur, ex quo illi ante præsētationē meā non erat collata. Secundo quæritur, ponere tētō eodē themate, quòd ante receptionem meā vacauit p̄bēda: & executor meus notificauit aut īterdixit seu reseruauit, & forte decretum apposuit, cui debebitur? an mihi prius impetranti, secundo p̄sentanti: an illi secūdo impetranti, prius præsentanti, priusque recepto? Respondetur, quòd mihi. Tertio quæritur, retētis eisdem terminis, post præsentationē & receptionē Titij: Ante præsentationem meam vacauerat p̄bēda: sed in litteris meis erat clausula decreti: quærit̄ cui debeatur? Respondetur, quòd mihi. hęc vera, si dolus vel notabilis negligentia mihi prius inpetranti imputari non potest. hoc dicit. Ioan. And.

† Britēsi. Betarēsi.

† Hodie mādata de puidēdo, & gratias expectatiuas omnino sustulit conciliū Triden. sessione 24. de reformat. cap. 19.

† Nota, ꝙ executor habet potestatē inhibēdi & decernēdi nullum ꝙ est fctū ꝯ ipsius p̄ceptū: de quo, de testa. ca. Raynaldus. & de p̄ben. dilecto. Do.

tiam [a] in Bituren. † ecclesia impetrasti à nobis certo [b] executore concesso, qui te in canonicum recipi faceret: & de prębenda tibi (si qua in eadē Ecclesia tunc vacabat; alioquin de vacatura † proxime [c]) prouideret [d]: alius similem gratiam post tuā impetrationem obtinens in eadem licet prius quàm tu, suas litteras præsentauerit, & in canonicum sit receptus [e]: in præbenda tempore tuæ receptionis, vel etiam post vacante (ex quo alteri ante tuam receptionem collata non extitit [f]) anteferri non debet. Idem quoque si ante receptionem [g] tuam in canonicum, vacauisset præbenda [h], per processum tui executoris †, qui ei, ad quem præbendæ collatio pertinebat, notificauerat [i], quòd eam volebat per huiusmodi potestatem conferre: aut interdixerat, ne conferret eandem, seu illam suæ reseruauerat collationi; præsertim [k] cum interpositione decreti affecta; tunc enim tibi & non alteri debet præbenda huiusmodi assignari. ¶ Quinimmo si ante receptionem & præsentationem etiam tuam, præbenda vacauit: idem erit censendum, si in huiusmodi gratia tibi facta, decretum [l] à nobis fuerat irritum & ina e, quòd contra ipsam contingeret attentari. ¶ In † prædictis [m] itaque casibus debes tu prębendam vacantem potius, quàm impetrator vltimus obtinere: dum tamen dolus [n] tibi non possit, vel notabilis † negligentia [o] imputari.

a ¶ Tibi qui gratiam.] Dic quòd est gratia ex parte cōcedentis, vt infra. eodem libro de prębendis, si motu. & capitulo sequenti. & no. s̄. de præben. relatū in glossa, immo uidetur, &c. & sic accipitur hic. Sed ex parte impetrantis est ambitio. infra eodem lib. de p̄bē. quamuis. in prīn. & ideo restringenda, vt eodem tit. si pluribus. §. 1. Archidiaconus.

b ¶ Certo.] Executor enim debet esse certus, vt no. hęc littera. habet enim delegatam iurisdictionē, qđ patet, quia ipsius materia in illo titulo ponitur, infra de officio deleg. si super. sicut de cōseruatore dicim' eodem titu. cap. 1. & vlti. Sed delegatus debet esse certus. supra eod ad hęc. sicut & arbiter & tutor. supra de arbitr. innotuit. ff. de testa. tute. l. tutor incertus ergo & huiusmodi executor: & propter hoc dixit, certo.

[Glossa sequens respondet per duas quęstiones scilicet, quid si non fuisset dictum de proxima? & quid, si proxima debetur alteri? vtranque soluit cum determinatione.]

c ¶ Proxime.] Hoc intelligitur, licet nō exprimeret̄. ff. de verbo. obligationi. l. eum qui calendis nisi aliud diceret̄ in litteris expresse vel tacite: puta, quā duxerit acceptandam. ī. de cōces. præben. c. 1. Et intelligit̄ hęc clausula & pręcedens, de præbenda nulli alij de iure debita: cū talis concessio sine alterius p̄iudicio fieri debeat. s̄. eo. quamuis. hoc lib. & infra de præbē. cum in ecclesia. &c. si postquam. Hæc vera, nisi aliud diceretur: puta, quia haberet prærogatiuam. infra de conces. præ ben. cap. penul.

[Glossa sequens soluit contrarium, & remittit.]

d ¶ Prouideret.] Nō dixit, cōpelleret: & ita alius est casus decretalis ī. de conces. prębē. si soli. De hac tamē materia distingue, & subdistingue, vt ibi plene dixi.

ADDITIO. Prouideret.] Ergo erat p̄uisor. de cōpulsore habet̄ infra eod. lib. de conces. p̄ben. si soli. Archid.

[Glossa seqūes obijcit, obiectionem impugnat, & remittit.]

k ¶ Beneficijs.] quæ in illa ecclesia obtinet, vt inf. eod. si compromissarius, in fi.

a ¶ Ad

---

1 Nota, quod primus act' in summarijs iudicijs q in plenarijs fieri non põt, nisi lite contestata, excludit dilatorias: vñ iuramẽto de calumnia in cã beneficiali præclusũ est dilatorijs.

Nota secundo, ꝙ cõtumax veniens dẽt cãm capere, vt eam inuenit.

Tertio not. ibi, non credo tñ exclusus ab exceptionib. põt nihilominus proponere exceptionem, quę reddit iudicium retro nullum. Do. & Phili. Font.

2 Vide Spec. tit. de ap. §. nunc breuiter. vers. sic. sed nũquid.

† al. aduersa.

3 Scilicet suspensionis a beneficijs, sed pœnam expensarũ non euadet in finelitis, si victus fuerit. vt hic notat Anto. Butrius.

4 Idem Inno. Host. Cõpostel. Archid. & alijs.

a ¶ Ad quæ.] beneficia.
b ¶ Tempus.] trium annorum.
c ¶ Temeritate.] secus autem si auctoritate superioris, vel si restitutus fuisset. C. de sen. pas. & re. l. 1. 2. q. 3. cap. si quem. §. accusatorum.

[Glo. seq. quærit, & remittit.]
d ¶ Priuatus.] nunquid ille ad quē collatio pertinet, statim possit illa conferre? Dic vt dicam ↓. eod. commissa.
e ¶ Spem.] nec em̄ sub spe veniæ debet quis peccare, vt ↑. de cle. excom. mi. illud. de consec. distinct. 4. quando quis.
f ¶ Manifestissimis.] 2. q. 8. sciant. C. de proba. sciant.
g ¶ Calumniæ.] nota in excipiendo, ac cusando, & denūciādo quē calumniari. de ac. super his. 2. q. 3. q. nō ꝓbauerit. & q. 8. qui crimen. & de calum. cum dilectus. Io. And.

triennio nouerit se suspensum: ad quæ [a] si infra illud tempus [b] propria temeritate [c] se ingesserit, eis ipso iure perpetuo, sit priuatus [d], nullam super hoc de misericordia spem [e], aut fiduciam habiturus: nisi manifestissimis [f] constiterit documentis, quòd ipsum à calumniæ [g] vitio causa probabilis & sufficiens [h] excusaret.

¶ Idem.

¶ Vota conditionalia & alternatiua, & incerta, in electionibus reprobantur, & habentur pro non habitis, & recidunt in pure consentientes. Ioan. And.

CAP. II.

In electionibus [i] & postulationibus, ac scrutinijs [k], ex quibus [l] ius oritur [m] eligendi [n], vota conditionalia, [o] alternatiua [p], vel † incerta [q] penitus reprobamus: Statuētes, vt huiusmodi votis pro non adiectis habitis, ex puris

[Gloss. seq. exemplificat, notat, & remittit.]
h ¶ Sufficiens.] defecerunt testes qui testificari ꝓmiserant 1: probaueram illum excōicatum, qui tñ̄ clāculo se prius absolui fecerat: ad hoc 2. q. 3. Paulū. de cleri. excō mi. proposuit. Et not. ꝙ in cā appellationis non indistincte condemnatur victus victori in expēsis. Quod dic vt dixi ↓. de reg. iur. ignorantia.

Nota ꝙ promittens testificari nō est suspectus: facit ca. dilectus. de capel. mona. Fon.

In electionibus.] Duo facit: quia primo tria reprobat: scd'a: ibi, Statuētes, declarat, & punit. Io. And.

CASVS. Vacāte aliqua ecclesia cathedrali vel regulari canonici vel monachi illius ecclesiæ cōuenerūt in vnum tractaturi de electione futuri plati, q̄ canonici vel monachi erāt xij. numero: quidā ex eis dederunt vota sua cōditionalia, alternatiua, & incerta: q̄a dixerunt, Eligo talem, si talis eum elegerit: & sic votū fuit cōditionale. Vel dixerunt, Ego eligo talē, vel talem: & sic votum fuit alternatiuū. Vel dixerūt, Ego eligo illum quē talis eliget: & sic votum fuit incertum: vtrum valeat ista electio? & vtrū ista vota cōputentur ad augendum numerum? Rñdet Romanus Pōtifex, quod ista vota conditionalia, alterna. & incerta nō augēt numerū, & sūt nulla ipso iure, ita ꝙ tota potestas eligendi remansit apud alios, qui pure elegerūt.

[Glossa sequens summat.]
i ¶ In electionibus.] vota conditionalia, alternatiua & incerta in electionibus reprobantur, & habenē pro non habitis, & recidunt in pure consentientes.

[Glo. seq. ponit tres significationes scrutinij.]
k ¶ Scrutinijs.] scrutinium multis modis dicit: scilicet catechismi, de ma. & obed. his q. & de capel. mona. dilectus. & de illis loquuntur canones de consec. dist. 4. ante baptismum, & ca. seq. Itē dicitur illorum, qui ad ordines vel dignitates promouētur, examinatio. ↑. de scruti. cap. vno. Item dicitur inquisitio volūtatum, quæ fit secreto in electionibus faciēdis, supra. eod. quia propter. & sic sumitur hic.

ADDITIO. Hostien. ponit hic xiij. modos, quibus dicitur scrutinium. Ioan. And.

l ¶ Ex quibus.] s. scrutinijs: & intellige publicatis. supra eod. publicato.

ADDITIO. Quia aliter non oritur ius eligendi. Ioan. And.

m ¶ Ius oritur.] saluo eo, quod habes. ↓. eo. perpetuæ.

ADDITIO. Ius oritur, idest, legitime factis: quasi dicat, si crimina aliàs essent malefacta, non reciderent in alios ius eligendi. Inno.

n ¶ Eligendi.] vel postulandi. ↑. eo. tit. scriptum.

o ¶ Conditionalia.] idest, sub conditione ꝓlata hoc modo. Cōsentio in A. & si uoluerit, cōsentio in B. vel cōsentio in A, si noluit iura: vel, si habuit maiorē partē capituli: vel si decan' in eū cōsēserit.

p ¶ Alternatiua.] eligo A, vel B. Cardinales tñ̄ interdū sub his formis cōditionalib. & alternatiuis eligūt, & ꝑ has formas veniūt ad duas partes, vt dicūt moderni: & sit ī eis spāle sicut & reliqua. ↓. eo. licet. & ↓. c. proxi.

[Glo. seq primo ponit exēplū, & huius iuris cām, & ius antiquum: Secūdo notat inducēs quattuor similia. Tertio quærit & soluit: Infert ex solutione, & cōtrarium tenet.]

† al. ita: & incerta.

q ¶ Incerta.] eligo illū, quem Archidiaconus eliget. Omnia talia vota non valent, quia certū consensum non exprimunt: & ideo merito reprobantur, licet olim admitterent, vt colligit, & not. 61. dist. studij. & 85. dist. Archidiaconū. sed ex illis ca. illud non colligitur. & ēt sic posset intelligi. ↑ eo. tit. cum terra. Nota ergo, ꝙ hi sunt legitimi actus qui conditionem nō recipiunt. ff. de reg. iur. actus legitimi. & ↓. de reg. iur. actus. vbi de hoc. Certa enim debet esse persona eligenda, sicut iudex, arbiter, tutor, & procurator. ↑. de rescrip. ad hæc. ↑. de arbi. innotuit. ff. de testa tu. l. tutor. incertus. ff. de ꝓcu. l. 2. De procuratore tñ̄ dic, vt ↓. de procu. c. 1. Sed nunquid quod hic dr̄ de postulatione & electione habeat locū in collatione seu prouisione? Dic ꝙ sic, fm̄ Compost. & propter eandem rōnem, nisi sit talis conditio, quæ insit de sui natura, puta, conferro tibi talē ecclesiam vel præbendam, si vacat, vel si capax est: talia enim non faciunt actum conditionalem: Vt si dicat: Do Titium tutorē si satisdederit: vel Titio lego x. si hæreditatem adeat hæres. ff. de tut l. muto. §. 1. de prębē. significatum. Vnde & Papa & eius executores quotidie conferunt præbendas cum cōditione, Si vacat. Sed in hoc, quod dicit Cōpost. ꝙ valet electio facta, si vacat: ↄ̄rium posset dici, cum tempus eligēdi non currat ignoranti, de concel. præben. quia diuersitatem. nō ergo debet eligere prius, q̄ sciat vacare. Nec obstat quod dicitur de tutore dato, si satisdederit, & legato relicto, si adierit: q̄a illæ sūt de futuro, & insūt aliàs, quare non eadem rōne valeret; consentio in illum, in quem maior & sanior pars, &c. cum hoc etiā videatur inesse ↑. eo. quia propter. Nam & video, ꝙ conditio q̄ inest si exprimatur, facit legatū conditionale. ff. de leg. 1. l. si ita legatum sit. §. 1. & de hoc vide quod dixi ↓ de spon. c. in vno. vlt. glo. Ioan. And.

Beneficij collatio cōditionalis, seu alterna tiua, vel incerta, an valeat.

ADDITIO. Cōditio ergo, quæ de sui natura inest, non facit contractum conditionalem vt not. 8. quęst. 3. in summa. & not. de elect. significasti. in 3 glo. & de seruis non ordi. eo libentius. in glo. 2. & de resti. spol. olim 1 in glo. 2. Cōtrarium not. hic in ista glo. Solu. si apponitur & exprimatur, nihilominus facit cōtractū conditionalē: Sed si non exprimatur, sed reliquit dispositioni iuris sic disponētis, & petitur sic fieri, nō censetur conditionalis, dato ꝙ ius sub cōditione disponat. Ad hoc quod not. de spon. c. vno in glo. fin. ↓. eod. lib. Hiero. Clarius Brixien.

[Glo. seq. reci. per obiectionem.]

a ¶ Residête.] quia si ex xij. canonicis, iiij. sic eligât, potestas eligendi sic remanet apud reliquos viij. ac si ipsi iiij. de capitulo nô essent: ita q valebit electio facta ab illis viij. vel maiori parte ipsorum. Et not. q licet pœna decre. cum in cûctis. non habeat locum nisi electione secuta, vt j. eo. tit. ppetuo. ista tamen etiã ante electionem locû habet. cû dicat, Scrutinijs: Vnde etiam si nô sit ad electionê processum: dummodo in scrutiniû fuerit votum tale depositû, icurrit deponês hãc pœnam ex ipso consensu, cum non dicat voce illorû qui elegerint, sed voce illorum qui consenserint.

† Deponês vota hic expssa, nô priuatur potestate eligêdi, sed vox sua nô côputaf. Dom. Pon.

consensibus celebretur electio: voce illorum, qui non pure consenserint, ea vice † in alios residente a.

a ¶ Residente] aliàs recidente. [Ioan. And.

¶ Gregorius decimus in generali concilio Lugduneñ.

V Bi periculum.] Diuiditur in vi. partes. Secûda: ibi, Hoc sacro. Tertia: ibi, Porro. Quarta: ibi, Præterea. Quinta: ibi, Ceterum. Sexta: ibi, Quia vero. ADDITIO. Et 7 partes possunt subdiui sm Ioan. Mon. quia primo tractat de Cardinalibus intrantib' conclaue: secundo, de non ingredientibus vel exeûtibus: ibi, Sane. Hæc aût prima iterum potest subdiuidi: quia primo tractat de exceptione absentium, & de ipsis ingredientibus conclaue, & de seruitoribus eorû. Secunda: ibi, In eodem, dat modum habitandi in conclaui. Et hæc facit quinque: quia primo prohibet velamina. Secundo in §. Nulli. prohibet accessum, missionê nuntij vel scripturæ: & 9 faciêtes excôicat. Tertio in §. Conclaui. dat modum habêdi cibû & potû in côclaui. Quarto: ibi, Prouisionis, prohibet pendête prouisionis negotio aliquid p Cardinales de Camera recipi: & punit 9 facientes: ibi, Idê, prohibet Cardinales alteri negotio intendere, duos casus excipiens. Boari. in diuisione côcordat, & aliud hic nô glossat. Frãch' diuidit in vij partes: & primam protendit vsq; ad §. Verum si quod absit. secûdam vsque ad §. Sane. tertiã vsque ad §. Porro. In alijs concordat. Clericus Pisanus facit viij. partes: in secunda concordat: tertiã facit: ibi, In côclaui. quartam: ibi, Prouisionis. quintã: ibi, Idem. sextam: ibi, Sane. septimam: ibi, Præterea. octauam: ibi, Ceterum. vsque ad finem. Ioan. And.

¶ Istud ca. legit vnico côtextu vsque ad finê. Et in principio huius ca. primo ponit cã constitutionis: & iuris veteris conseruatio: protestando, q nô intendit reuocare ca. licet de vitanda discordia. eo. tit. in ant. vbi dr, q si Cardinales in electione Romani Pôtificis sint in discordia, & duæ partes Cardinaliû conueniât in aliquê: ille est habendus pro Romano Pôtifice, nô obstante 9dictione tertiæ partis: sed si tertia pars Cardinaliû opponat exceptionê, nô est admittêda. Postea in secunda parte statuit, quo modo & in quo loco debeat celebrari electio Romani Pontificis, siue in Romana ciuitate siue in alia: vnde in ciuitate, in qua morit Romanus Pôtifex, dêt à Cardinalib. electio fieri: & si sint absentes, sunt vocâdi & expectâdi p decê dies, & quê modû debeât seruare. Postea in tertia parte prouidet vbi sit facienda electio, qñ Papa moritur nô in ciuitate vbi est curia Romana, sed moritur ex curiã: quia forte proficiscebatur ad aliquã peregrinationem cum suis familiaribus, & mortuus est. De forma nihil dixit. quia eadê forma semp est seruãda. In quarta parte Romanus Pontifex siue conciliû generale (quia ista côstitutio fuit facta in côcilio generali) côsiderans q Cardinales possent recedere à forma isti' constitutionis diabolo suggerente, & sic possent retardare electionem pp suam discordiam, deputauit executores dños têporales loci, in quo erit celebrãda electio. Qui dñi tpales poterunt ipsos Cardinales includere sine metu excôicationis, & eis alimenta denegare secundû formam contentam in hoc capitulo: q a Cardinales debebunt esse côtenti vno ferculo in die: & si infra quinque dies non possint concordari, dabitur eis panis & aqua. In quinta parte inhibet Cardinalibus, ne pactionibus & iuramentis se astringât ad aliquem eligendum: sed in arbitrio cuiuslibet remaneat sm suam conscientiam. In sexta & finali parte monet & hortat Christi fideles, vt audita morte Romani Pôtificis, ipsi continue orêt p Romana ecclesia: & q plati hortentur subditos suos ad orandum pro Romano Pontifice. Hoc habet istud capitulum vsque ad finê. Et ista diuisio sit loco positionis casus. Textus, Dispendijs, id est, damnis & incômodis. Absentes expectare: Hic est vnum speciale in electione Romani Pontificis: videlicet q præsentes non tenentur expectare absentes, nisi per decem dies: nec tenent illos expectare: licet secus sit in alijs electionibus aliorû prælatorum à Romano Pontifice. Nam in ceteris electionibus vocandi sunt absentes. cap. quia propter. ca. sicut eod. titu. in ant. Ex tunc, id est, elapsis decem diebus. Seruientibus, id est famulis: & quilibet Cardinalium non po est secum ducere ad palatium, in quo facienda est electio, nisi vnum seruitorem: tamen datur sibi Cardinali electio an velit, q sit clericus vel laic'. Et istud verum, nisi Cardinalis esset detêtus tam graui infirmitate, quòd vnus seruitor non sufficeret: tûc enim pmitteretur sibi habere duos famulos. Vnum conclaue. id est, vnam cameram. Velamine. dicit glo. id est cortinis. Secretam cameram pro depositione superflui ponderis naturæ. Côclaui prædicto. & dicit q debet claudi, ita q nullus intret. Sed quomodo ministrabunt eis necessaria? Hic puidet, vt dimittatur aliqua parua fenestra, per quam ministrabuntur victualia necessaria: quæ fenestra debet esse ita arcta, quòd per eam nullus possit intrare & exire. Prouisione. id est, electione. Intra tres dies. & sic durantibus tribus diebus possunt eis ministrari tria fercula: sed post tres dies solum eis ministrabitur vnû ferculû. Quid, si vnus velit vnum ferculum, alius aliud: puta vnus vult carnes bouinas. alius capones, alius pdices? Dicunt Doctores, quòd est ministrandum vnum solum ferculum omnibus: & non sunt eis ministranda diuersa fercula: quia aliàs posset fieri fraus: Nã ipsi sibi ipsis ministrarent diuersa fercula. Intromittant. durante electione non debêt se de alijs rebus intromittere, nisi grande periculû immineret, vt dicit hæc littera. Suffragio. id est voce. Ciuitas. Si ciues videât, quòd eorum dominus non vult exequi istam constitutionê, ipsi hoc debent facere: aliàs enim ipsi ciues punirentur, quia excommunicarentur, & eorum ciuitas poneretur sub interdicto ecclesiastico. Nã ex quo culpa est grauis & magna, etiã debet esse magna pænitêtia. Vbi primum id est, quàm primum. A clero & populo. vnde exequiæ Papæ non debent fieri expensis solius cleri, sed populus debet contribuere. Nota ex isto cap. notabilia principaliora. Primo nota ex principio capituli, q vbi est maius periculû, ibi cautius est agêdum concor. Authen. apud eloquentissimum, de fide instrum. C. vbi dicitur, quòd in causa criminali iudex debet examinare testes, licet in causa ciuili possit vices suas alijs committere: quia in causa criminali maius periculum vertitur, quàm in ciuili. Nota locû, in quo debet celebrari electio Papæ quando moritur in ciuitate: & ponitur forma electionis, quam debêt obseruare Cardinales. Nota, q si Papa dimissa curia iciuitate, se trãstulit ad alium locû, & in itinere mortuus est, tunc electio est celebranda in ciuitate illius loci: Sed si ibat ad peregrinationê, tunc electio est facienda

¶ *Ponitur causa constitutionis, & iuris veteris conseruatio. Ioannes Andreæ.*

CAP. III.

VBI † PERICVLUM

† vide côcilium Lateraneñ. sub Alexan. iij c. 1. & Clemen. ne Romani. tit. de electio. ne.

eligenda ubi dimisit curiam. Unde istud cap. limitatur secundum cle. ne Romani. eo tit. Sed quid, si moritur in mari? non est in territorio seu dominio alicuius: quia quando dominia de iure gentium fuerũt distincta, mare remansit commune & indiuisum, secundum quòd erat de iure naturali. Dicunt Doctores, ꝙ licet mare nõ sit ĩ territorio alicuius domini, tamen partes maris consueuerũt distingui per ciuitates proximas, & censẽtur pars ciuitatis. l. insulæ. ff. de iudi. Et ideo si Papa moriatur in mari, tunc electio fiet in ciuitate distinguẽte illam partẽ maris. Si autẽ illa pars maris non cõsueuit stringi, fiet electio in proximiori ciuitate. Nota illud, ad qđ allegat istud capitulũ, ꝙ in famibus non patent portæ dignitatũ. Nota, quòd parũ esset iura esse condita, nisi essẽt magistratus qui iura tuerentur. Et ad hoc quotidie alleg. illud c. Helias Regnier.

[Glossa prima simul diuidit, & summat.]

lum [a] maius intenditur, ibi proculdubio est plenius [b] consulendum. [c] Quàm grauibus autem sit onusta dispendijs, quot & quantis sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti [d] cõsideratio temporis edocet, & considerata pruden ter illius temporis discrimina manifestant. [e] Hinc nos euidens euocat ratio, [f] vt dum reformandis etiam minoribus [g] nostra solerter [h] vacat intentio, ea, quæ periculosiora [i] sunt, nequaquam absque remedio reformationis accommode [k] relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro vitãda discordia in electione Romani Pontificis, à nostris sunt prædecessorib. [l] & præcipue à felicis recordationis Alexandro [m] † Papa tertio, salubriter instituta: omnino immota in sua firmitate [n] manere censentes: nihil enim detrahere illis intendimus, sed quod experientia [o] deesse probauit, præsenti constitutione supplere.

Ponitur quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio, quando moritur in ciuitate, in qua cum sua curia residebat.

¶ Hoc sacro concilio [p] approbante statuimus, ut si eundem Pontificem in ciuitate, [q] in qua cum

† In concil. Lateran. c. 1. & refert in c. licet de vitanda extra de electio.

a ¶ Vbi periculũ.] in prima parte, quæ durat vsq; ad ver. Hoc sacro. ponitur cã constitutionis, & iuris ueteris conseruatio. In secunda ponit, quomodo habeat fieri Romani Pontificis electio, qñ morit in ciuitate, in qua cum sua curia residebat. In tertia, quę incipit: ibi, Porro, ponitur, quid iuris qñ moritur extra ciuitatẽ, in qua erat curia. In quarta, q̃ incipit: ibi, Præterea. dat executores huic iuri cum pœnis. In quinta, quæ incipit: ibi, Ceterũ, obtestatur Cardinales, ut in electione Romani Pontificis deponãt omnem priuatũ affectum: & cassat omnia pacta, obligationes, & iuramẽta, quæ data vel facta essent de aliquo eligendo. In Sexta, q̃ incipit: ibi, Quia uero, monet omnes fideles, ut statim audita sũm̃i Põtificis morte eius celebrẽt exequias: & quotidie orẽt ꝓ vigili, concordi, & utili ꝓuisione Romanæ ecclæ. Prælati aũt in suis pdicationib. ipsos subditos adhorrẽtur: & eis frequentiã orationũ, & obseruantiam ieiuniorum indicant, hoc dicit in summa.

[1] Hæc glossula ex annotatione marginali huc irrepsit. & qñ liceat arguere a rõne legis, uide Nicolaũ Eueradũ loco a rõne legis, ad ipsam legem.

b ¶ Plenius.] aliàs, penitus.
c ¶ Consulendũ.] 42. dist. quiescamus. 7. q. 2. c. ult. ff. de carbo. edic. l. 1. §. sed & si quis.
d ¶ Exacti.] idest, retroacti uel trãsacti: sic prouidetur ex præteritis circa futura. de hoc vide 45. distin. multis. 34. q. 2. cum per bellicam, supra de præsump. scribam. & facit de procu. c. 1. de ser. non ordi. c. 1.
e ¶ Manifestant.] ad idẽ. ĩ eo. fundamenta. Io. And.
f ¶ Hinc nos euidẽs euocat rõ.] Nota, rõnẽ legis attendendã non minus, quàm ipsam legem. C. quæ sit lon. consue. l. 1 ff. de iure pa. adigere. §. quãuis. Et nota, ꝙ ubicũque habet locum ratio, & lex. ff. de interd. l. 1. cum simil.
g ¶ Minorib.] scilicet, inferiorũ ecclesiarũ uacationib. 50. dist. postquam. de electio. ne pro defectu. & ca. seq. & ĩ. per totum. & 21. q. 5. c. 1.

h ¶ Solerter.] aliàs solerter, aliàs feliciter.
i ¶ Periculosiora.] sicut est Romanæ ecclesiæ uacatio: & est simi. ĩ. de immu. eccl. quoniam.
K ¶ Accommode.] id est multum commode.
l ¶ Prędecessoribus.] 23. dist. c. 1. 79. dist. per totum.
m ¶ Alexãdro.] s. eod. licet de vitãda. Ioan. And.
n ¶ In sua firmitate. bene dicit, vt patet. 25. q. 2. si ea. & c. ꝙ uerò. & c. ecclesiasticæ. cum sim. Archidiaconus.
o ¶ Experiẽtia.] sic supra eo. lib. de resc. statutum. & inf. eo. tit. quàm sit
ADDITIO. Sic in auth. hæc consti. in no. cõsti. &c. col. 8. & infra eo. quàm sit. 1. respon. Archidiaconus.
p ¶ Cõcilio.] generali. s. & edicto Lugdun. Sumit tamẽ ista ɔstitutio potius uigorem ex renouatione Cælestini quinti: & hac approbatione & cõseruatione Bonifacij, quàm ex prima equa constitutione Gregorij, ex eo qa reuocata fuerat per dominum Hadrianum, [2] & per dominum Ioannẽ xxj. Papam: Et pro reuocata habebatur: nec olim inter Gregorianas legebatur. Et certe cum constitutio ista tam vtilis, approbatione tanti concilij fuerit edita, nõ æquum fuit, quòd absque requisitione cõcilij reuocata fuerit. supra de regulis iuris, capitulo primo de plenitudine tamen potestatis id facere potuerat: cum sit Papa super [3] omnia concilia. supra, significasti.

[2] Qui fuit de Flisco, & nepos Innocẽtij quarti: uixitq; minus xl. diebus.

ADDITIO. Iste prius uocatus fuit Petrus Hispanus, & fuerat Tusculanus Cardinalis, de hoc commendatur, quòd se pauperibus & diuitibus communem exhibuit. Ad reuocandam autem constitutionem mouit eum, quia mortuo Gregorio huius decr. auctore, seruata ista cõstitutione, surrogatus fuit Innocentius quintus, qui fuit Burgundus, frater prędicatorum, & doctor sacræ paginæ, & vixit quinque mẽsibus & duobus diebus post eum. In creatione Hadriani etiam seruata fuit hæc constitutio qui parum uixit, ut prædixi: quo mortuo, in electione etiam ipsius Ioannis seruatus fuit effectus constitutionis: qa uero etiam quamplures Cardinales tũc decesserunt: ęstimatum fuit, quòd illarum mortium causa fuerit refectio illius constitutionis: ideo per eum reuocata fuit vel suspensa, quo ad omnẽ ipsius effectum. Ioan. Andreæ.

[3] Vide Turrecrematã in sũma de eccl'a, lib. 3. c. 24. in fi. & c. 44 ubi late ꝓbat hoc dictũ, glo. sæ.

ADDITIO. Alia Ioann. Mona. dicit, quòd fuerat suspensa: & quia suspensio non fuerat in scriptis redacta: Ioann. illam suspendit quo ad omnem ipsius effectum. & ideo Gul. noluit hanc decret. aliter glossare: sed prosequebatur hic xij. specialia in electione Papali, & circa illa seruabat aliquas quæstiones, quas vide in decret. licet, eodem tit. Gar. autem nil glossauit, nisi excusationem prætermissionis glossandi, Ioan And.
q ¶ Ciuitate.] ciuitas murorum ambitu terminatur. ĩ. de sent. excom. si ciuitas. Ioan. And.

[Glo.seq.In prin.reci.per obiectionē,quam soluit: & in incipienti quæstionē remittit. secundo quærit. arg.pro & soluit,tertio quærit,& soluit.]

a ¶ Decem diebus.] nota ꝙ cōstitutio ista nō iubet eos citari,sed tantum expectari: & sic est speciale in

c ¶ Habitabat.] sim. ff. de iudic.§ locus.ff.de arbi.§ cum dies.§.si arbiter.

d ¶ Necessitas.] vt forte quia podagras patitur, ita quòd necesse habet per seruiētes sustineri & portari, vel alia similis causa.

sua curia residebat , diem claudere contingat extremum : Cardinales, qui fuerint in ciuitate ipsa præsentes , absentes expectare decem diebus [a] tantummodo teneantur: quibus elapsis , siue absentes uenerint, siue non, ex tunc omnes [b] conueniant in Palatio , in quo idem Pontifex habitabat : [c] contenti singuli, singulis tantummodo seruientibus clericis, uel laicis , prout duxerint eligendum.Illis tamen , quibus patens necessitas [d] id suggerit indulgeri , duos habere permittimus , eisdem † electionis arbitrio [e] reseruato. ¶ In eodem autem Palatio vnum conclaue [f] nullo intermedio pariete, seu alio velamine, [g] omnes inhabitent in communi : quod (reseruato libero ad secretam cameram aditu [h]) ita claudatur vndique, ut nullus illud † intrare ualeat uel exire. ¶ Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, uel facultas secrete [i] loquendi cum eis: nec ipsi aliquos ad se uenientes admittant, nisi eos , qui de uoluntate omnium Cardinalium ibi præsentium , pro his tantum , quæ ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur [k]. ¶ Nulli etiam fas sit, ipsis Cardinalibus, uel eorum alicui, nuncium mittere, vel scripturam . Qui vero contra fecerit scripturam mittendo,uel nuncium , aut cum aliquo ipsorum secrete loquendo: ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. [l] ¶ In conclaui tamen prædicto aliqua fenestra [m] cōpetēs dimittatur , per quam eisdem Cardinalibus ad victum commode necessaria ministrentur : sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus.

¶ Verum si (quod absit) infra tres dies, postquam (vt prædicitur) conclaue præfatum ijdem Cardinales intrauerint , non fuerit ipsi Ecclesiæ de Pastore prouisum:per spatium quinque dierum immediate sequentium , singulis diebus tam in prandio , quàm in cœna , vno solo ferculo sint contenti : quibus [n] (prouisione non facta) decursis: ex tunc tantummodo panis , vinum & aqua † ministrentur eisdem , donec eadem prouisio subsequatur.

¶ Prouisionis quoque huiusmodi pendente negotio, dicti Cardinales nihil de camera [o] Papę recipiant, nec de alijs eidem ecclesiæ tempore vacationis obuenientibus vndecunque : sed ea omnia ipsa uacatione durante, sub eius , cuius fidei & diligentiæ camera eadem est commissa , [p] custodia

electione sūmi Pōtificis,cū in alijs absētes de ꝓuincia sint vocādi.s̄. eo. coram. vel saltē secundum ꝙ est cōsuetudo , ut ibi no.& 7.q.1.fact[a]. & si cōsuetudo eēt, nō vocarentur. j̄.de præben. cū in ecclesijs.Si autem quæratur q̄ sit prouincia Romana:dic vt s̄. d offi.vica.sua.Sed pone, Cardinales q̄dā sunt absentes & ita remoti,ꝙ nullo modo possent venire infra decē dies ad locū,ubi debet electio celebrari, nunqd poterunt pręsentes statim ad electionē ꝓcedere: uel ante lapsū horū decē dierū ? & vr̄ ꝙ sic. ff. ad Velleia. l.aliqn.§.si. maxime ꝑꝑ periculū moræ,ut s̄.Sed cū hic simpl'r dicat̄ , ꝙ expectari dēnt ꝑ decem dies,simpliciter intelligendū est, sm 1 Guli.ff.de alea.l.1. §.qđ vero. & s̄. de priui.qa circ. posset enim absētes uti felici diplomate. ff.de verb.obli. continu[9]. §.cū ita, circa finē. vnde ante dicēdum ꝓcedere nō debent. & forte audiētes de infirmitate Papæ, vl' alia cā uenire cæperāt ante mortem:ita ꝙ infra decem dies à morte erūt in loco:& beneficiū iuris nemini est auferendū.28. dist. de his.j̄. de reg. iur. indultū. & facit optime inf. eod.commissa. 1.respon. cū suis cōcor. Sed pone:aliq̄s Cardinalis non debito tempore expectatus vult agere de contēptu:quæritur vtrum possit ? Dic quòd si electio facta fuit ab omnib.reliquis, vel à duabus partib. eo nō cōputato , nulla obstat exceptio,& sic nec actio.s̄.eod.licet.& ff. de superfi.l.1.§.ult.in fin.§.

b Omnes.] præsentes: et si essent pauciores quàm tertia pars per hanc constitutionem.

e ¶ Arbitrio.] ut possit habere, vel vult clericos vl' vult laicos:uel alterū clericum , vel alterum laicum.

f Cōclaue.] ad idē 12.q.1. cap 1. j̄.de sta. reg.c.1.& ff.de dam. infec.l. qui cōclaue. ADDITIO. Et solet dici conclaue, qund pluribus clauibus clauditur:uel ad quod per plures claues itur.Ioannes Andr.

g ¶ Velamine.] ut puta sestorijs uel cortinis.

h ¶ Aditu.] 18.q.2. diffinimus.

i ¶ Secrete. 81. dist. clericus. 28. q. 2. in decima.

K ¶ Vocarent̄.] puta aduocati, uel iuri speriti, uel religiosi viri, vel tabelliones.

l ¶ Incurrat.] nota canonem latæ sentētiæ , alium habes j̄. eo.cap.§ ꝙ si. Alios hmōi iuris noui notaui j̄.de senten.excom. eos. 2 Et cum nō reseruauerit sibi absolutionem: dicamus ꝙ ordinarius absoluere poterit,ut dicam j̄. eod. sciant cuncti.

m ¶ Fenestra competens.] ita ꝙ nullus intrare per eam possit , uel exire, ut s̄ & infra. ADDITIO. Erit cū rota ad modum monialium, secundum Fran. Vercel. vel cū barris ferreis circundata , secundum eū. Ioan.And.

n ¶ Quibus.] scilicet, quinque dieb.

o ¶ Camera.] sic & in clericis collegiatarum cathedraliū, vel regularium ecclesiarum.inf.eo.qa sæpe.& fuit hoc statutum,quia forte ꝓpter hęc habenda essent in prouidendo tardiores.Ioan.And.

p ¶ Cōmissa.] per Papam, cuius morte non expirat officium camerarij, ut in clem. eo. tit.ne Romani §. eo tamen.

† In antiqs codicibus legit̄ eiusdem.

1 Idē Ph. ex quo no.ipseꝙ pēdente dilatiōe nihil nouandū ē, & si certū sit partē nihil agere posse.Fon.

† In antiqs exemplarib.legit̄,illuc.

2 Et sunt 32.52. in ductos ꝑ cle.ibi, collegi.đ sent. ex cō.c.1.in gl.ē sciēdū. Ioan. And.

† Præter Philippū Franchū hic, uide glosā in Clem.i.đ hær.,uerbo, tormentis.

a ¶ Re-

maneant: per eum dispositioni futuri Pontificis reseruanda a. ¶ Qui autem aliquid receperint, teneantur extunc à receptione quorumlibet reddituum ad eos † spectantium abstinere, donec de receptis taliter plenariam satisfactionem impendant. ¶ Ijdem quoque Cardinales accelerãdæ prouisioni sic vacent attentius, quòd se nequaquam de alio negotio intromittant b, nisi forsan necessitas adeo vrgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipsius ecclesiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere: vel nisi aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, quod omnibus & singulis c Cardinalibus præsentibus cõcorditer videretur illi celeriter d occurendũ. ¶ Sane si aliquis ex prædictis Cardinalibus conclade prædictum (vt supra exprimitur) non intrauerit: aut intrans absque manifesta causa infirmitatis e exierit, ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad † eligendum summum Pontificẽ libere procedatur. ¶ Si vero infirmitate superueniente, idem conclaue ex eis aliquem exire f contingat: ipsa etiam infirmitate durante, poterit eius suffragio g nõ requisito [ad † electionem] procedi: sed si ad alios, post sanitatem h sibi redditã seu ante, redire voluerit: vel etiá si alij absentes, quos per decem dies dicimus expectandos, superuenerint: re integra, videlicet i ante quàm eidem ecclesiæ sit de Pastore prouisum, in eodem negotio in illo statu, in quo ipsum inuenerint k, admittantur: præmissa tã de clausura, quàm de seruientibus, cibo, ac potu l, & reliquis, cum alijs seruaturi.

¶ *Quid iuris, quando moritur Romanus Pontifex extra ciuitatem, in qua erat curia.*

¶ Porro si quando Romanum Pontificem extra ciuitatem prædictam, in qua erat cum sua curia m residens, cõtigerit ab hac luce migrare: teneantur Cardinales in ciuitate, in cuius territorio n seu districtu idẽ Pontifex obijt, conuenire: nisi sit forsitan interdicta o, vel contra ecclesiã Romanam in aperta rebellione persistat: quo casu, in alia viciniori cõueniant, quæ similiter nec interdicto subiaceat, nec sit (vt prædicitur) apte rebellis. ¶ In hac etiam ci-

a ¶ Reseruanda.] sic j.eod. quia sæpe. & de offi. ordi. præsenti.

b ¶ Intromittant.] simile j. de hæret. accusatus. §. sane. & §. seq. An collegium Cardinalium sede vacante Papali potestate vti possit, dicam j. de schisma. c. 1. ad fin. & est expeditum hodie quòd nõ: nisi quantum hic cõceditur: vel nisi circa substitutionem camerarij vel pænitentiariorum deficiẽtium: quod dic vt in Clemẽ. eo. tit. ne Romani. vbi etiã determinat hãc constitutionem, vel eius partem, tunc per collegiũ alterari nõ posse. Ioan. And.

c ¶ Singulis.] licet alias dicere cõsueuerimus, quod fit à maiori parte dici factũ fuisse cõcorditer. 56. di. Apostolica. in gl. 1. & de elec. cum inter canonicos. & ff. ad muni. quod maior. nisi minor pars iustam causam cõtradictionis ostendat. de his quæ fiunt à ma. par. ca. c. 1. tamen per hanc litterã quę hoc hic exprimit, dico 1 omnes debere esse concordes.

d ¶ Celeriter.] scilicet, suspenso electionis negotio. Et not. quod desideratur celeritas. de hoc dixi j. eod. ca. vlt. Io. And.

e ¶ Infirmitatis.] alia ergo necessitas non excusat.

f ¶ Exire.] si autem oẽs exierint simul vel succesiue: dic, vt in Clemen. eod. tit. ne Romani. §. porro.

g ¶ Suffragio.] idest, consensu. sic sumitur. ff. de legi. de quibus, in fi. ff. quod cuiusque vniuer. item eorum. §. 1. ad hęc. ff. de decu. spurij. § minores j. eod. ex eo. aliquando sumitur pro auxilio, cõcilio, vel seruitio. 12 q. 2. quicunque suffragio. C. de suffragijs. l. 1. Archid.

[Glossa sequens quærit: ponit dictum Hostien. & soluit.]

h ¶ Sanitatem.] quid si Cardinalis propter infirmitatem nolens inclusus stare, renuntiet voci suæ: nunquid valeat renunciatio: & nunquid rediens admittetur? Hostien. cui hoc de facto contigit, plene notauit hanc quæstionem s. de renun. nisi cum pridem. §. propter malitiam. dicens finaliter quod pænitens & rediens admittendus est; de ijs autem quæ medio tempore facta sunt, conqueri non poterit: & hæc quæstio satis hic terminatur per sequentia.

i ¶ Videlicet.] vide mirabilem expositionem huius verbi, re integra. aliter exponitur s. eod. in causis. §. quia vero. vbi de hoc.

K ¶ Inuenerint.] sim. j. vt lit. pendẽ. cap. 2. in fine.

[Gloss. seq. quęrit, arguit negatiue, & soluit contrarium.]

l ¶ Potu.] pone: Cardinalis absens venit post diem octauũ à die inclusuræ, ita quòd Cardinales inclusi tunc non habebant, nisi panem, vinum, & aquam, vt dictum est supra, nũquid iste superueniẽs statim cõpellitur suscipere eorũ vitam? & videtur quòd nõ: quia non fuit in culpa. s. de constitu. ca. 2. dic secus per hãc litteram, & per illã superiorem in eo statu, &c. Ad hoc de statu monachorum, ca. recolentes. & sæpe sine culpa quis punitur ex causa quod dic vt infra. de reg. iur. sine culpa.

m ¶ Curia.] & erat ordinatũ de ipsa curia trãsferẽda. aliàs si in primo loco remansisset audientia litterarum & causarum, licet suspensa, ibi celebraretur electio, vt in constitu. clemen. eod. tit. ne Romani. §. sane. in fin.

[Glo. seq. recitetur per quęstionem.]

n ¶ Territorio.] siue districtu. Quid sit territorium, dixi s. de consti. ca. 2. quo ad hũc casum ponitur pro diœcesi, vt in Clemẽ. eo. tit. ne Romani. §. sane. & per hãc litterã puto, quod si moriatur in mari, Cardinales debeant conuenire in ciuitate, per quam locus ille maris distringitur 2 ad hoc. ff. de verbo sign. l. pupillus. §. territoriũ. ff. de iudi. insulæ Italiæ. & si non distringatur 3 per aliquã ciuitatem, dicerẽ in viciniori id faciendũ ad hoc s. de consuet. cum olim. ff de verb. sign. notionem. §. 1. ad hoc. j. §. 1. ibi: in alia viciniori, &c.

o ¶ Interdicta.] nota quod in loco interdicto non potest electio celebrari: nisi velis dicere hoc speciale in electione Romani Pontificis. & posito etiã quod in tali loco celebretur, nihilominus valet: quia nulla exceptio admittitur, vt s. dixi.

† al. ita, ad ipsos.

1 Idem Dom. & hoc est propter adiectiuũ geminatũ: & idẽ dicas; si in ordinatione aliqua ponatur plena cõcordia. Phi. Fon.

† In antiqs codicibus ita: ad eligendũ substituẽdũ Põtificem libere procedatur.

† Hæ duę voces: ad electionẽ desũt in aliquot antiquis codicibus.

2 al. distinguitur.

3 al. distinguatur.

a ¶ Tueatur.] vt ff. de or. iur l. 2 §. post originẽ. & ǰ. de sta. re. ca. vnico. §. & quoniam.
b ¶ Celebranda.] ſm distinctionem ſuperius factam.
c ¶ Præſumãt.] q̃a tũc eſsẽt excõicati: ſicut & in ſe defendẽdo modũ excedẽs. ꝙ dic vt ś. de reſti. ſpol. olim 1. in fi. Et nota caſum, in quo laic? auctoritate canonis poteſtatẽ habet in clericum, contra id 96. distin. bene quidem de ſen. ten. excom. ſi vero.
ADDITIO. Et dic: canonis id ſtatuẽtis ꝑ bonũ publicũ, & ſuperioris defectum bene facit 79. disti. ſi quis pecunia. alios caſus vide 23. q. 5. principes, in glo. 2. Ioan. And.
d ¶ Corporaliter.] vide quod not. c. prox. Ioan. And.
e ¶ Pateant.] ś. de exceſ. præla. inter dilectos. ǰ. de reg. iuris. infamibus.
f ¶ Priuatos.] ſic ǰ. eo. fundamenta. §. ꝙ ſi ſecus. ś. de pœnis. in quibuſdam. & ǰ. eo. tit. felicis.
g ¶ Sine ꝯdictione.] præſcribi tamen poſſunt. quod dic vt ǰ. de præſcrip. ca. 2.
h ¶ Prædicta.] in qua ſecundum ſuperiorem diſtinctionẽ erat electio faciẽda. Ioan. And.
i ¶ Priuata.] ſic ǰ. de de pœn. felicis. in fi. & 15. q. 2. ita nos.
K ¶ Captiuat.] ideſt, quaſi captiuatũ facit, & tenet. Io. And.
l ¶ Certũ.] puta talẽ eligendũ. Io. And.
m ¶ Electio.] quæ libera debet eſſe, cũ ex cõſenſu ꝓcedat. ad idem de ſpon. cũ locum.
n ¶ Sua ſunt.] de cenſi. cũ Apoſtolus.
o ¶ Poſſibilitas.] q̃a vltra poſſe nemo. 22. q. 2. faciat. ǰ. de reg. iur. nemo. ś. de pactis cap. vltimo.
[Gloſſa ſequens quærit & remittit.]
p ¶ Idoneo.] tenetur ergo Cardinales idoneũ eligere: licet dicamus ꝙ nulla exceptio admittitᷓ cõtra electum à duab. partibus. ſupra eod. l. cet. Quid ergo ſi laicum illiteratum vxoratũ eligant? De hoc vide 79. diſtin. ſi quis pecunia.
q ¶ Diuinæ.] ad hoc ǰ. eod. cõmiſſa. in fi.
r ¶ Graui.] fuit ergo grauis offenſa. 24. q. 1. non afferamus.
s ¶ Caſſamus.] ſim. C. de leg. nõ dubiũ. ff. de pac. l. iuriſgentiũ. § & generaliter. & ſi hoc nõ dixiſſet Papa: tñ nõ tenebãt ꝯ hanc cõſtitutionẽ, & alia iura. quod dic vt leg. & not. 10. diſt. vides. ś. de ſpõ. duorum. tua. Archid.
t ¶ Carere.] cõcor. infra. de offic. ordin. quia plerique.
a ¶ Huma-

uitate, tam quoad expectationem abſentium, quàm quoad habitationem communem, clauſuram, & cetera omnia in domo epiſcopali, vel alia qualibet eiſdem Cardinalibus deputanda, eadem obſeruentur, quæ ſuperius obeunte dicto Pontifice, in ea, in qua cum ſua curia reſidebat, ſunt expreſſa.

¶ *Dat executores huic iuri cum pœnis. Ioan And.*

¶ Præterea (quia parum eſt iura condere, niſi ſit qui eadem tueatur [a]) adijcendo ſancimus: vt domini †, alijque rectores, & officiales ciuitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda [b], auctoritate noſtra, & eiuſdem approbatione concilij poteſtate ſibi tradita, præmiſſa omnia & ſingula plene ac inuiolabiliter, ſine fraude ac dolo aliquo faciant obſeruari: nec Cardinales vltra quã præmittitur, arctare præſumant [c]. ¶ Super his autem taliter obſeruandis, ſtatim audito ſummi Pontificis obitu, coram clero & populo vniuerſo ciuitatis ipſius ad hoc ſpecialiter conuocandis, præſtent corporaliter [d] iuramentum. ¶ Quòd ſi præmiſſa diligenter non obſeruauerint, aut fraudẽ in eis vel circa ea commiſerint, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, omni ceſſante priuilegio, eo ipſo † ſententiam excommunicationis incurrant, & perpetuo ſint infames: nec vnquam eis portæ dignitatis pateãt [e], nec ad aliquod publicum officium admittantur. ¶ Ipſos inſuper feudis & bonis ceteris, quæ ab eadem Romana eccleſia, vel quibuslibet alijs eccleſijs obtinet, ipſo facto decernimus eſſe priuatos [f], ita quòd ad eccleſias ipſas plene ac libere reuertantur, adminiſtratorum earumdem eccleſiarum arbitrio, ſine contradictione [g] aliqua diſponenda. ¶ Ciuitas vero prædicta, [h] nõ ſolum ſit interdicto ſuppoſita, ſed † & Pontificali dignitate priuata [i].

¶ *Obteſtatur Cardinales, vt in electione Romani Pontificis deponant omnem priuatum affectum: & caſſat omnia pacta, obligationes, & iuramenta, quæ data vel facta eſſent de aliquo eligendo.*

¶ Ceterum (quia cum arbitrium, vel inordinatus [k] captiuat affectus: vel † ad certum [l] aliquem obligationis cuiuſque neceſſitas adigit, ceſſat electio [m], dum libertas adimitur eligendi) Cardinales eoſdem obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, per aſperſionẽ ſui pretioſi ſanguinis obteſtamur: vt penſantes attentius quid eis imminet, cum agitur de creatione Vicarij † Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, Rectoris vniuerſalis Eccleſię, gregis Dominici directoris, omni priuatæ affectionis inordinatione depoſita, & cuiuslibet pactionis, conuentionis, obligationis neceſſitate: nec nõ cõdicti, & intendimenti contẽplatione ceſſantibus: non in ſe reciprocent conſiderationis intuitum, vel in ſuos: nõ quæ ſua ſunt [n], quærãt: non commodis priuatis intendant: ſed nullo arctante ipſorum in eligendo iudicium, niſi Deo, puris & liberis mentibus, nuda electionis conſcientia, vtilitatẽ publicam libere proſequãtur: omni conatu & ſollicitudine, prout poſſibilitas [o] patitur, id acturi tãtummodo: vt eorum miniſterio acceleretur vtilis & pernecеſſaria totius mundi prouiſio: idoneo [p] celeriter eidem eccleſiæ ſponſo † dato. Qui autem ſecus egerint, diuinæ [q] ſubiaceãt vltioni: eorum culpa, niſi graui [r] propter hoc peracta pænitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conuentiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia, ſiue iuramenti ſiue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa †, caſſamus [s], irritamus, & viribus decernimus omnino carere [t], ita † quòd

† In antiquis legitur, dñs.

† In vno codice manuſcripto ita: eo ipſo excõicationis vinculo ſint nodati.

† In aliquot manu ſcriptis ita: ſed etiã Põtificali, &c.

† In antiquioribꝰ codicibꝰ ita: vel ad certum aliquid obligationis, &c.

† Vide Turrecrematã in ſumma de eccleſia. lib. 2. cap. 36.

† Vide Turrecrematã in ſumma de eccleſia, lib. 2. c. 27. & 28

† al. innexa.

† al. ita: vt nullus &c.

ꝙ nullus ad illa obseruanda quomodolibet sit astrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei nō seruatæ: sed nō indignæ laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana [a] testetur: Deo magis transgressiones huiusmodi, quàm iurisiurandi obseruationes.

¶ *Monet omnes fideles, ut statim audita summi Pontificis morte, eius celebrent exequias, & quotidie orent pro vigili, concordi & vtili prouisione Romanæ Ecclesiæ. Prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos ad hoc hortentur, & eis frequen iam orationum & obseruantiam ieiuniorum indicant. Ioannes And.*

¶ Quia vero fidelib. non est tam de sollicita quantumcūque inuentione fidendum, quàm de instantia orationis [b] humilis & deuotæ sperandum: huic adijcimus sanctioni, ut in omnibus ciuitatibus, ceterisque locis insignibus, vbi primū [c] de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit: à clero & populo solemnibus pro eo exequijs celebratis, singulis diebus, donec de ipsius ecclesiæ prouisione indubitanter rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundātur ad Dominum, apud † eum deuotis orationibus insistatur: vt ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quòd prouisio celer, concors, & utilis (prout animarum salus exigit, & totius orbis requirit utilitas) ex ipsorum vnanimitate sequatur. ¶ Et ne tam salubre præsentis sanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat, districte præcipimus: vt Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alij ecclesiarum Prælati, ceterique, quibus concessum est proponere verbum Dei, clerum & populum propter hoc specialiter frequentius congregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri & felici exitu tanti negotij frequentanda, solerter hortentur: & ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed † obseruantiam (prout circunstantiæ [d] pensandæ sua ferint) ieiuniorum [e] indicant.

¶ Idem in eodem.

¶ *Appellationes contra electiones, postulationes, uel prouisiones, omnia quæ obijcere intendunt contra personam uel formam, tenentur exprimere: & iurare, quòd illa credunt vera esse, & ea se posse probare. Super non expressis ipsi, uel adhærentes eis, non audientur: nisi de nouo emergant, uel perueniant, uel superueniat probandi facultas: super quo iurare debebunt. Statutum Innocentij editum contra non probantes quæ obijciuntur in personam uel formam, in suo robore conseruatur.*

CAP. IIII.

VT CIR-

[a] ¶ Humana.] C. de nup. Authen. quod eis. & ff. de obseq. l. nullum. ff. de leg. 1. siquis inquilinos. §. fi. ff. de pact. iuris gētium. §. pactorum. Ioan. And.

ADDITIO. Et in corpore vnde sumpta fuit coll. 5. fœnicas. nō solū si fideiu. & c. post princip & allegat hic Archidiaconus, quod ibi not. in glossa, sed quare.

[b] ¶ Orationis.] 23. q. 8. in qualibet ibi: scientes magis religionibus quàm officijs & labore corporis, vel sudore, nostram rempublicā contineri.

ADDITIO. Quòd multum valent orationes iustorū, alle. Io Mo. 45. dist. disciplina. circa fin. 13. q. 2. animæ. vide quod no. in cle vna. de reliq. & ve. sancto. ad fi. ma. gl. Ioan. And.

[c] ¶ Vbi primum.] idest, cum primum. Ioan. And.

[d] ¶ Circunstātiæ.] puta qa timetur de zizania & magna discordia inter Cardinales.

[e] ¶ Ieiuniorū.] ad hoc cōcor. de uot. & voti redem. magnæ. & vigiliarum exercitium, ut ibi.

VT circa.] sūma, & diuide ꝓut in prima glossa.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiēsi, canonici illius ecclesię, ad quos spectat electio, conuenerūt in vnū, tractaturi de electione futuri pastoris; habito tractatu, cū maior pars uellet Titium postulare uel eligere: vel ꝑꝑ negligentiā canonicorū potestas eligendi fuisset deuoluta ad superiorē: superior ꝓuidere vellet Titio de eccl̃a Pictauiēsi, fuerunt aliqui opponentes & appellātes ad Apl̃icā sedē, ne Titius eligeret̃, postularet̃, uel ꝓuideret̃: quærit̃ quid debeant appellātes obseruare? Respondet Romanus Pōtifex, ꝙ debent nominatim exprimere in sua appellatione uitia, quæ opponunt tā contra formā electionis, quàm personam electi, postulati, vl̃ ꝓuisi: & hoc nō sufficit: sed ulterius debent iurare, ꝙ omnia quæ opponunt, sunt uera, & ea posse ꝓbare. Sed q d, sanctissime Pater, ponamus ꝙ appellantes uolunt iustificare appellationē ex cā nō expressa in appellatione: & volūt aliquid deducere contra formam uel personā: quęrit̃ an possint? Respondet ꝙ nō, regulariter: fallit tamen, ubi illud qđ opponunt, venit de nouo ad notitiā: uel si de nouo ista emergūt. puta quia electus post electionē perpetrauit homicidiū: tunc n. ex istis poterūt appellātes iustificare suam appellationē. Sed vtrū ꝑ istud capitulū sit correctum capitulū primum. s̃. eo. titulo, dicit ꝙ cōstitutio Innocentij quarti facta ꝯ deficientes in probatione obiectorū, remanet in suo robore & efficacia: deficiētes in probatione puniūtur pœna illius constitutionis. Alioqn refertur ad uerba: scilicet ꝙ appellantes tenent̃ iurare, ꝙ credūt opposita per eos ēe uera. Nota primo ex isto capitulo, ꝙ malitijs hominū nō est indulgendū: sed potius ꝑ superiorē obuiandū: Nota vlterius principalē effectū huius capituli, ꝙ se opponētes uel appellātes electioni, postulationi, vl̃ ꝓuisioni factæ uel faciēdæ, dēnt ipsi appellātes in suo instr̃o appellationis inserere causas, ꝑꝑ qua intendunt impugnare electionē, prouisionē, uel pustulationē, vel personas eligentium

† al. ita: & apud eū.

† al. ita: sed & obseruantiam, &c.

tium vel electi:ita q̃ nō poterunt iustificare suam appellationem ex causis nō insertis in instrumēto appellationis. Et sic de nihilo seruiet illa clausula, quā cōmuniter inserunt appellantes in suo instrumento appellationis: videlicet quando dicunt, quod ob illā causam & alias causas loco & tempore opponendas se opponunt: & intendunt iustificare suam appellationem. Nota causas exceptas, vt appellans possit iustificari ex causis nō insertis in appellatione: Primo, quādo illud quod nō erat expressum in appellatione, & nunc opponitur, de nouo emersit. Secundo, cum de nouo superuenit facultas probandi, quæ de nouo non superuenerat. Tertio, si illud erat antiquum: sed peruenit de nouo ad notitiam appellantis. Nota insuper dispositionem huius capituli locum habere in quibuscunque beneficijs ēt simplicibus: Nam si aliquis appellet a ꝓuisione facta de cappellania vel canonicatu, vel alio beneficio simplici: habet locū dispositio huius c. vt appellans teneatur inserere in scriptis, quæcunq; ipse vult opponere cōtra prouisionē. Et si istā formā non seruauerit, non est admittendus ad prosequendū suam appellationē. Nota finaliter, q̃ indefinitiua iuris æquipollet vniuersali, vt hic late per gl. ad quam quotidie recurritur.

† Vide Conc. Lateranē. sub Innocen. iij. c. 23. & referē extra de electio c. ne pro defectu.

ca [a] electiones, [b] postulationes, & prouisiones ecclesiasticas, viā [c] malitijs, prout est possibile, [d] præcludamus, ne diutius periculose [e] vacēt † ecclesiæ, [f] vel personatuum, dignitatū, [g] & aliorum [h] ecclesiasticorum beneficiorum prouisio differatur: Edicto perpetuo [i] prouidemus, vt si quando aliqui [k]

[Prima glossa summat, & diuidit.]

a ¶ Vt circa] appellantes contra electiones, postulationes, uel prouisiones, oīa quæ objcere intendunt contra personā vel formam tenentur exprimere: & iurare, q̃ illa credūt vera esse, & ea se posse probare. Super nō expressis ipsi, vel adhærentes eis nō audientur: nisi de nouo emergāt, vel perueniāt, uel superueniat probādi facultas: super quo iurare debebunt. Statutum Innocentij editum contra non probantes, quę objiciuntur in personā uel formam, in suo robore cōseruatur. Et secundum Gar. & Ioan. Monachum hæc decretalis in sex partes diuiditur: quarum Prima usque ibi: Adiecto: in qua ponit cōstitutionis causam. Secunda vsq; ibi: Alioquin: & ponit ibi constitutionē: Tertia vsque ibi: Nisi aliquid; & ponit ibi pœnā nō obseruantis cōstitutionem. Quarta vsque ibi: sup hmōi: in qua facit exceptionē. Quinta vsque ibi: Illa sane: in qua de iurando ponit super exceptione præstanda. Sexta ibi: Illa sane: vsque in finem, in quo corroborat Domini Innocentij decretalem.

b ¶ Electiones.] nota hic tres modos tangi, quibus prouidetur ecclesijs. sic s. eo. c. 1. eo. lib. quorum primi duo ꝑtinēt ad subditos, alius ad ꝑlatos, qui eo ipso q̃ prouident, confirmant, quod est verū si eodem iure spectat ad illos eligere & cōfirmare. 63. dist. in synodo. ff. de auct. tu. l. 3. secus si diuerso. & sic intelligitur. s. eo. cum inter canonicos. vbi de hoc. & de fide instru. inter dilectos. §. ceterum.

c ¶ Viā malitijs.] inf. c. proxi. de rescrip. sedes. & c. plerunque. s. qui ma. accu. pos. significante. ff. de rei uend. in fundo. §. constituimus.

ADDITIO. Vide de simo. nobis. super 3. glo.

d ¶ Possibile.] non enim omnibus hominum malitijs viā præcludere posset. 6. q. 1. si omnia, malas enim hominū voluntates ad plenum cohibere non possumus. 31. q. 1. hac ratione. in fi. nihil. n. est quod homo semel deditus malitiæ non adinueniat. in Auth. coll. 6. ut hi, qui se ob. ha. perhi. res mi. in prin. & idem. ff. cōmo. ad eos ff. de præscripti. uer naturalis. C. mand. l ab Anastasio.

ADDITIO. Qui circa lites uersantur, legem Anastasij fraudabant suis machinationibus: contra quas ibi prouidetur. Ioan. And.

e ¶ Periculose.] aduerbialiter ponit̄. sic de pæ. dist. 1. periculose. & est periculū in spiritualibus & temporalib. s. eod. ne pro defectu. 50. dist. postquam. & j. eo. quàm sit.

f ¶ Vacēt ecclesiæ.] id est prælatis careant, & ministris: sic & mulier dr̄ vacās, q̄ virū nō habet. ff. ad l. Iul. de pub. qui cœtu. §. qui vacantem. Archidiaconus.

g ¶ Dignitatū.] de quibus est idē iudicium habendum. s. eod. ti. dudū. 2. & s. de præbē de multa.

[Glo. seq. respondet per quæstionem & solutionē, objicit rationi & solutioni, quæ est indefinitā æquipollere vniuersali: & obiectioni respondet.]

scienter eligunt indignum: Vnde sciendum, ꝙ ad electionem de aliquo faciendā, pōt procedi vna de trib. vijs, videlicet via Spiritussancti: via cōpromissi: & via scrutinij: vt dicto c. quia p.p. Forma Spiritussancti est, qn̄ nullo habito tractatu inter eligentes, nec conuentione, statim ꝙ eligentes conuenerunt in loco solito, clamāt vnanimiter: Nos talē eligimus, nullo ꝯdicēte, & nulla disputatiōe facta inter eos: vel vnus eligētium dixit, ego eligo talē: & oēs alij dicūt similiter. Alia est forma cōpromissi: & forma cōpromissi est, cum eligentes vident se in discordia: ita quòd non possūt conuenire: tunc transferunt potestatem eligendi in aliquos. Alia est forma scrutinij, quę est difficilior, de cuius substantia sunt plura: Primo, quòd eligentes dēnt conuenire in loco capitulari: & deliberare qua via procedent assignando diem, qua procedent in electione faciēda: ad q̃ diem, debent absentes citari: qua die adueniente ipsi eligentes conuocati in loco deputato debent eligere tres scrutatores de ipsorū corpore: qui scrutatores debent se trahere ad partem & locum secretum: & esse in loco tam remoto, quòd vota & deliberationes aliorum non possint ab alijs intelligi: qui scrutatores interrogabunt unumquemq; eligentium, quem eligunt, quæ deliberationes omnium dēnt in scriptis redigi: & auditis deliberationibus omniū, isti tres scrutatores debent publicare scrutinium & legere: & fiet collatio zeli ad zelum: numeri ad numerum: meriti ad meritum: & illa examinatio secreta vocatur scrutinium Et in c. cum in cūctis. dr̄ quòd eligentes scienter indignum, sunt priuati potestate eligendi pro illa vice. Hoc præsupposito, casus in hoc c. sic figuratur? Ponamus ꝙ vacante ecclesia Pictauiensi, canonici conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri Prælati: & ordinauerunt inter se, ꝙ ꝓcederent ad electionem per formam scrutinij: vnde ipsi elegerunt tres scrutatores, qui reciperent vota singulorum: tres vel quattuor ex canonicis nominauerunt scienter indignum, s. illegitimum, vel imperfectæ ætatis: antequam procederetur ad electionem, pænitentia ducti reuocauerunt nominationem suā, & voluerunt consentire in alium: vtrum sit locus pænitentiæ? vel vtrum sint priuati voce sua pro illa vice: vel requiratur quòd alij fuerint secuti nominationem suam? R̄ndet quod ipsi non sunt priuati potestate eligendi, sed requiritur perseuerantia vsque ad electionem completam, & quod ex votis & nominationibus illorum sequatur electio. Nota primo, quod quis in scrutinio nominando scienter indignum, peccat: licet ex nominatione sua non acquiratur ius electo, quominus eligētes possint alium eligere, nisi post publicatum scrutinium: quia publicato scrutinio non possunt amplius variare c. publicato eo. tit in antiq. & hoc nisi sciēter elegerint indignum: tunc n. possūt pænitere, vt est hic textus. Nota vlterius, quòd sciēter eligens indignum, est priuatus potestate eligendi pro illa vice: Et si omnes peccauerunt, tunc potestas deuoluitur ad superiorem. Si autem omnes peccauerūt vno excepto, tunc in illo remanet ius collegij: & ipse solus poterit eligere

[Prima glossa summat.]

a ¶ Perpetuo.] si non sequatur electio, non est quis ex consensu in scrutinio scienter habito in indignū, eligendi potestate priuatus. hoc dicit.

b ¶ Perpetuo sanctionis.] i. generali, vel. i. perpetuo duraturo, 25. q. 1. quæ ad perpetuam.

c ¶ Oraculo.] idest, responso. C. de legi. digna vox. Et dr̄ oraculum: quia orando seu præcando impetratur. concordat infra de verb. sig. cap. fin. eo. lib.

ADDITIO. Archidiaconus ī. eo. tit. cap. fundamenta, in fi. dicit, ꝙ oraculū dr̄ propitiatoriū. Exod. 37. Fecit ꝓpitiatoriū. i. oraculū, & in hoc sensu accipiť fere ꝑ totā Bibliam. Pro tēplo tn̄ potest accipi 3. Reg. c. 6. vbi dicit, In ingressu oraculi fecit duo ostiola Dicitur etiā oraculum, diuinum eloquium, cæleste responsum, vel imperiale rescriptū. C. de sacrosan. eccl. iubemus nullam. Itē dr̄ ab oro oras: & dat ibi versū:

Supplicat, implorat, petit, obsecrat, hæc notat oro.

Vnde orator, idest, actor, defensor, patronus, causidicus, aduocatus Ioan. And.

d ¶ Suffragium.] idest, consensum in scriptis reddactum: cum. s. dicit: ego talis talem nomino in prælatum, & sumitur suffragium pro auxilio, seu seruitio, 12. q. 2. quicūque suffragio. C. de suffra. l. vna. supra de celeb. missa. cum Marthæ. in fin.

[Gl. seq. obijcit, & quæstionem soluit.]

e ¶ Perstiterint.] sed nonne publicato scrutinio cōpelluntur ad electionem. §. eo. publicato. & c. in electionibus 1. Sed dic illud verum, cum dignum nominat: si autem in collationibus forte appareat, vel prius apparebat eum indignum: tunc locum habet hęc decretalis. & quod hic dicitur de peccato in personam, idem intellige de peccato in formā: & multo fortius, quia minus est peccatum.

1 Supra hoc tit. & libro.

ADDITIO. Idem Ioan. Monachus.

[Gol. seq. ponit opinionem, & notat.]

f ¶ Priuentur.] Idem intelligo secundum Gar. & Guil. de pœna suspensionis à beneficijs: cum ea non puniantur nominantes, sed eligentes, supra eo. cum in cūctis. §. clerici Et nota quod constitutus in mortali eligere pōt: sicut & excōicatus minori. supra de cleri. excom. mini. si celebrat. & interdum eligitur etiam qui mortaliter peccauit. supra de iureiur. sicut.

g ¶ Vindictam.] sic C. de sum. trini. l. 1. & supra eo. vbi, uersi, qui autem.

[Glos. seq. quærit & soluit.]

h ¶ Formidare.] quæro quæ fuerit ratio dubitationis huius constitutionis? Solu. Dicebant quidā, olim, videlicet Inno & Host. & Compost. supra eo. dudum, quod scienter nominantes indignum 2 in scrutinio, erant priuati potestate eligendi: & probabant hoc tali ratione: certum est quòd tempore decre. cum in cunctis. innotuit. cum Vinton. adhuc non emanauerat decre. quia propter. vnde ex solis consensibus videbať illa pœna inferenda: quia non erat tunc necessaria alia communis electio. Sed contrarium est verum, vt hic vides: & triplici ratione. Primo, quia illa iura puniunt eligentes tantum. Secundo, quia nec nominatio nec votorū publicatio dici potest communis electio. supra eo. in Genesi: Tertio quia simplex nominatio non tribuit ius. supra e. quod sicut. Ad id quod dr̄, quod ante decre. quia propter, sufficiebat consensus: verum est, talis qui electionem inferret: vnde non dixit decret. cum in cunctis, quod in quenquam consenserint, sed elegerint: vnde & olim suo modo necessaria fuit electio: & hodie suo modo adhuc est, vt locū habeat illa pœna: fateor tamen, quod pœna decre. sup. eo. lib. & eo. tit. cap. 2. bene habet locum ante electionem, vt ibi dixi in glossa penult.

2 An sufficiat eligere dignū, relicto magis digno, grauis ē qō, de qua vide no. in c. cōstitutis 2. ex de appellatio. con ciliū Trident. sessio. 24 de refor. cap. 18. magis idoneum eligendū iubet.

Nulli li-

NVlli licere.] Tria facit secundum Io. Monachum, scilicet primo ponit regulam, secundo dat instātias ꝯ illam: tertio dat formā probationis illarū: Secūda: ibi, Nisi: Tertia: ibi, De huiusmodi. Ioan. And.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia, canonici vnanimiter & cōcorditer ab initio quendā Titiū elegerunt: facta electione, orta fuit discordia inter Titiū electum & canonicos: q̃dā ex his canonicis voluerūt se opponere dicētes, ꝙ erat indignus: & forte re vera erat īdignus: vtrū sint admittēdi? Rñdet ꝙ non: & hoc verum, nisi post electionē elect⁹ ꝯxisset maculā: vel ipsi eligētes tp̄e electionis illos defectus ignorasset: tunc essēt admittendi ad probandū istos defectus. Et hoc verū, ꝙ eligentes nō possunt impugnare electionem in cōcordia factam: nō tñ ꝑ hoc sunt ligatæ man⁹ sup̃ioris: quin si velit, possit īquirere de defectibus, & eū repellere si sit indignus. Nota primo, ꝙ eligentes aliquem, electione secuta nō possunt se opponere electioni, nisi in casib. hic expressis. Nota vlterius, ꝙ vocatio absentiū non est de substantia electionis, quo minus valeat electio: tñ si absētes, qui non fuerunt vocati, velint prosequi oppositionē, faciant electionem declarari nullam. cap. quod sicut. eo. tit. in ant. tñ si velint, pñt ratificare electionem, Hel. Reg. Nota ex fine tex. ꝙ ignorantia eius, quod dependet à conscientia alicuius, probatur per suū iuramētum. Ad hoc dictum c. vt circa. & facit quod notat glo. in §. sed & aliena. Insti. de actio. Domi.

¶ Idem in eodem.

¶ Eligens, vel electioni consentiens contra electum (nisi ex noua causa, vel nouiter ei pandita) se nequit opponere, vel renuntiare. Ioan. And.

CAP. VIII.

NVlli [a] licere decernimus (postquam in scrutinio [b] nominauerit aliquem, & electio fuerit subsecuta [c]: vel postquam præstiterit electioni de ipso ab alijs celebratæ [d] consensum) illum super electione ipsa (nisi ex causis postea emergentibus) [e] impugnare [f]: vel nisi ei morum [g] ipsius antea celata, de nouo pandatur improbitas, seu alicuius alterius latentis [h] vitij, vel defectus [i], quę verisimiliter [k] ignorare potuerit, veritas reueletur [l]. De huiusmodi autē ignorantia fidem faciat proprio † iuramento [m].

¶ Idem in eodem.

¶ Contra electum à duplo maiori parte, vel electores ipsius, nil à reliqua parte potest opponi quod votum extenuet: sed id bene opponitur, quod uotum annullet. Ioan. Andr.

CAP. IX.

SI QVAN-

[Prima glossa summat.]

a ¶ Nulli.] eligens, vel electioni consentiens cōtra electum (nisi ex noua causa, vel nouiter ei pandita) se nequit opponere, vel renuntiare.

b ¶ Scrutinio.] quid sit, habes sup. eo. quia propter.

c ¶ Subsecuta.] vel scrutinium publicatum: quia post publicationem scrutinij nō est locus variationi s̄. eo. publicato. & dic vt ibi: nisi in casu p̄cedētis decre. vt ibi dictum est. Et ꝙ dicit, subsecuta: intelligas ex illis cōsensibus. Verba. n. sunt cum effectu intelligēda. de cle. non resi. relatum. ff. quod quisque iuris. l. 1.

d ¶ Celebratæ.] nota hic paria esse, eligere, vel eligentib. consentire: sed non per oīa 1, vt sup. de electio. ecclesia vestra 2.

ADDITIO. Et ff. de reg. iur. l. aliud est vendere, aliud vendenti consentire. Ioan. And.

e ¶ Emergentibus.] & sic nouo auxilio opus est, supra de officio deleg. insinuante. ff. de interro. actio. de ætate. § ex causa.

f ¶ Impugnare.] sup. de probat. per tuas. C. de nō nu. pecu. l. generaliter, & sic not. quòd semel approbatum non possum reprobare. & quomodo hoc intelligatur 2, hic habes. & vide quod plene dixi infra de regul. iur. quòd semel.

g ¶ Morū.] debet. n. esse morib. temperatus: Et boni mores plusquam diuitię operantur. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. scire. §. cum reliquis. & decorari non dēt pallio moribus indecori 100. dist. contra morem.

h ¶ Latentis.] id est, quòd latebat electores tempore electionis: puta luxuriosus erat, vel adulter, vel aliud simile, vnde in redhibitione erat. ff. de ædili. edic. cū sex. & l. ob quę vitia.

i ¶ Defectus.] scientię, ętatis, ordinum, vel alicuius irregularitatis.

k ¶ Verisimiliter.] aliàs de facili nō crederetur, vt circa ea q̃ publice facta sunt, vel q̃ oēs sciunt. 16. dist. quod dicitis. de postula. pręlat. cap. 1. cum simi.

ADDITIO. Concor. sup. eo. vt circa. Gat. Ioan. Mona.

[Gl. seq. quærit op ponendo: & soluit.]

l ¶ Reueletur.] quare nō posuit certum casum, s. si super antiquis superueniat probatio, vt fecit. s̄. eod. circa? Rñdeo vt ibi dixi, bñ fecit appellans nō exprimēdo crimen quod probare nō poterat: sed hic male fecit eligēs eligēdo criminosū: licet id probare non posset, cū probatio nō quæreret ab ipso.

m ¶ Iuramento.] sup. eo. vt circa.

1 Et rō ē, quia ꝯsensus sequens nō auget numerū, vt hic tradit Io. Andr. iquem cæteri cōmuniter sequuntur.

2 Vide notata per Bart. in l. post legatum. ff. de his quib. vt in dig. & per Innoc. in c. cū olim. extra de censib.

† Vide Panor. in c. 2. de cōst. & Bal. cō. sil. 22. par. 2.

SI quando.] Prima prohibet: Secūda permittit: ibi, Si quid. Dom.

¶ Præsupponendum est pro intellectu istius cap. ꝙ si aliqua electio fuerit facta à maiori parte, & alia à saniori: illa electio q̃ est à saniori parte, præualet: & dr̃ fieri à saniori respectu zeli ad zelum, meriti ad meritum: Dr̃ autem fieri à maiori parte respectu numeri ad numerum: Verbi gratia, Vacante aliqua ecclesia, in qua erāt aliqui canonici consanguinei vel affines Titij: qui ducti affectione carnali ipsum elegerunt: alij canonici in minori tamen numero, non ducti affectione carnali, quendā aliū elegerunt: certe electio istorum valet tanquā facta à saniori parte: tñ vbi est maior pars, præsumitur quòd etiam sit sanior

CASVS. Ponamus quòd in ecclesia Pictauiensi sint xviij. canonici, qui vacante ipsa ecclesia conuenerūt in vnum tractaturi de electione futuri epi. xij. elegerūt Titium, & sex Semproniū: isti sex se opponerunt electioni de Titio factæ, dicendo ꝙ voces istorū xij. qui Titium elegerūt, attenuātur, siue debent diminui: ex eo ꝙ ipsi non processerunt ad electionē zelo charitatis: sed affectione carnali potius ducti. Item dicūt isti sex, quòd Sempronius electus ab ipsis est dignior, quàm sit Titius electus ab alijs xij. vtrum bñ dicant: & possint ista opponere ad attenuationē & diminutionem votorum dictorum duodecim? Rñdet Romanus Pontifex, quòd non; nam illud quod dicitur, quòd debet haberi respectus zeli ad zelum, meriti ad meritum, est intelligēdum, quando vna pars eligētium in duplo aliam partem nō excedit. Sed quid, sanctissime pater: ponamus quòd isti sex opposuerūt, quòd aliqui istorum duodecim erant excōmunicati maiori excōicatione: & sic non poterant eligere, an bene dicant? Rñdet quòd sic: nam excommunicatio opponitur: non vt vota attenuentur: sed vt vota nulla reddantur. Nota primo ex isto textu, quod nō semper valet electio à maiori parte facta: sed requiritur quòd illa pars fuerit sanior: vnde sanitas proprie respicit zelum eligētium, & merita electorum; sed maioritas respicit numerum eligentium. Nota insuper duabus

principalem effectum huius cap. videlicet, quod si duab[us] electionib. celebratis, vna a parte duplo maiori: alia autem a minori parte: non potest minor pars aliquid opponere ad diminuendum vota eligentium: puta, quod minor pars est maioris auctoritatis: vel quod elect[us] a minori parte est dignior vel magis idoneus: vel alia, quæ attenuēt vota eligētiū: dum tamen non annullent eligentiū vota: Nā ista quę annullant vota eligētiū, possunt obijci à minori parte ꝫ duplo maiorē: puta quod aliqui partis duplo maioris erāt excōicati maiori excommunicatione. Quærit glossa, an valeat electio facta, in qua fuit admissus excōicatus maiori excōicatione? Rñdet glo. quod non valet electio, ex quo eligentes admisetunt scienter excōmunicatū maiori excōicatione: immo sunt priuati potestate eligendi pro illa vice. Hel. Regnier.

† Zellus & meritū in qbus consistat, tradit Io. de Anania consil. 62.

ADDITIO Celebratis.] vno cōtextu ꝟ. eo congregato. antequam diuertant eligentes ad extraneos actus: nam quæ incontinenti fiunt, inesse videtur. ꝟ. eo. officij. ff. si cert. pet. lecta. si autem fiant ex interuallo, dic vt not supra. eo. auditis. in glo. nota quia. Archid.

do [a] contigerit (duabus electionibus celebratis) partem alteram eligentium duplo maiorem numero inueniri: contra electores, qui partem reliquam sic excedunt [b], ad extenuationem zeli †, meriti [c], vel auctoritatis [d] ipsorum, reliquis [e], vel electo ab eis, aliquid opponendi [f] omnem præsenti decreto interdicimus [g] facultatem. ¶ Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum [h] redderet ipso iure: id eis non intelligimus interdictum.

¶ Idem in eodem.

[Prima glossa summat: & declarat qnid sit extenuatio, & quid annullatio.]

a ¶ Si quando.] contra electū a duplo maiori parte, vel electores ipsius, nil a reliqua parte potest opponi quod votum extenuet: sed id bene opponitur, quod votū annullet. Sed scire debes, quòd extenuare votum, est illud obijcere, quod non annullat penitus votū: sed illud minoris reddit auctoritatis: sicut ego litteratus, tu illitteratus: ego in dignitate, & tu simplex canonicus, vel his similia. Annullare est nullum reddere, vt si quis dicatur excommunicatus maiori, vel ab homine suspensus, vel incidisse in decret. cū in cunctis. vel in decret. supra eodem, cap. 2. vel bigamus, vel miles factus, vel vxorem duxerit, vel canonicatui renuntiarit, vel voci suæ. 7. q. 1. quàm periculosū. vel his similia & hic bene obijci possunt a tertia parte contra duplo maiorem, vt hic.

b ¶ Sic excedunt.] in duplo maiori numero.

c ¶ Zeli, meriti.] de his dic vt supra. eo. ecclesia 2.

d ¶ Auctoritatis.] in quibus consistat auctoritas, habetur supra eod. dudum 1. & infra de testib. in nostra. Archidiaconus.

e ¶ Reliquis.] paucioribus scilicet.

f ¶ Opponendi.] post electionem intelligas: [1] quia ante bene fiat de istis collatio: nec hoc hic prohibet: vnde dixit in prin. electionibus celebratis.

1 Idē Io. Monach. & Archi.

g ¶ Interdicimus.] nota, quod numerus duplo maior præfertur auctoritati, & præsumit Zelus melior: & facit ad ea quæ notantur supra de testibus, c. in nostra: si aūt numerus maior esset, sed nō in duplo, est arg. a ꝯrio, quod numerus non pfertur: sed de hoc notaꝉ ꝟ. eod. ecclesia 2. in glo. q̃ incipit. Ab hac. Et nota, quod ī hoc interdicto videꝉ caueri solū de electorib[us]: vnde videtur, quod contra electum bene posset opponi aliqd, quod ad extenuationem pertineat: sed non est verū secundum Gulielmum per litteram ꝟ. quæ dixit, meriti quod proprie respicit electum.

h ¶ Nullū redderet.] pone exēpla, quæ posui supra.

¶ Appellatio iudicialis, vel extra, deuoluit causas electionum episcoporum & superiorum ad Papam, si in scriptis, & ex causa probabili fuerit interiecta: aliàs non. Et ab ea possunt partes sine prauitate recedere prius quàm Papæ præsentata fuerit. Et an in recessu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere: quam si repererint, de causa non cognoscent: sed statuent partibus terminum, in quo cum actis & munimentis se Apostolico conspectui repræsentent: Ioan. And.

Quid si aliquis ex eligentibus excōicatus erat, an teneat electio? Non, si sciēter ei cōicauerunt: [2] aliàs sic, de sen. & re iudi. ad probandū de hoc 9. q. 1 nos in hominem. & per mo dernos supra. eo. illa

2 De articulo hui[us] glo. plene hic Geminianus, Francus, & alij, ad de doct. in c. illa. ꝟ. eod.

QVamuis.] Diuiditur in quattuor partes sm Io. Monachū. Primo recitat cōstitutionē Alexandri: Secundo partim illam reprobat: ibi, Sed cū. Tertio permittit ab appellatione certo casu rcedi: ibi, Ceterū. Quarto dat certam formā ordinario cū ab appellatione recedit ur: ibi, Inferiores Ioan. And.

ADDITIO. Gul. dicit hic se hanc cōstitutionē procurasse. Idē dicit in Spe. ti. 2. §. superē. 2. col. & de appel. §. qualiter. ver. illud autem.

CAP. X.

QVAMuis

¶ Pro intellectu huius c. præsupponendū, est, quod causæ electionum episcoporum & aliorū superiorum: puta archiepōrum, patriarcharum, vel primatuum, sunt de maioribus causis, quæ Papæ reseruātur: iuxta notata in c. maiores. de bap. in antiq.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauien. canonici illius ecclesiæ, vnanimiter & cōcorditer aliquē in epm eligerunt: & electionē psentauerunt archiepiscopo Burdegalensi, vt ipsum confirmaret, & electo cōmitteret administrationem in spiritualib & tēporalibus: coram quo archiepiscopo fuerunt aliqui opponētes, puta aliqui canonici, vel fundatores ecclesiæ vel parochiani, q. volunt habere vnum bonū pastorem, q. eos doceat exēplo bonæ vitæ. Archiepiscopus noluit admittere suas causas oppositionis, sed pronunciauit illas causas oppositionis non esse rationabiles: propter quod appellatum fuit ad Apostolicam sedem Quæritur nunc quid debeat appellās obseruare ad hoc qđ causa ista deuoluatur ad Apostolicam sedem? Respōdet Romanus Pōtifex dicens, Ipse debet appellare in scriptis: & in instrumento appellationis inserere causam: quæ si esset vera, deberet legitima reputari: licet aliqui dicerent, quod ista quātumcumque friuola, deuoluebat negotiū ad sedem Apostolicam, cum sit de maioribus causis, vt dictū est in præsuppositione: Sed dicendum, quod illa duo requiruntur ad hoc, quod deuoluaꝉ negotium per appellationem ad sedem Apostolicam. Sed quid? Ponamus, quod appellans renunciauit suæ appellationi: an sit ei permissum? Rñdet quod sic: si appellatio sua nondum fuerit præsentata conspectui Apostolico; & istud verū, si ipse appellans appellationi renūciet sine prauitate i. sine simonia. Sed quis habebit cognoscere, an renuncians appellationi renunciauit sine prauitate? Respondet Romanus Pontifex, quòd iudex a quo fuit appellatū, debet inquirere, an sine prauitate fuerit recessum ab appellatione; q. iudex à quo, si

quo, si inueniat interuenisse prauitatē simoniæ: puta q̄a electus dedit appellāti aliquod bñficiū, vel pecu. niā, vt renunciaret suæ appellationi: tūc iudex a quo, nō o-stāte renunciatione, debet partes ipsas citare ad cōparendū in causa appellationis corā sede Apostolica. Sed cū i electio nū.] vnde sicut qñ appellat in iudicio, debē illa duo obseruari, videlicet ꝙ appelletur in scriptis: itē ꝙ in appellatione inseratur causa rōnabilis: quæ si esset vera, deberet legitima reputari: illa eadem debēt obseruari, si appelletur extra iudicium; puta, cū appellatur ne talis eligat in pastorē. Nota primo ex isto textu, ꝙ licet causæ electionū episcoporum & aliorum superiorum prælatorū sint de maioribꝰ causis, quæ de sua natura pertinent ad Apostolicā sedem: tamē non deuoluūtur ad Apostolicam sedem per appellationem, nisi sit appellatum in scriptis cū causa legitima. Nota vlterius vnum casum, in quo cū appellatur a diffinitiua, opportet exprimere causam appellationis, & quòd appelletur in scriptis: licet regulariter in diffinitiua nō sit opus ꝙ appellet in scriptis, nec ꝙ inserat cā rōnabilis in appellatione: sed istud est speciale in causis electionū epōrū, archiepōrum, & aliorum superiorum: Ratio specialitatis est, ne malitiose, & sine causa impediatur prouisio ecclesiæ, quæ est multum periculosa tam ecclesiæ, quā subditis c. quàm sit. s. eo. c. quoniam vt lite non cōte. in antiq. Nota insuper, ꝙ cum appellatur in causa electionis, tam in iudicio, quàm extra iudicium, debet inseri causa rationabilis in appellatione: & etiā dēt appellari in scriptis. Nota ꝙ appellans in causa electionis pōt renūciare appellationi, antequā sit deuoluta ad sedem Apostolicam. Nota finaliter, ꝙ iudex a quo, debet pfigere terminum ipsis partibus, infra quē partes se pſentent conspectui Apostolico cū suis munimentis, id est, instrumentis: quæ ideo vocant munimenta: quia muniūt causam: vel possent dici monumenta: quia monent iudicem.

† Causæ electionū epōrū, & superiorū, sunt đ maioribus de quo vide doct. hic, & plene p Ho. & Io. An. in c. vlti. extra de cri. falsi.

Quamuis [a] constitutio [b] felicis recordationis Alexandri Papæ quarti prædecessoris nostri, causas electionum [c] episcopalium, seu super electionibus episcoporum exortas [d], non immerito maioribus [e] † causis annumerans, cognitiones ipsarum per appellationes quaslibet [f] deuolui asserat ad Apostolicæ sedis examen. Nos tamen & temerariam appellantium audaciam, & effrænatam appellationum frequentiam refrænare volentes: Hac generali constitutione duximus prouidendum, vt si extra [g] iudicium in prędictis electionibus [h], vel in alijs dignitatibus episcopatu maioribus [i] celebratis, expressa causa manifeste friuola † contigerit appellari: per appellationem huiusmodi nequaquam ad sedem eandem negotium deuoluatur. ¶ Sed cum in electionum earumdem negotijs, in iudicio, vel extraiudicium appellatur, in scriptis [k] †, ex causa probabili [l], quæ probata deberet legitima [m] repu-

[Prima glossa, summat.]

a ¶ Quamuis.] appellatio iudicialis vel extra deuoluit causas electionū epōrum & superiorū ad Papam, si in scriptis, & ex causa probabili fuerit interiecta: aliàs nō. Et ab ea possunt partes sine prauitate recedere priꝰ q̄ Papæ pſentata fuerit. Et an in recessu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante oīa debēt inquirere: quam si repererint, de causa non cognoscēt, sed statuent partibus terminum, in quo cum actis & munimentis se Apostolico conspectui repręsentent. Ioan. And.

b ¶ Cōstitutio.] quæ incipiebat: dilecti filij. Gar. [& Archi.] habebat eā sub rub. de elect. & Gul. de rescr. Hostien. de appe. qui tractat de ipsa. de accus. cū dilectus. & Compostellanus. s. eod. statuimus. ad fi. hodie non habemus eam & est argum. ꝙ cum vnum ius reuocatur per aliud, facienda sit de ipso mentio. quod non est verum, vt s. eod. lib. de consti c. 1. vbi de hoc & 18. dist. quoniam.

ADDITIO. Clericus dicit ꝙ constitutio, de qua fit mentio in prin. huius glo. fuit edita propter causā electionis ecclesię Heliensis. Ioan. And.

c ¶ Causas electionum.] principales scilicet.

d ¶ Exortas] accidentaliter, & in processu.

ADDITIO. Et sic patet, ꝙ idem iuris in principali, & in accessorijs, vel exortis, ſm Io. Monac. & Archi. benefacit clē. dispēdiosam, đ iudi Io. And.

d ¶ Maioribus.] q̄ sint, not. 12. dist. præceptis. in glo. fin. s. de offi. leg. post translationem.

ADDITIO. Q̄d aūt non sint de maiorib. causæ electionum epōrum, patet: quia illas cōfirmāt archiepiscopi, & patriarchæ, & legati đ latere. j. eod. si abbatem. 2. respon Ioan. Andreæ.

e ¶ Maioribus.] vt est dignitas metropolitica archiepālis primatia, patriarchatus. 21. dist. Cleros. Et dixit Guli. Du. ꝙ ēt in inferiorib. dignitatibus seruatur quod hic dicitur, & j. de appe. c. vt debitus. & c. cordi. eo. lib. Archid.

[Glossa sequens recitetur per quæstionem, quod fuerit. Alex.]

f ¶ Quaslibet.] etiam frustatorias; & erat hoc cōtra ius commune: & per hoc manebant longo tempore ecclesiæ viduatæ: & ideo fuit correctione dignū, & innixus fuit Alexander opinioni Innocentij, quā nota s. de app. vt debitus. in vlt. gl. sua, vbi enumerat cās electionū epōrum inter maiores causas. Sed ſm Gul. salua pace Inn. Alex. Vin. & aliorum id dicentiū: illud, saluis, &c. est quædam protestatio, quam Papa facit de iure suo. sic 9. q. 3. saluo. & de supplēda neglig. præla. licet a. bsurdum enim videtur quamlibet appellationem illas causas ad Papam deferre: de quibus alius quàm Papa cognoscere non potest.

g ¶ Extra iudicium.] idem si in iudicio, vt infra sequitur.

ADDITIO. Et multo fortius propter honorem iudiciarium, secundum Fran. Vercel. Ioan. And.

h ¶ Electionibus.] episcoporum.

i ¶ Maioribus.] vt archiepātibus, patriarchatibus, primatijs: sed idem hodie in regularibus. quod dic. vt infra eod. si postquam. 1. respon.

K ¶ In scriptis.] nota appellandum in scriptis: & est hoc generaliter verum, siue in iudicio, siue ex appelletur, nisi cum a diffinitiua & incontinenti appellat: tunc appellari potest viua voce. ff. de appel l. 2. C. de appell. litigatoribus. 2 q. 6. ad finem. q. 6. §. litigatoribus. nisi diceres contrarium in casu huius decret. ēt in diffinitiua. & adde quod dicā infra de appel cordi.

l ¶ Probabili.] dixit Gar. ꝙ hoc speciale inducit hæc decretalis, ꝙ siue a diffinitiua, seu ab interlocutoria appelletur, ꝙ teneatur rationabilem cām exprimere: licet alias regulariter sit secus in diffinitiua. Gul. vr̄ tenere contrarium, quod satis verum crederē. t sed primum dictum est tutius.

[Glo. seq exemplificat, quærit, & soluit. Iterum quęrit & soluit: solutioni obijcit, & respondet.]

m ¶ Legitima] ergo si est expressa legitima, defert negotiū ad sedē Apostolicam, sed non manifeste frustratoria: puta, ne fiat electio regijs precibus nō expectatis,

† Friuolæ causæ appellandi, q̄ dicātur, vide in c. cum appellationibus, j. de ap. hoc lib.

† No. hic cū dr̄: in scriptis, &c. casū, in quo in appellatione requirit scriptura: alios vide p gl. j. de censib. c. 1. Dom.

r Et rōē, q̄a text. dicit de appellatione q̄ iudicio opponit, sed plata diffinitiua nō est iudiciū. c. forus. de ver. sign. Do. tñ tenet glos. & Petr. & m liter. Font.

tari, ad sedem ipsam huiusmodi negotia deferantur. ¶ Ceterum in præmissis [a] omnibus casibus liceat [b] partibus [c] ab huiusmodi appellationibus, nulla tamen interueniente prauitate, [d] recedere, antequam præfatæ sedi fuerint præsentatæ. [e]

¶ Inferiores autem iudices, quorum erat ipsarum causarum cognitio, appellatione [f] cessante, an in hoc [g] prauitas intercesserit, ante omnia diligenter inquirant: [h] & si eam intercessisse repererint, se de causis ipsis nullatenus † intromittant: sed præfigant dictis partibus terminũ peremptorium [i] competetem, in quo cum omnib. actis & munimentis [k] suis, Apostolico se cõspectui repræsentent. [l]

¶ Idem in eodem.

¶ Si inter reliqua, quæ obijciuntur promouendo ad dignitatem, obijcitur euidens defectus scientiæ, uel personæ: illud ante omnia examinari debebit: & si reperietur falsum, opponens à prosecutione negotij repelletur: & punietur perinde, ac si defecisset in probatione omnium obiectorum. Ioan. And.

CAP. XI.

SI † forte [m] inter cetera, [n] quæ obijciuntur electo, aut postulato,

ctatis, vt dicebatur in illa constitutione, dilecti. vel ne eligatur nisi doctor decretorũ, vł magister in theologia, vel his similia. [puta ne eligat̃ ignobilis genere. s̃. de præb. c. pen. Gul. & Archid.] Tũc non defert. Sed quid in dubio? Dic s̃m Gulielmum, & Gar. deferri vt illud dubiũ Papa decidat 6. q. 4. Osius. Quid si appellauit, & nullã cãm expressit? Dicas idẽ, ac si expressisset frustratoriã, & secundũ p̃dictos. 1 Quia nullũ & inutile agq pollẽt in iure. s̃. de trãslatio. inter. §. sed neque. versi. sicut. ff. qđ cuiusq; vniuersi. l. 1. §. & quidẽ. Fuit. n. p̃mulgata constitutio ista, vt refrænaretur temerarius appellãdi vsus: sed ita põt qs appellare temerarie, nõ exprimẽdo sicut exprimẽdo. videbatur autem cõtrariũ: quia in causa nõ expressa nihil immutatũ videtur: ergo antiquo iuri stãdũ est. C. de appe. p̃cipimus. in fi. sed prius dictum verũ est: quia hæc cõstitutio nõ vult, q̃ causæ hic deferãtur ad Papã: nisi ex causa expressa probabili, quæ debeat reputari legitima.

1 Idẽ Clericus Pisanus, Io. Mona. & Archid.

† Do. & Ph. notãt hic, q̃ iudex præfigẽs parti terminũ ad cõparẽdũ corã supiore, ñ se intromittit, vñ ep̃s p̃t illũ præfigere exemplo.

a ¶ Præmissis.] cum scilicet appellatum est ex causa probabili, in iudicio uel extra.

b ¶ Liceat.] quod olim nõ licebat per prædictã constitutionem Alexandri.

[Gl. seq. arg. per plurale: & argumentum, determinat. fin. quærit & remittit.]

c ¶ Partib.] per hoc videtur, q̃ nisi ambæ partes cõsentiant, non potest fieri renũciatio: quod verum puto secundũ Gul. & Gar. re non integra: sed re integra solus appellans hoc poterit, ad hoc de elect. in causis. ff. de reg. iur. nemo. Et adhuc si res non est integra, & velit satisfacere aduersario de suo interesse: adhuc poterit pęnitere secundum Gul. secũdum ea quę nota. in Spec. ti. de excep. §. viso. uers. sed nũquid iudex. Ex quo tamen appellatio præsentata est Papæ, vlterius recedere non p̃nt, ẽt si utraque pars consentiat, quod probatur. j̃. ubi dicit: antequã præfatæ sedi, &c. ad hæc de postu. bonæ 2. uersi. nec obstabat. uersi. si. n. de off. lega. licet. in fi. & maxime quãdo obijciuntur crimina vel defectus. de coll. dete. crimina. 24. q. 3. ecce. [Et fit speciale in his maiorib. secundum Io. Mona. qui distinguit hic post Gar. cãs maiores, medias, & minores: quas plenius prosequit̃ Host. de cri. falsi. c. fi. quæ ibi abbreuiaui in gl. quærit hic Host.] Solet quæri, vtrũ electus sine superioris licentia suo iuri renunciare possit. de hoc dicam. inf. eo. si electio.

2 In hoc articulo hæc ꝯclusio tenenda ẽ ante ius q̃sitũ, simonia cum ẽ, ad uersãtiũ obstacula pecunia redimer̃: sed post ius acq̃situ, licet p pecuniã ĩiusta impedimẽta remouere. B. Th. 2.2. quęs. 100. ar. 2. ad 5. arg.

d ¶ Prauitate.] ut simoniaca pactione, uel aliqua illicita datione, vel promissione, vel uiolentia, uel metu. 20. q. 3. p̃sens. Si aũt electus ius hẽat: an liceat vexationẽ redimere? 2 Dic vt no. de simo. dilectus, 1 [Dic si plene & iuste habeat, & possideat, potest dare pecuniam, ne turbetur. Dom. Font.

e ¶ Presentatæ.] ergo nõ postea. ad hoc. s̃. de postul. prelat. bonæ 2. §. nec obstabat. j̃. de off. lega. licet. Archidiaconus.

f ¶ Appellatione cessante.] idest, si appellatio interposita non fuisset.

g ¶ In hoc.] in renunciatione appellationis.

h ¶ Inquirant.] q̃ si huiusmodi inquisitione, omissa ad eosdẽ ꝯfirmandos, vel cõsecrandos p̃cesserint: vel alios p̃cessus in cã fecerint: cõfirmatio, vel consecratio, vel p̃cessus illi sũt nulli: & ꝯfirmãtes, & ꝯsecrãtes ab ep̃orũ cõfirmatione, & cõsecratione per annũ continuum sunt suspensi. eo. tit. prouida in fi.

i ¶ Peremptoriũ.] & adhuc locum habebit expectatio xx. dierũ, scđm formam decr. s̃. eo. c. 1. scđm Guli. & Gar.

K ¶ Munimẽtis.] i. probationibus, & instrumẽtis: sic dictis: q̃a cãm muniunt, aliàs monumẽtis. Monent enim & informant iudicem quid facere debeat.

ADDITIO. Et eo respectu dicũtur ẽt documenta: q̃a docent, & informant, q̃d iudex facere debeat. 2. q. 7. plerumque. in prin. de prob. q̃m in fi. Io. And.

† Hoc decretũ declarat̃ per Rom. Põt. j̃. hoc eo. li. in c. ab eo. hoc ti. & in c. cõstõnẽ de uerb. sig.

3 Vel illi renunciare, scđm Gul. & Are. Ioan. And.

[Glo. seq. recit. per quæstionem.]

l ¶ Repræsentent.] q̃ si nõ venerint, p̃cedat̃ ad confirmandã electionẽ, ac si appellatũ nõ esset: q̃a non appellare, & appellare, & appellationem non prosequi, sunt paria. 3. de off. dele. gratũ. de testi. cũ uenisset. C. de tem. ap. l. 2. in fi. licet non per omnia, vt j̃. de sen. ex com. licet. & s̃. de eo qui mit. in pos. cum uenissent.

SI forte inter. Prima dat ordinem: Secunda pęnam imponit: ibi, Ceterum. Ioan. And.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia cathedrali uel collegiata, canonici uel clerici illius ecclesię cõuenerũt in unum, tractaturi super electione futuri p̃lati: & ordinauerunt, q̃ procederẽt per viã scrutinij: facto & publicato scrutinio, fuit cõpertum, q̃ Titius fuerat electus a maiori parte: Vnde quidã ibi existens appellauit, ne Titius nominatus eligeret̃, ex eo q̃ ipse Titius non habeat scientiam sufficientem requisitã illi dignitati: & q̃ erat homicida. Itẽ oppugnabat formã scrutinij, & personas eligentium, an sit admittendus ad probandũ omnes istos defectus simul? Rñdet q̃ non: sed primo est admittendus ad probandum defectum oppositũ cõtra personam electi: qui defectus si probatus fuerit, declarabitur ineligibilis: Si aũt nõ possit probari defectus cõtra personã electi oppositus: ipse appellans condemnabitur in expensis: & punietur iuxta tenorẽ c. statuimus. s̃ eod. ac si in omnibus probationib. defecisset: nec ultra admittetur ad improbandum alia uitia. Hel. Reg.

[Prima glossa summat.]

m ¶ Si forte.] si inter reliqua, quæ obijciuntur promouẽdo ad dignitatẽ, obijcitur euidẽs defectus sciẽtiæ, uel personæ: illud ante oĩa examinari debebit. Et si reperietur falsum, opponens a prosecutione negotij repelletur, & punietur perinde, ac si defecisset in probatione omnium obiectorum. Ioan. And

n ¶ Cetera.] vtputa, q̃ est homicida, periurus, excõicatus,

catus, vel his similia: quæ ita de facili probari nõ pos sunt, sicut euidens defectus scientiæ vel personæ, q̃ per oculorũ inspectionẽ, vel examinationẽ de facili probari possunt.

a ¶ Promouendo] puta per superiorẽ, ad quẽ deuoluta est potestas: vel quia plures noĩati sunt dño Papæ: & petitur de altero ꝓui deri, 85. dist. Archid. & de hoc supra eod. ꝙ sicut. [Idem Ioan. Mona.]

b ¶ Dignitatẽ.] nõ ẽ ergo ad simplicia bñficia hoc extẽdendũ: cũ si de eis intelligi voluisset vel expressisset vl̃ gñaliter locutus fuisset. ď decim, ad audiẽriã. ad hoc ĩ. eo. ab eo. & ĩ. de ver. sign. c. 2. ubi semp̃ hoc repetitur. [Glo. seq. primo duo notat a vi litteræ & a fini: i: secũdo q̃rit & soluit distinguẽdo: tertio iterũ quærit & soluit: & solutionẽ exemplificat.]

seu aliàs promouendo [a] ad aliquam dignitatem, [b] euidentem [c] scientiæ, [d] vel alium personæ defectũ [e] opponi contingat: [f] in discussione obiectorũ, illum statuimus ordinem incommutabiliter obseruandum, vt promouendus super defectu ipso ante omnia [g] subijciatur [h] examini, † cuius euentus examinandis alijs, aut dabit initium, [i] aut negabit. ¶ Ceterum si præmissi examinis exitus huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui, opponentes [k] omnino † à prosecutione causæ, in qua talia obiecerunt, [l] excludimus, & perinde puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium, quæ obiecerant, defecissent. [m]

¶ Idem in eodem:

¶ Qui grauauerit aliquam personam ecclesiasticam, vel eius consanguineos, uel ecclesias, seu bona, pro eo, quòd eũ, pro quo rogabatur, eligere noluit: ipso facto excommunicatus est. Ioan. And.

† De examine eligẽdorum ad beneficia, uide sanci. ta in cõc. Trid. sef. 24. de ref. c. 18.

† al. deest dictio, omnino.

c ¶ Euidentẽ.) si ergo defectum opponit, sed non euidentẽ, non habet locum pœna, sed si opponit manifestũ, idem: cũ hæc sint synonyma. s̃. de uerb. sig. cũ olim. & est expressum. inf. de uerb. sign. c. 2. Sed pone plures opponit euidẽtes defectus: alterum probat, alterũ non: quid erit? Sol. Si deficit in primo, repellitur ipse opponẽs: si probat primũ, repellitur electus. Si ãt simul examinati fuerint, si sufficiẽs est defectus, qui verus reperitur, repellit̃ electus, sed opponens ẽt de calumnia punietur, nisi iudex viderit ipsum probabili de causa a calumniæ vitio excusari, vt in auth. de iudi. §. oportet. coll. 6. supra de accusa. accedens, & supra eod. c. 1. Si autem opponeret non euidentia, fateor ꝙ sufficiat alterum probari, vt supra. eo. c. 1. & s̃. eo. vt circa. de re iud. cum 1. & A. Sed nunquid iudex ex suo officio talẽ discussionem facere possit, etiam parte non petente? Dic ꝙ sic, secundũ Gar. quia laborare dẽt vt breuientur lites. ff. si cer. pet. l. quidã existimauerunt. ff. de postul. l. quos prohibet. ff. de proc. l. filiusfamilias. § inuitus. supra de excep. c. exceptionẽ. Hoc idẽ poterit etiam si ambæ partes expresse renuncient per iura prædicta, & per l. C. de iureiur. prop. cal. dan. l. 2 §. sed quia veremur. Si autem tacite, scilicet intrando iudiciũ & permixtim examinando [1] oppositiones tam euidentium defectuũ, quàm alias, & aliæ reperiũtur veræ, oppositiones uero euidentiũ defectuum falsę, non habet locum pœna huius canonis propter impossibilitatẽ sui. ad idẽ. inf. eo. indemnitatib. in fi. Pœna. n. est ꝙ repellantur a ꝓsecutione, sed isti iam sunt prosecuti, & sic non potest habere locũ pœna. Nec obstat ꝙ non possunt renunciare expresse, quia multa possumus tacite, quæ nõ possumus expresse, ff. de procura. filiusfamilias. § veterani C. de iureiur. prop. calumn dan. l. 2. §. sed quia ueremur. & inf. de iur. cal. c. 1. & sufficere debet ad repulsionẽ electi, ꝙ aliquid inuenitur probatum, quod eã repellat, quia vndecunque crimina claruerint, & c. 24. q. 3. ecce. & de iu. exhibita.

1 Dom. & Phil. no. hic, si recipiat̃ ꝓbatio ei' q admitti nõ dẽt, ex illa dẽt sequi sñĩa. cl. ꝯ. stõnẽ. eo. tit. & an testis examinatus, q examinari ñ de buit, probet, uide Hyp. in l. 1. §. Cornelio ff. ď qõ. Fon.

Glo. seq. respondet per obiectionem, & solutionem & distinctionem.

d ¶ Scientiæ.] qui etiam in laicis intolerabilis ẽ 38. dist. si in laicis. Sed not. ꝙ est q̃dã intrinseca qualitas, cum qua hõ nascitur. s. ꝙ aliquis sit castus, pacificus, sobrius: & hanc quis p̃sumitur habere, sicut nota. ff. qui satisd. cog. si vero. §. 1. donec contrariũ probetur, sic intelligitur, de præsump. dudum. de scrut. c. vno. Est quædã extrinseca, vt litteratura: & talis qualitas nõ præsumitur, nisi probetur: & ideo super hoc examinat̃: & sic intelligitur hic cũ suis similib. [Dicit Ioan. vbi nil facere habeo cũ homine, præsumere debeo illũ dignũ. Sed vbi sibi dare volo filiã meam, ideſt, ecclesiã ĩ spõsam: debeo inq̃rere de dignitate sponsi: saltẽ quoad expressa. s̃. eo. cum in cũctis. & ĩ. eo. licet canon. Et quia eligẽs inuenire tenet̃ cõditionem debitam filiæ. ar. ff. de rit. nup. qui liberos. iõ punitur hoc non faciẽs. Ioan. And.] De negatiua facti iuris, & qualitatis, dic ut 6. q. vlt. accusator. de elect. bonæ 2.

e ¶ Defectũ.] sed si electo opponatur, ꝙ sit illegitime natus, quis habet hoc probare? Dic, ꝙ opponens probat per notata Innocen. in cap. super his. de accus. & de dolo & contu. cum olim.

Opponẽs ꝗ electũ, ꝙ est ille gitime natus, hoc ꝓbare debet.

f ¶ Contingat.] nec poterit postea reuocare. inf. eo. tit. ab eo.

g ¶ Ante omnia.] nota, ꝙ cũ plura obijciuntur, quorum quodlibet per se sufficit, illud quod facilius ꝓbari põt, primo probandũ est, facit de præscri. auditis.

g ¶ Ante omnia.] i. antequã examinent alia nõ euidentia, quæ sunt opposita Archid.

h ¶ Subijciatur.] a iudice, cui fides dẽt fieri de his, quæ coram eo aguntur 4. q. 3. cap. si testes. §. sæpe. in fine. ubi de hoc. ad hoc 30. q. ult. iudicantem. Archidiaconus.

[Glo. seq obijcit per locum a diuisione, & quadrupliciter soluit.]

i ¶ Initium.] vr̃ ꝙ hæc pars huius disiunctiuæ locum habere non possit, quia aut electus inuenitur insufficiẽs, & tunc penitus repelletur: aut sufficiens, & tũ repelletur opponẽs, & sic nullo casu obiectorum discussio sumet initiũ. Dic quòd uera est obiectio, si insufficiens reperitur electus: sed si sufficiẽs reperit̃, adhuc locũ habebit aliorum obiectorum discussio: quia superior inquiret ex officio suo illo repulso de alijs obiectis, ne per subreptionem, 2 &c. sup. eo cũ nobis. & inf. eo. indemnitatibus. & cap ultimo. Vel admittetur alius cuius intersit: licet iste repellatur ꝑ eandem rationem. Vel dic hoc tunc locum habere, cum defectus oppositus reperitur uerus: sed nõ sufficiens ad repulsionẽ electi, & tunc alia examinabuntur, admitti tamen non debuisset ad opponendũ talem defectum. Vel dic quarto, quòd opponens admittetur ad alia probanda, si probabilis & sufficiens causa eum a calumnia excusauerit. sup. eod. c 1. ad fin. vt quia tales fuerunt verisimilitudines de defectu illo, ꝙ dici uel credi poterat euidens: & sic calumniatus non fuit secundum Gar.

2 Placet Do. Fon.

K ¶ Opponentes.] nota ꝙ dicit, opponentes repellendos: non alios, quorum interecrit, pro eo ꝙ dixi sup. gl. prox. in secunda solutione.

l ¶ Obiecerunt.] & defecerunt.

m ¶ Defecissent.] ut supra eod. c. 1.

Sciant.]

SCiant.] Non diuiditur:quia totus textus vno cõstructu clauditur.secundum Gar.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia,dñs temporalis,in cui' territorio & iurisdictione erat situata,illa ecclesia,scripsit canonicis,& eos rogauit vt suum filiũ,vel aliquẽ eius familiarem eligerent in prælatum: Canonici videntes illũ filiũ, vel familiarem nõ esse sufficientẽ,nec idoneum ad dictam prælaturam:vel ex alia causa,noluerunt ipsum eligere,sed aliũ in suum platum elegerunt:Dominus temporalis hoc ægre ferens,cœpit molestare canonicos, & eorũ cõsãguineos : vel in vadere bona canonicorũ & cõsanguineorũ: quæritur, vtrum ipse dominus temporalis incurrat aliquã pœnam, & quã?Respondet, ꝙ ipso facto est excõmunicat':nec ab ipsa excõmunicatione est absoluẽdus, nisi pmissa dbita satisfactione.Nota primo ex hoc c.ꝙ vota debentiũ eligere aliquem prælatum, debent esse libera. Nota insuper principalem effectum huius c.videlicet, ꝙ si qs molestauerit clericos,ecclesias,vel consanguineos clericorum pro eo,quòd eligentes clerici noluerunt eligere aliquẽ, pro quo molestans scripserat:ipse molestãs incurrit ipso facto sententiam excommunicationis.Nota vlterius casum, in quo inijciens manus in laicos, incurrit ipso facto sententiam excommunicationis: quia quantumcumque cõsanguinei clericorum sint laici:inijciens manus in ipsos,vel eos molestans,ipso facto est excommunicatus.

† Vide B. Antonin. intract. đ excõica-tione, c. 21.

† Vide c. felicis. ɉ. de pœnis. cum ibi notatis.

CAP. XII.

SCiant a † cuncti b, qui clericos, vel quaslibet alias personas ecclesiasticas c (ad quos in aliquibus ecclesijs, monasterijs,aut alijs pijs locis spectat d electio) pro eo, ꝙ rogati e, seu aliàs inducti f, eum, pro quo rogabantur, siue inducebantur, eligere noluerint:vel consanguineos g eorum, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cetera beneficijs, siue alijs bonis suis,per se, vel per alios h spoliando, seu aliàs iniuste persequendo †, grauare præsumpserint i, se ipso facto excommunicationis sententia k innodatos l.

¶ Idem in eodem.

¶ Primo punit vsurpantes de nouo custodiam vacantium ecclesiarum : Secundo punit clericos & monachos hoc fieri procurantes: Tertio punit clericos se talibus non opponentes : Quarto ponit, qualiter debeant se habere habentes talem custodiam ab antiquo.

CAP. XIII.

GENE-

[Prima glossa summat.]

a ¶ Sciant.] qui grauauerit aliquam personã ecclesiasticam,vel eius cõsanguineos,vel ecclesias,seu bona, pro eo,ꝙ eum,pro quo rogabatur, eligere noluit:ipso facto excommunicatus est.Ioan. And.

[Glo feq.soluit q.& respondet contrario.].

b ¶ Cũcti.] etiam epi. Nec obstat ɉ.de sent.excõ.qa periculosum.quia nõ de sententia excommunicationis, sed suspensionis & interdicti loquitur.

c ¶ Ecclesiasticas.]vt Conuersos. 1 Templarios, vel Hospitalarios : qui licet non sint clerici,sunt tamen ecclesiasticæ personæ.17.q.4.quisquis.in glo. penult.

[Glo seq.recit.per quæstionem.]

d ¶ Spectat.] de iure cõmuni in collegiata ecclesia ad collegium spectat electio. de iure patr. nobis.16. q.vlti. congregatio.Si non est collegiũ, spectat ad patronũ. ɉ. de iure pat. postulasti.& hoc de iure cõi:nisi aliud inducatur de consuetudine.de cau.pos.cũ ecclesia. Si autẽ non esset ibi collegium, vel patronus,per diœcesanum habet ordinari. 10.q.1.regenda.16.q.7. omnes basilicæ.& hæc vera quoad electionẽ prælati. de inferioribus not.supra eod.cum ecclesia Vulterana.dic vt ibi Gar.

e ¶ Rogati.] an preces 2 inducant simoniam:dic vt nota. 8.quæst. 2.in summa.& quæst.1. Moyses.& supra de æta.& qual.tuam.

f ¶ Inducti.[per promissiones,vel alio modo.

g ¶ Consanguineos.] nota specialem casum, in quo laicũ pcutiẽs,vel aliàs offendẽs,excõicatus est ipso iure.ad idem infra de sent.excom.quicunque.& de immu.eccle.quoniam.

1 Cõuersi q dicant, tradunt Doc.in c. vt priuilegia. đ pri. & i c. nõ dubiũ. de sen. exc. adde Couar. in c. alma mater. đ sen. excõ. lib. 6. par. 2. §.2.

2 De hoc artic. an pces inducant simoniam vide B. Tho. 2.2. q.100.ar. 5. ad 3.ar.

ADDITIO. Et vsque ad quem gradum dicantur hi consanguinei,recurre ad not.supra de appel postremo.in 1.glo. Et quia de affinibus non fit hic mẽtio,& cõstitutio est pœnalis:nõ includit illos ɉ. de reg. iu. in pœnis.Ioan.And.

[Glo. seq. rationẽ reddit, quam declarat : secundo soluit qõnẽ:tertio q̃rit, arguit negatiue,soluit distinguendo.]

h ¶ Alios.] quia q per aliũ facit, &c.ff. de admi tu.ita tñ §. gessisse. sic & in maleficijs tenetur mandator 3 ac si p se faceret. ff. de vi & vi ar. l.1.§.deiecisse.& § quotiẽs. & hoc verũ de his, q̃ p alios explicari possunt:secus in adulterio & similibus, q̃ nõ possunt p alios explicari.C.de cad.tol.l.vnica.§.ne aũt,& mãdatarius etiã excõicatus hic erit.đ sen.ex cõ.mulieres.&c.vniuersitatis.Sed nunquid huius decre.pœna locum habebit in præsentante patrono? Et videtur, ꝙ non : quia de electione tantũ loquitur,& non de pͤsentatione:& est pœnalis & restringenda.infra.eo. tit.de sen.excõ.statutum.Dic ꝙ si patronus est clericus, vel persona ecclesiastica, locũ habebit cõstitutio:nec est ob hoc odiosa: immo fauorabilis ecclesiarũ fauore, quibus pp hoc melius prouidebitur.& quia decre.indefinite loquitur,indefinite intelligiẽ. & dicit,clericos,&c.Si autem patronus est laicus, pœna locum nõ habebit:cum constitutio dicat clericos, vel ecclesiasticas personas.

3 Vide Bar. in l. non solũ. §.si mãdato. ff. de iniur. Alex cõsil. 65. in 4. volu. & Iasonem in §.pœnales.institit. de actio.

i ¶ Præsumpserint.] si.de exces.præl.tanta.ɉ.in anti.

[Glo.seq.soluit quæstionem.]

k ¶ Sententia.] sim. infra de sen. excõ.quicunque. & secundum Gul.epi bene poterant absoluere ab hac sententia:ex quo conditor huius canonis sibi absolutionem non reseruauit. de sen.excom.nuper. & arg. præd.decre.quicunque.in fine.

l ¶ Innodatos.]ergo est canon latæ sententiæ,vt hic patet.Et cum Papa hic sibi non retineat absolutionẽ, ordinarius diœcesanus clerico delinquẽti indulgere videtur. supra de sent.excom.nuper.ad hoc facit qđ not.eo.tit.si quem.in glo vlt.in fi.Archid.

GEnerali.] Diuiditur in quattuor partes:Secũda: ibi, Clericos. Tertia:ibi, illos vero Quarta:ibi, Qui autem.Ioan.And.

ADDITIO. Clericus,& Ioan.Mona. diuidunt in tres tantum:coniungunt duas primas:& bene conuenit litteræ suspensiuæ, sed glo.conuenit mẽti Fran. autem iungẽs tres primas partes, diuidit in duas tm.

¶ Pro intellectu huius c. præsupponendum est secundum veriorem intellectum ipsius, quid proprie iste textus appellet regalia. Quidam volebant dicere, ꝙ regalia accipiuntur pro iuribus imperialibus:de qb. in lib.feudorũ.c.quæ sint regalia, vt si rex donauerit regalia ecclesiæ,& aliquis illa vsurpet, ipso facto est excõicatus. Alij dicunt, ꝙ regalia accipiuntur pro iuribus,quæ habet princeps in aliquibus ecclesijs:videlicet, ꝙ vacante aliqua ecclesia rex percipiat fructus.& ecclesiam conferat.

Casus lſta lis Dñi Heliæ.

a ¶ Cupientes.] Decretalis ista ē obscura dictamine:& quia Bonifacius dū esset notarius Nicolai fuit dictator ipsius:ideo eā per compilatores huius libri mutari, & clarius dictari noluit:& est vtilis valde, dūmodo quod in ea statutum est, non trahatur ad noxam 1 quod esse nō debet. s̄. de deci. suggestū. C. de vsuc. ꝓ empt. l. vlt. 2. Et diuiditur in vij. partes principales ꝫm Gar. in quarum prima ponit suæ constitutionis cām, & qualiter, & ĩ. quod tp̄s electi cathedralium vel regularium ecclesiarum, quorum electionum confirmationes appellatio uel immediata subiectio deuoluit ad Papam, venire debeant:& durat vsque ibi, Quòd si per xx. In secunda ponit pęnā electorum nō veniētium, vel venientiū sine munimentis:& durat vsque ibi, Ad hæc In tertia ꝓuidet de ꝑsonis ad instructionem causę, qn̄ facta est electio in cōcordia:& durat vsque ibi, Si vero. In quarta qualiter mitti dēant personæ instructæ, & opponētes venire, qn̄ electio vel electiones in discordia celebranī:& durat vsq; ibi, Ceterū. In quinta qualiter puniunī eligētes, si electionem debito tp̄e non præsentent: vel si personas non mittant instructas:& durat vsq; ibi, Denique. In sexta dicit quid iuris sit de postulationibus:& durat vsq; ibi, Porro. In septima quæ durat abinde vsque ad finem: dicit quid iuris sit de recuperatione expensarum.

1 Et ꝓcedat in ea velo leuato. C. de naufra. l. ð submersis li. xi. & exponit ibi glo. i remoto uelamine. Ioan. And.

2 Vide de priui. ¶ nō nullis super ult. glo Ioan. And.

ADDITIO. Ioan. Monachus diuidit in tres: Prima de electis: Secūda de postulatis: Tertia ð expēsis, quas gl. ponit pro sexta & septima. Iterū primam in duas: Prima de electis in concordia: Scd̄a de electis in discordia: ibi, Si vero. Iterū primā diuidit in quatuor: Prima vt in glo. De secunda facit duas : & sic Tertia: ibi, Si electos. Quarta quam gl. facit tertiam, & vide quod dicam in §. Si vero. super 1. glo. Ioan. And.

a ¶ Cupiētes.] tenetur ad hoc ex creditæ sibi dispensationis officio :vt supra in proęmio huius libri cum suis concordantijs.

b ¶ Ecclesiarum.] cathedralium & regularium: quarū cōfirmationē appellatio vel immediata subiectio deuoluit ad Papā: vt ĩ. sequitur: vel ecclesiarū oīum, saltē quo ad præsentādas electiones, ut dicā ĩ. §. ceterū.

b ¶ Ecclesiarum.] cathedralium & regularium, ut. ĩ. sequitur.

sequitur. & cum hic dicat, ecclesiarũ, patet ꝙ ista cõstitutio non extenditur ad hospitalia. & est ratio, q̃a cum canones volunt loqui de hospitalibus, nomine ecclesiarum non solent comprehendere hospitalia: sed alio nomine nominant separatim: vt patet supra eodem, sciant. & ca.

periculosis: nõ enim in cuiuslibet persona, & c.61.dist. miramur. §. sicut enim.

k ¶ Præsentandis.] scilicet quamcito commode præsentari poterunt.

l ¶ Adhibendo.] infra mensem à tempore præsentationis.

tionibus a † periculosis b occurrere, ac malignantium c subterfugijs obuiare d: iam prouisis e remedijs: alia f (quæ patenter ipsa rerum experientia g, ad earum expeditionem indicauit h vtilia i) remedia experta subiungimus: & quod felicis recordationis Gregorius Papa decimus prædecessor noster, de electionibus præsentandis k electis, & ipsorũ electorum petendo ac adhibendo l consensu, salubriter statuit m, in suo robore cum infra scripti temporis n moderatione o †, in præsentandis electionibus permanere volentes, sed quod de trimestri tempore post consensum, ad petendas cõfirmationes instituit p, (quò ad illas, quæ petuntur, uel peti debent q à sede Apostolica) temperantes r (cũ interdum aliquorum locorum s vicinitas minus exigat, † aliquorum distantia prolixius tempus exposcat) Hac generali, & in perpetuum ualitura t constitutione sancimus, vt omnes electi u cathe-

† Not. ex tex. iũcta glo. ꝙ vacatio sim pliciter dicta conti net oẽm modũ uacandi. facit ad ca. susceptũ. de rescri. §. eodem. Phil. Fõt.

generali. Si igitur voluisset ista constitutio de illis intelligere: de illis expressisset inf. de deci. ad audientiam, cum si. Archidiaconus.

a ¶ Vacationibus.] qualitercunq; uacauerint: siue ꝑ mortẽ prælati, siue per cessionem, depositionẽ vel alio modo: cum eadem sit ratio in quolibet præmissorum: nec alterũ exprimatur. sup. de rescrip. susceptum.

[Glo. sequẽs recitetur per quæstionẽ & solutionem.]

b ¶ Periculosis] supra eodẽ ne pro defectu. 50. distin. postquam. & habet locũ hęc constitutio etiã si vacatio periculosa non sit: puta, quia est qui ibi in spiritualib. & temporalib. ministrat. 61. dist. obitum. & cap. Catinensis. quia tali causa cessante non cessat cõstitutio. ff. de postu. l. 1. §. sexum. 32. quęst. 7. tantũ. quia & finalis huius constitutionis ratio est: vt celerius expediantur ecclesiæ 1. ad hoc optime inf. eod. si postquam §. 1. & quære de hoc sup. de renun. post trãslationem. & 61. dist. in c. statuimus. §. his omnib. aliàs c. neophitus.

1 Adde §. affinitatis. inst. d̃ nup. Fon.

[Glo. seq. soluit contrarium.]

c ¶ Malignantium.] Per hoc soluitur contrariũ de canone. 4. q. 4. nullus. in fi. ubi habes, ꝙ reorum est subterfugere: potest enim reus subterfugere, opponendo legitimas & ueras exceptiones: non autẽ malitiosas & falsas, vt hic. Cõsueuit dici, quòd qui habet ius in principali, cauillationes & malitias aduersarij potest per alias repellere 2: nec uidetur fraudem facere qui fraudem excludit. ff. de leg. 2. cum pater. §. Titio. in fin. & sic posset intelligi cap. nullus. & de hoc. 23. quæst. 2 dominus noster. & argum. ad hoc. supra de simo. dilectus. 1.

2 Cũ fraus & dolus habeant vim mendacij, nemini licet eis uti. cũ sint illicita: nec sit malũ ꝑ malo reddẽdũ, uide B. Tho. 2. 2. q. 69. artic. 2.

d ¶ Obuiare.] Tolle hic verbum, quod est, infra subiungimus.

e ¶ Iam prouisis remedijs.] . s. ꝙ fiat electio inf. tres menses. 50. dist. postquam. & supra eo. ne pro defectu. ꝙ fiat in ijs ecclesijs de quib. hic agitur sub certa forma. sup. eo. quia propter. Item remedia quæ sunt sup. eo. c. 1. & sup. eo. quàm sit. & 100. dist. ca. 1. & alia multa supra eo. tit.

f ¶ Alia.] . s. ꝙ veniat electus personaliter infra tempus huius constitutionis: aliàs certa pœna puniatur: & quòd personæ instructæ mittantur. & quod certo tempore præsentetur electio: & pęna non præsentantium.

g ¶ Experientia.] magistra rerum efficax. sup. eod. quàm sit. ad hoc sup. de rescript. statutum. in princip. Io. Andr.

h ¶ Indicauit.] Aliàs, iudicauit.

i ¶ Vtilia.] Et posito, ꝙ casus inueniretur, in quo ꝑ nihil hæc non reperiretur utilis: vt si diceretur ꝑsona nota: & electionis factũ notũ ĩ curia verisimilis: locũ tñ habet constitutio, ut s. dixi. in simili, super uerbo,

m ¶ Statuit.] supra eo. quàm sit.

n ¶ Temporis.] . s. octo dierum. inf. eo. § ceterum.

[Gloss. sequẽs moderat: soluit contrarium de decretali vltima, & c.]

o ¶ Moderatione.] . i. moderati tẽporis adiunctione: quia verbum, moderationis, diminutionẽ cõtinet. sup. de verb. signi c. vlt. hic autem tps auget, vt inf. §. ceterũ. uel quia pœnam apponit, quæ non erat olim apposita: ideo moderari uidetur.

† No. qualiter dẽt iudex dilationes moderari: quia dẽt cõsiderare distantiã, vel ꝓpinquitatem loci à quo citat⁹ tra hit, & fm illã dare lõgũ uel breuẽ terminũ, ad hoc d̃ ap. cũ sit Romana. D.

† Al. ita: & aliquorum, & c.

p ¶ Instituit.] sup. eo. quàm sit. circa finem. Io. And.

q ¶ Debent.] ex immediata subiectione, uel appellatione, ut sequitur.

r ¶ Temperantes.] . s. in hunc modum. nam ad parandum se statuit mẽsem. ad expectãdum uero xx. dies. sed ad ueniendum est tempus arbitrarium, non legale, vt inf. patet. § prox. in prin. ibi, moderati. & c. Et est hic arg. ꝙ iudex potest arctare, prorogare, & interpretari inducias à lege concessas. de hoc dic vt not. sup. de appel. cum sit. Archid.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

s ¶ Locorum.] Sed qũo ex distantia locorum aliquod discrimen inducitur, quod lex absurdum reputat. C. de tempo. in inte. rest. superuacuam? Solu. lex illa loquitur in eo casu, cum legislator inspectis locorum circũstantijs, certum tempus limitauit: quod ad quẽlibet locum sufficere reputauit: vt in tempore restitutionis petendæ, & ad idem. ff. de insti. act. cum interdum. vbi locus vendendi vel emendi non mutat causam institoriæ actionis 3. Sed quod hic & ĩ similib. dicitur, in tpe non limitato, sed arbitrario, locum habet secundum Gar. sup. de do. & contu. cum olim. & ꝯcor. ff. de eo quod cer. lo. l. ideo, ibi: q̃a scimus quàm varia sint pretia rerũ per singulas ciuitates, & c. Io. A.

3 Vnde nõ refert an institor teneat tabernam, uel non. Io. And.

t ¶ Valitura.] Idem si hoc dictum non fuisset. C. de appel. præcipimus.

ADDITIO. Statur enim iuri veteri, nisi mutetur.

[Glo. seq. remittit de tribus: secundo soluit quæstionem de magistro hospitalis.]

u ¶ Electi.] De postulatis uidebis inf. §. deniq. Et q̃d de prouisionibus: Dicas idem iuris in illis 4 quod hic in electionib. statuitur. E: quod hic de electis dr̃, etiam de confirmatis intelligas, si à confirmatione appelletur: hoc habes expresse inf. eodem, si postquã. §. vlti. Et dixit hic Gar. & Gul. quòd hæc constitutio locum non habet in electo in magistrum Hospitalis vel Templi, si appelletur ad Papã: tum quia per mortem talis cathedralis uel regularis ecclesia vacare non dicitur, quia regimen ecclesiarum non cadit in laicos. sup. eo. sacrosancta. in antiq. & quia aliud hospitale, aliud ecclesia. ad hoc sup. eo. sciant. & quia milites sunt, quos arma scire uolumus, & non leges. C. de iure delib. l. sancimus. §. sed & ueterem. C. loca. & condu. l. milites.

4 Idem Phil.

Gloss.

[Glossa sequens soluit duo dubia de monasterijs fœminarum, & de non principalibus dignitatibus.]

a ¶ Regularium.] Virorũ intelligas: in monasterijs enim monialium non sibi per omnia locũ vendicat hæc cõstitutio.j.eo.indemnitatib.§.sed cum eas. Nec hẽt locum hæc ɔstitutio in dignitatib. ecclesiarũ cathedraliũ vel regulariũ, q̃ sũt sub epo, vel Abbate, vł Priore: sicut sũt archidiaconi, archipresbyteri, superiores, vł Priores sub abbatibus, vel alijs Prioribus: p mortẽ enim taliũ non dñr ipsæ ecclæ viduatæ, qđ reqrit hæc ɔstõ: & est simile qđ dicimus sup.eo.c.ne pro defectu & c.quia propter.in anti.sm Guliel.& Gar.

dralium, vel regularium [a] ecclesiarum, (quorum [b] electionum confirmationes, vel infirmationes, ad ipsius sedis examen deducit immediata [c] subiectio, vel appellatio [d] interiecta deuoluit) infra vnum mensem [e] post consensum [f], vel post obtentam [g] de ipsorum electione notitiam [h] (si eam debito [i] tempore non contingerit præsentari) ad sedem ipsam iter arripiant: & ex tunc [k], siue infra præscriptum tempus iter arripuerint, siue non [l], absque fraude [m] quamcito poterunt con-

Cõstõ, cu piẽtes, an hẽat locũ i dignitatib. ecclĩarũ cathedraliũ, q̃ sunt sub epo, uel abbate vł Priore.

b ¶ Quorum.] electorum, aliàs quarũ: sed prima melior: quia respicit electionem, quòd est supra

[Glo.seq.reci.per quinq; quæstiones, quid de legato, quid de metropolitano, qui est in schismate. Itẽ quid si partium voluntate relatione vel reuocatione causa deferatur ad curiam.]

c ¶ Immediata subiectio.] In hoc casu sufficit adire legatũ de latere, qui eporum & archieporum exemptorum electiones cõfirmare põt j.co. si abbatem.§. hmõi. & seruanda erit hæc constitutio: quia satis est illud Apost.sedis examen: secundum Gar. Gul. hic nõ determinat. Dicit.n.ꝙ alij dicunt ɔ̃rium per litteram Apost.sedis, & quia in legato non est distantia viarũ: ita quod de facili poterit hře quos uolet: sed secũdũ illam rationem sequeretur, ꝙ ista decret. non habet locum in vicinis Romanæ curiæ, vt Gar. ẽt dixit: tñ Gul fouet ɔ̃rium, ꝙ si ecclesia non est aliàs immediate subiecta Papæ: puta quia metropolitanum habet: si Metropolitana ecclesia est schismatica, vel à Sarracenis capta, habebit locum hæc constitutio: Is.n.proximus est, quem nullus antecedit.ff.de uerb.sig.l.proximus.ad hoc.§.eod. quia diligentia, & bene facit pro Gar.inf.de offi.dele.is cui. quod non credas uerum si solus archiepiscopus ab ipsis paganis uł schismaticis captus esset: vt inf.de sup.neg.præl. si eps. Item scias, ꝙ si partes sola voluntate vadunt ad Papam non habet locum hæc constitutio: licetbene facerent si eam seruarent: Ista enim constitutio non astringit, nisi in his duobus casib.s.cum immediata subiectio, uel appellatio deuoluit: ergo in alijs locum non habeat, secundum Gul.& Gar. vnde & si relatione iudicis deuoluatur ad Papam, non habebit locum secundum Gul. Graue enim esset tantas pœnas vel causas imponere in illo casu non expresso. Item dic secundum eum, si Papa reuocat ad se tale negotium: quia forte coram ordinario pendebat, nisi in reuocatione exprimat hanc constitutionem uelle seruari, & tunc non ex vi constitutionis, sed ex vi mandati, tenebuntur ad illam seruandam. sic supra de iudic. quia V.

Cõstõ, cu piẽtes an hẽat locũ in ecclã subiecta metropolitano schismatico tñ, vel à Sarracenis capta.

d ¶ Appellatio.] In hoc casu non sufficit adire legatum secundum Gul. & Gar. nisi forsan partes concordarent, appellationi renunciando. de appel. ɔstitutus. de offi.dele.studuisti.& cap.licet. Et dic appellatio nõ manifeste frustratoria: quia talis non deuoluit negotium ad Papam. supra eodem. quamuis. & sic non hẽt locum hæc constitutio, quæ requirit quòd talis sit quæ deuoluat, scilicet interposita in scriptis: & ex cã probabili, vt ibi: & quæ peruenerit ad notitiam appellati de constit. cognoscentes. quod dic vt in clemen. eo.tit.causam.

Cõstõ, cu piẽtes, an hẽat locũ in cã pendente coram ordinario, q̃ Papa ad se reuocauit.

e ¶ Mensem.] Iste mensis datur ad parandũ se ad iter.

f ¶ Post consensum.] subaudi quando debito tempore fuerit præsentata electio: aliàs locum habebit sequens hæc clausula.

[Glo.seq supplet circa id, duas opiniones ponens: secundo obijcit, & soluit.]

g ¶ Post obtentã.] subaudi ẽm Gar. & post tps in quo debuit pñtare, & in quo debuit deliberare: vel postquã deliberauit: absurdũ. n. esset, ꝙ in hoc casu non hẽret inducias ad deliberãdũ maxime cũ decre.quã sit. s.eo. hic sit reseruata, vt s. vidisti. quo .n. veniet, nisi primo deliberet, an consentire velit: & quo mõ deliberabit, nisi tempus habeat. 50. dist. ponderet.tñ tutius videtur sibi & domino Guli. vt dicamus, quod in hoc casu cum electio debito tempore non præsentatur: habeat vnum mensem ad deliberandum, & parandum se ad iter: nec illius mensis dimissio sit absurda, quæ fit ex causa: & ne fraudi locus relinquatur, secundum eos: & sufficit sic scriptum esse. ff. qui & à quibus.l.prospexit. Sed nonne rogatus debet recedere: inuitatus fugere: & sola debet illi suffragari necessitas excusandi. C.de epis. & cler. si quenquam. quomodo ergo se ingeret, nisi inuitetur & rogetur? Dicas ꝙ ex quo electus est, inuitatus & rogatus uĩ: & auctoritate istius constitutionis sine nota ambitionis hoc facere poterit: aliàs enim laqueus pararetur: quod esse non debet. 27.q.1. de viduis. de restit. spol. litteras.in antiq.

Electus an possit sine nota ambitionis pseq suam electionem.

[Glo seq. exemplificat, demum quærit & soluit.]

h ¶ Notitiã.] certam & indubitatã, puta quia ibi psens fuit: erat forte canonicus, vel homines fidedigni referunt pro certo sic esse, arg. de postu.c.1.de cler. excom.mini.illud.in ant. vel inde litteram recepit authenticam: non enim cuilibet referenti credere tenetur.ad hoc de do.& contu.cum olim. & quod ibi not. quid si scit se electum, sed nescit appellatum? Dic ꝙ si ecclesia non pertinet immediate, non currit iste mẽsis: immo tenetur seruare decret. quàm sit.donec sciuerit appellatum, secundum Gar.& Gul.

i ¶ Debito tempore.] s.j.octo dies postquam commode præsentari potuit. j. §.cæterum. & sic iste mensis non currit nisi à tempore, quo electio præsentari debuit, secundum Gar.

[Glo seq. ponit duas lecturas istius, extunc, & secundam reprobat.]

k ¶ Extunc.] i. elapso prædicto mense, & designat extremum tempus istius mensis. ff. de cond.& dem.si is. ad fi. (Lex quarta est, quam uide de testib cogen.c.2. super ι.gl.) Alij exponunt, extunc, i. arrepto itinere, quod est falsum, per id quod sequitur, siue.j. præscriptum, &c & sequeretur secundũ id, ꝙ post decem annos arripiendo iter, tunc incipetet sibi currere tẽpus, quod est absurdum Io.And.

Glo.probat Phil. & alle.gl. in cle. ea. eo.ti. q̃re eam. sup verb. An th.&gl. Titio.vsu sfruct' in est. l. Titio fund. ff.de cõd. & dem.& l.pr decedens. als est, q dam decedẽs. §.fi.ff. de admi.tut. lectura sua ẽ corruptissima. Fon.

l ¶ Siue non.] Et sic de arreptione itineris nõ curat, dummodo ueniat tempore competenti.

m ¶ Absque fraude.] S. ergo electus duplex hẽbat domicilium, dico ꝙ cõputatio fiet ab eo loco, ubi tunc erat absque fraude: per hanc litteram: & idem dico si extra domicilium esset, secundum Gar.& Gul.

[Glo.seq.recitetur per quæst. Primo secundum quas dietas fiat arbitratus. Secundo de electo, qui prius uenit, quæruntur duo: Tertio quid de electo in curia: ibi, præsente: Quarto an dies aliqui dẽtur in tempore arbitrario pro quiete arg quòd non, soluit contrariũ: solutioni signat contrarium: & ibi remittit.]

a ¶ Com-

a ¶ Commode.] 22.q.2.faciat.ff de verb.signi nepos. [vide de verb.sig.intelligentia.super glo.3.] Et habet iudex hoc arbitrari inspecta qualitate personarũ, locorum, temporum, & ætatum.ff.de verb. obliga.continuus §.1 & patet in principio seq.§.Et dico ꝙ arbitrari dẽt iudex ſm vulgares dietas 1: vt ꝓbatur ĩ.de pręben.ꝑsenti. §. loca.ſi.n. ꝙ ibi dr̃ speciale est, ergo ipsius cõtrarium regulare: & quia lex debet patriæ conuenire.4.distin.erit.& vsui statur etiam ĩ naturam vocis. ff. de lega.3.l.vxori.in principio.& multum operatur religionis consuetudo.ff.de fundo instructo.l. cum de lanionis.§.asinam.& in arbitratione vulgarium, semper respiciam conditionem personarum & temporis: vt supra dixi.Non autem arbitrabitur secundum singulares, quæ sunt, cum quis vtitur diplomate. ff.de verb.oblig.continuus.§.2.vel secundum legales. ff.si quis cau.l.1.& si habita computatione aliquid superest:pro illa dabitur vna dies. ff.de verb.sig l.3. si non apparent vulgares, non crederem errari: ſm Guili.& Gar.si recurrerent ad legales 2:dum tñ qualitas causę personarum, locorum, & tẽporum id patiatur.Et scias ꝙ si electus venit ante tempus, quod aliàs arbitraretur iudex:residuum eius arbitrij non propter hoc habet de lucro:quia in eo quod certum est, coniecturis non est locus.ff.de verbo oblig.l.cõtinuus.§.cum ita.vers.ꝙ si diplomate 3.Si autem modicum restat de tẽpore:vtendo diplomate, pœnam euitat:præueniendo verò nil lucratur per prædictum §.Item scias, ꝙ si electus, qui per decem dietas distabat in principio mẽsis iter arripiens xj.die sit in curia:non tenetur excitatione illius canonis(nisi aliàs citetur à Papa)coram Papa comparere, si non vult:nisi primo labatur mensis, & decem dies, quibus venire poterat, & xx quibus postea debuit expectari:& hoc probat littera superior cũ dicit; ex tunc, siue infra præscriptum mensem venit, siue non: & beneficium iuris nulli est auferendum. 28.dist.de his.infra de regul iur.indultum. cũ suis cõcordantijs Nec obstat hoc ei, quod dixi supra ꝙ præueniẽdo non lucratur tempus: quia illud hẽt locum in tempore quod iudex habet arbitrari: vnde præueniendo nõ arbitrabitur iudex, nisi tempus, in quo venit secundum Gar.sed nunc loquor de certo tempore, & à iure limitato:& de eo in quo venit, ꝙ aliàs habebat iudex arbitrari.Et scias ꝙ si electio facta ẽ in ipsa ciuitate, vbi est curia, & electus est præsens: de tẽpore arbitrario nihil habebit:sed mensem & illos viginti dies habebit, ſm Guli,& Gar.Ratio, quia in tẽpore certo & limitato à iure, locorum varietas varietatem iuris non inducit.C.de temp in inte.resti.l. su peruacuam Sed quæro an iudex arbitrãdo dare debeat aliquos dies ad quiescendum:pone vnum in septimana:& vr̃ hic quòd non, quia illi xx. dies ob hanc cãm dati sunt Sed dic cõtra, secundum Gar.& Guil. cum.n.præter mensem, & xx. dies detur hic tantum tempus, quãtum commode venire possit, quis impius iudex arbitrabitur, quod per quadraginta dietas vel plures venire commode possit non quiescendo? Nec illi viginti dies ob hoc dati sunt: sed quia iudex in peremptorio non multum debet contra absentem festinare.ff.de damno infecto si finita.§.si forte. Credo ꝙ propter æquitatem illius legis seruãdã, isti xx.dies dati fuerũt.ad idẽ supra de re iudi. cum Bertholdus. Argumen contra infra de offi.ordi. quamuis:ibi, continuatis,&c.sed non est contra, vt ibi dicam.

b ¶ Petituri.] post consensum.

c ¶ Prosecuturi.]Referas ad id quod dixit, post obtẽtam, &c.quasi dicat, secundum Gar.post consensum poterit confirmationem petere:sed post notitiam petet vt compellantur electores electionem præsentate. Alij dicunt, ꝙ post obtentam notitiam potest electioni non præsentatæ consentire:& confirmationem petere.prior lectura magis placuit Gar.

1 No. ſm Pet. Phi. ꝙ verba legis, statuti, quã quà à peritis dictata, capiũtur ſm vsum vulgi. no. in c.ex litteris.1.d sponi.

2 Vt viginti miliaria cõputentur pro dieta. Io.And.

3 Si existens Bononiæ ꝓ misi dari Ephesi, si vtẽdo diplomate veloci illuc pueni: confestim obligatus sũ.

Dies pro quiete dã dus est lõgum iter facturo

mode a locorum considerata distantia, petituri a suarum electionum confirmationes, vel prosecuturi c electiones suas, quibus poterũt modis licitis comparere (cum omnibus actis, iuribus d, & munimentis, e suis, & processus suos contingentibus f) coram g nobis personaliter teneantur. ¶ Quòd h

d ¶ Iuribus.] i. rõnibus cõsistentibus circa factum: qa Papa oĩa iura habet in pectore.de appel. sæpe.C.de testa.omnium sup.eo.li.de constitu.cap.1.

ADDITIO. Quomodo ius hẽt varias significationes, prolixe tractat hic Io. Mona. vide quòd d cam infra de regul.iur.super gl rubricæ.hic.n.minus exquisite, itẽ inexpedienter hic fuissent politæ:cum satis hic glossis ad materiã pertinentibus grauaremur. Ioan And.

e ¶ Munimentis.] idest, his per quæ sua causa muniri potest:instrui vel iurari:vt pote cum decreto electionis, cum instrumento appellationis, protestationum, & similibus.

f ¶ Contingentibus.] Vt dispensatio super pluralitate beneficiorum, super natalibus, & similibus, si talia opposita sint:si.n.talia opposita non fuissent à principio:sed modo opponuntur, forte eo modo quem habet sup.eo.tit.vt circa.dico quod diuinare non tenebantur:& haberet eo casu dilationem etiam extra curiam.infra, eo. ver. electos.& in casu, in quo non est præsentata electio:habeat illa munimenta, quæ habere potest, ad alia non tenetur. ff.de regu.iur. impossibilium.argumen.in seq.§.vers el ectus.ibi, nisi iusta causa,&c.neque dico ꝙ incontinenti quando venit, debeat ostendere munimenta:sed sufficit, quod paratus sit illa ostendere termino sibi assignato, vt per sequentia patebit, secundum Gul. & Gar.

g ¶ Coram nobis.] Per hanc litteram dicit Archidiaconus, ꝙ electus non veniens Apo sede vacante:non incidit in pœnam.Gar.& Io.Mona cõtra, s.quod incidit, licet de æquitate pœna remitti deberet.expeditũ est quod incidit per cle.eo.tit.ne Romani.in fi.

[Gl.seq.exponit quinque casus, qui eliciuntur ex textu:& ponit ordinem litteræ.]

h ¶ Quòd si ꝑ viginti.] Secunda pars:Quicquid dixerit hic Gar.& alij, dic plenius, ꝙ iste § ponit quinque casus, in quib. priuatus est electus ipso iure:Primus, cum iusto impedimento cessante infra tps statutum non venit:Secundus, cũ iuste fecit impeditus: sed ĩ. tps debitum impedimentũ proponi non fecit coram Papa:Tertius, cum bñ fecit proponi impedimentum tpe debito:sed statuto tpe non probauit. Quartus, cũ statuto tpe proposuit & probauit:sed non misit ĩ. illud tps procuratorem sufficienter instructum:Quintus, cum misit procuratorem sufficientem, tñ cessante impedimento ĩ.tps debitum personaliter non venit In his casibus, vel altero ipsorum priuatus est ipso iure:si aũt in neutro ipsorum peccauit: pœnã non patiẽ priuationis. Vltimo ponit pœnã electi venientis vel mittentis eo casu, quo mittere põt sine munimẽtis.& sic construe hanc litteram: Quòd si expectati ꝑ viginti dies, post lapsum tpis moderãdi ex qualitate locorũ contempserint personaliter cõparere, & petere suarum electionũ cõfirmationem, vel prosecutionẽ, seu exceptionem(siue opponentes venerint, siue nõ) electiones de ipsis,&c.vsq; ibi, ĩ.priuatos.hæc vera si cõtempserint nulla iusta cã interueniente:de qua ꝓposita perdictos viginti dies coram nobis, vel alio, seu alijs deputãdo, vel deputandis à nobis, si videbiẽ admittenda, teneant ĩ.xv dies post tps huiusmodi apud sedem Apo.facere plenã fidem:subaudi, alioquin electiones de ipsis,&c.vsq; priuatos, nisi contingeret talia, vel tã verisimilia ꝓponi: vel ĩ.eosdẽ viginti dies, seu

si per viginti dies (post lapsum [a] ex qualitate locorum moderandi [b] temporis) expectati [c]: siue eligentes [d], siue opponentes [e] venerint, siue non: personaliter comparere [f], & suarum electionum confirmationem, vel prosecutionem, seu executionem [g] petere [h] (nulla iusta [i] causa interueniente) contempserint [k]: de qua infra prædictos viginti dies ꝓposita [l], infra quindecim dies post tem-

set prædictos xv. eo casu tantum, cum (vt prædicitur) fuerint concessi ad probandam prædictam causam appositam & admissam: quę merito excusaret electos ipsos ab ĩ. scripta (idest supra scripta ſm constructum) pœna: & pp quod videretur forsitan indulgendũ eidẽ, s. electo (si intelligas præsidenti: coniũge cum videretur) tempus prolixius ad prædictam comparitionẽ. insuper eo ẽt casu, quo contigerit ꝓponi: vel ꝓ, idest, & admitti aliquam iustã causam ad excusandam personalẽ comparitionem electorum, nisi tũc inf. idem tempus se præsentauerint per procuratorem sufficienter instructum ad omnia præmissa, electiones, &c. hæc vera iusto impedimento cessante, & subdit tunc nihilominus: idest, non obstante ꝙ procuratorẽ miserint, nisi ipsa causa cessante se præsentauerint personaliter, vt præmittitur: electiones, &c.

a ¶ Post lapsum.] Rationabilior est hæc cõputatio, q̃ illa, quæ fit per decre. statuimus supra eo. vbi cõputãtur dies post aduẽtum partis. Quid. n. si pars vtatur diplomate? dieta inconueniens sequetur ex eo. Sed nõ mireris, quia hic maior pœna imponitur: vt ibi dixi in glossa æquiori.

b ¶ Moderandi] vt supra dixi super verbo, cõmode.
[Glos. seq. quærit, & soluit.]

Mora in pęna incursa à iure purgari nõ põt.

c ¶ Expectati.] Sed pone, quod facta computatione recta in oĩb. reperitur vna die venisse post terminum, nõ allegans impedimentũ: nunquid moram purgat? Dic ſm Gar. & Guliel. quod cum hęc sentẽtia lata sit a canone propter moram: statim elapso termino commissa est pęna priuationis ipso iure, quæ amplius purgari non poterit: sicut enim à sententia legis vel canonis non appellatur. supra de appel. quia nos. ff. de verbo. significa. si qua pęna. sic nec purgatur in eo mora: cum enim statim electio nulla sit, amplius conualescere non posset. supra eo. auditis. & infra de regu. iur. non firmatur, & adde quod dicam, infra de regu. iur. mora.

Elect⁹ ad strict⁹ venire ad curiam ꝑ c. cupientes. tenet venire, & si aduersarij sui non veniant.

d ¶ Eligentes.] Hæc dicit ne credat aliquis, quod venientibus eligentibus nõ teneatur electus venire: hoc ergo remouet.
[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

e ¶ Opponentes.] Quare punitur electus non veniẽs, ex quo non venerunt eius aduersarij: cum in eius aduentu nulla videat̃ vtilitas, ad hoc ff. si quis in ius voca. l. 2. ad fi. & no. s̃. de dolo. & cõtu. c. vlt. Dic ꝙ aduersarijs non venientibus, ipse venire tenetur: ideo quia in ipsorum absentia procedi potest. supra eo. c. 1. infra de eo qui mit. in pos. c. 1. & supra vt li. nõ contest. quoniam: & etiam cessantibus aduersarijs, ibi locum hẽt iudicis officium. s̃. eo. cum nobis olim. cum similibus.
[Gl. seq. format, & soluit tres quæstiones.]

1 Nota ſm Dom. & Philip. ꝙ nõ obstã. quòd disponat̃ te nõ audiẽdũ ob solẽnitates omissas, audieris tñ, si vis ꝓbare, ꝙ cã tua non est cõtenta sub dispositione. Fon.

f ¶ Comparere.] Quid si electus venit infra tẽpora constitutionis, & negotio nondum finito licentiatus recessit: nunquid incidit in pęnã illius cõstitutionis? Dic ꝙ sic. infra eodem si postquam. §. 1. Sed pone, nõ venit electus infra tempus legitimum, nec post: petit aduersarius pronunciari ipsam in hanc constitutionẽ incidisse: apparet procurator electi. qui dicit hanc cõstitutionem in eo locum non habuisse: puta, quia nõ pertinet immediate: vel quia appellatio nõ fuit talis, quæ deuolueret: replicatur ꝙ hoc debuit proponi infra tempus, de quo dictum est supra, quæritur quid iuris? Dico ſm Guli. & Gar. procuratorem audiendũ: si enim non habet locum cõstitutio, satis est clarum, quod non habet locum eius pęna vel temporis arctatio: de hoc igitur cognoscendũ est 1. Sed pone electũ in tempus feriatum incidisse: cuius temporis si fiat cõputatio, non venit electus infra tempus, venit tamen post tempus, ante q̃ iudex sedeat pro tribunali, quæritur an incidat in pœnam? & videtur ꝙ non: ad quod enim ꝓdesset venisse: ex quo si venisset, ꝓcessum nõ fuisset? Dico tñ secũdum Gar. & Guil. ipsum in pœnam incidisse: debuit. n. venire & se præsentare: & tali tempore potuit libellum offerre. ff. de adul. miles. §. sexaginta. si. n. contrarium dicatur: eadem ratione sequit̃, quod dies festi, & octauæ de tali tempore detraherentur. Præterea ex causa in causa electionis procedi potest tempore feriato. arg. supra de fer. c. vlt. vbi de hoc no. Innocẽ. Nec obstat ff. si quis in ius vo. l. 2. ad fi. quia nec ibi dicitur, quòd non committatur pęna: sed quòd prætor eam remittere potest, si vult: sic & in hoc casu poterit, si voluerit Papa remittere.

g ¶ Executionem.] forte per hæc verba denotare voluit, electum præsentẽ esse debere vsque ad finem causæ: vt per hoc ꝙ dicit, confirmationẽ, notaret principium causæ: per hoc ꝙ dicit prosecutionẽ, medium: per id quod dicit, executionẽ, finem, & est expressũ. ĩ. eo. si postquam. §. 1. Vel forte loquitur cũ petitur executio latæ sententiæ super cõfirmatione, à qua appellatum fuit: quia & tunc locum habet constitutio, vt in prædicta decr. si postquam, §. vltimo.
[Glo. sequens reci. per q. an existens in curia pro procuratore, &c.]

h ¶ Petere.] Ex quo autẽ personaliter venerit ad curiam, secundum Gar. & Guili. etiam per procuratorẽ confirmationẽ petere poterit 2 sicut ante constitutionem hanc poterat: cum. n. hoc expresse reuocatum nõ inuenitur, antiquo iuri stabitur: vnde notabiliter posuit, personaliter, prope verbum, comparere: & nõ prope verbum, petere. Nec obstat quod aduerbium, personaliter, intelligatur repetitum: quia per subauditiones & repetitiones tacitas iura reuocanda non sunt 3: sed potius concordanda. C. de inoffi. do. l. vna. & infra eo. cum expediat.

2 Eadem rõne dicit hic I. Mo. idem de eligẽtib. vna cum Archid. concor. glos. Io. And.

i ¶ Iusta causa.] puta infirmitatis, aduersitatis maris, vel hyemis, vel incursus latronum. ff. de excusa. tut. scire. §. aliud autem. ver. obseruabunt.

3 Est sing. ſm Romanũ in Authẽ. ex testõ. C. d̃ collat. Fonta.

k ¶ Contempserint.] non facias hic differentiam inter cõtemnere & negligere: licet alibi videatur fieri. 20. dist. si decreta. siue enim negligat, siue contemnat, punitur, & probat̃ hoc infra e. §. penult. Guli. & Gar 4.
[Gl. seq. primo soluit dubium, secundo quærit. argu. pro. & contra. & soluit.

l ¶ Proposita.] si misit nuncium ad proponendum: & nuncius impeditus fuerit, & de hoc constet, nõ nocebit ei: dummodo postea non sit negligens. & probat̃ hoc. infra. eo versi. insuper. ibi; iusto impedimẽto cessante. Et si infra illos dies Papam, vel auditorẽ hẽre non potest: protestetur hoc, ne de negligẽtia notetur: & habetur protestatio pro oppositione. ff. de nau. fe. l. 2. Sed Solet quæri, an sufficiat semel protestari, quod videtur: quia vnica protestatio currentem pręscriptionem temporis interrumpit. supra de appel. si iustus metus. de offi. ord. pastoralis C. de anna. exceptio. l. vt perfectius [canonizata. 16. q. 3. dilectio. §. potest.] & vnica debiti oblatio vsuras currentes impedit. C. de vsuris, si per te. Et vnica solẽnis depositio impedit iã currentes: dummodo præcedat oblatio & consignatio. C. de vsu. acceptam. Econtra videtur: cum instãter apostoli petendi sint. ff. de libel. dimis. vna de app. vt super. & palliũ, & litteræ dimissorię. 100. di. prisca. 61. dist.

4 Idẽ Io. Mona. & Archidiaconus.

pus [a] huiusmodi (coram nobis, vel alio, seu alijs deputando, vel deputandis à nobis, si admittenda videbitur [b]) teneantur apud [c] sedem ipsam facere plenam fidem [d]: Nisi vel [e] infra eosdem viginti dies, seu prædictos quindecim [f], eo casu tantum (cũ ad prædictam causam propositam [g], vt prædicitur, & admissam probandam concessi fuerint) talia, & tam verisimilia [h] proponi contingeret, quæ † iudicio præsidentis [i], electos ipsos ab infrascripta pœna merito excusarent: & propter † quæ forsitan videretur eidem ad prædictam comparitionem [k] tempus prolixius [l] indulgendum. ¶ Insuper etiam eo casu, quo ad personalem electorum comparitionem excusandam, aliquam iustam causam proponi contigerit, vel [m] admitti: nisi tunc [n] infra idem tempus [o] iusto impedimento [p] cessante, per procuratorẽ [q] ad præmissa [r] omnia sufficienter instructum †: & nihilominus [s] ipsa causa cessante [t] (vt præmittitur) se personaliter præsentauerint [u]: electiones de ipsis factas, eo ipso viribus va-

dist. ep̃s. & sollicitus debet esse ad hoc. C. de tem p. ap. cũ anterioribus. § in his 1. Credo ſm Gar. & Guli. tutũ esse electũ pluries protestari, ne de negligẽtia arguat̃, & sic doceat se agere voluisse. quod not. Inno de pręscrip. ex trãsmissa. ad hoc. C. de vsur. pupil l. fi. Si tñ hora & loco cõpetẽtib. Papã req̃siuit, & ei' copiã habere nõ potuit: & hoc legitime fuerit protestat', sibi tp̃s nõ curret, donec Papa copiã sui fecerit: quia talis licet vnica ꝓtestatio cursum tp̃is impedit. ff. q̃n ap. sit l. j. §. biduũ. versi. dies. & 2. q. 6 biduũ. & arg. in l. vt ꝑfectius. Et si Papa electos ad cameram cõsueuit admittere, licet in publico nõ faciat copiã sui: hoc corã ostiarijs, tabellione, & ꝑsonis q̃ occurrerint, ꝓtestet. s̃. de appel. si iustus. & ꝓdicta l. vt ꝑfectius. facit cle. quis. 1. rñ. de appel. & scriptis ꝓtestat̃, vt in auth. de tẽpo. nõ sol. pe. §. cõstitutionẽ. coll. 7.

1 Loquit̃ appellãte. q. dẽt esse sollicit' colligẽdo acta offerẽdo illa, & apostolos notarijs eãm ĩtroducendo. Io. And.

† al. ita: q̃ ĩ iudicio, &c.

† al. ita: & ꝑꝑ hoc ꝙ forsitã &c. sed ĩ antiquis codicib. vt plurimũ, legit̃ ita: & ꝑꝑ q̃d, &c.

a ¶ Tẽpus hm̃õi.] viginti dierum.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

b ¶ Videbitur.] quid si dum iudex deliberat, an sit admittenda vel non labitur tp̃s: nunquid nocet electo? Credo ꝙ non 2. ſm Gar. & Guli. s̃. de appel. ex insinuatione. 2. q. 6. biduũ. C. de temp. appel. auth. sed & lis. canonizata 2. q. 6. Idem. Io. Mo. & Archid.

2 Idẽ Dõ. & Phi. vide Bal. in l. 1. ĩ prin. C. d̃ iura. calũ. Fon.

c ¶ Apud sedem.] ergo non alibi: nisi forte iusta causa suaderet contrarium. j̃. eo. versi. electos.

[Glo. seq. soluit quæstionem, an opponens, &c.]

d ¶ Fidem.] per testes, vel alium legitimũ modũ probandi. de resti. spol. cũ ad sedẽ. & si ex parte electi ꝓbet̃ iusta causa absentiæ, & opponens vult ꝯtrium dicere, bene audietur: ne quis ꝑ testes falsos obtineat. de testib. ꝓsentiũ. & quia probare volenti mos gerendus est. ff. de proba. circa. iudex tamen accelerare dẽt quantum potest: quia hæc est eius cõstitutionis mẽs, secundum Gar. & Guli.

e ¶ Nisi vel.] hic est vers. & exceptio ab eo, ꝙ dictũ erat, ꝙ debeant electi personaliter cõparere, aliàs cadant à iure suo. & hoc verum est, nisi, &c. & hoc probat littera. infra comparitionem.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

Dilationes iuris an possit iudex abbreuiare, vel prolongare.

f ¶ Quindecim.] qui dantur ad probãdã causam ꝓpositã. Sed nunquid iudex datus à Papa illos dies poterit abbreuiare vel prolõgare? Dic ꝙ nõ, ſm Guli. & Gar. & Io. Mo. & Archid. cum sit tp̃s limitatũ à iure, sicut nec dies q dant̃ ad appellãdũ. 2. q. 6. anteriorũ. & q dantur ad integrã restitutionẽ petendã. C. de tẽp. in integ. restit. l. superuacuã. & facit cle. de in inte. resti. ab ecclesia. glo. probat Phi. Bar. in l. 2. de re iudi. Fõ.

[Glo. duæ seq. soluunt tria dubia.]

g ¶ Propositã.] qui eam proponit, debet habere mãdatũ, aliàs nõ vr̃ huic constitutioni satisfactũ cũ j̃. dicatur, ꝑ procuratorem ad præmissa, &c. si tñ gerẽs negotiũ sine mandato excusat, & admittat̃: si electus ratũ habet infra hoc tp̃s, infra quod se debuit excusare, credo ꝙ sufficit ff. rem rat. hab. l. pen. & facit quod dixi supra. eo. quàm sit.

ADDITIO. Item dicunt Gar. Io. Mona. Archid. ꝙ amicus qui proponit excusationem, cauere volens, ꝙ electus infra prædictum tẽpus ratã habebit, de æquitate admittendus est: & tunc satis est electo, quòd infra prædictum tempus ratificet. Ioan And.

h ¶ Verisimilia.] si autẽ proponat causam legitimã quo ad i' nõ tñ quo ad factũ: & vult ꝓbare, infra tẽpus debitum audietur, q a plena ꝓbatio ꝓsumptioni pręferẽda est. ff. de his q sunt sui. l. filiũ. & pone exemplũ ſm Gar. Io. Mo. & Archid. q a valde potẽs hõ dicit se ab impotente detentũ: vel coram iudice impressionẽ passum. ff. q̃d met. cau. non est verisimile.

i ¶ Præsidentis.] sũmi Pontificis, vel alterius ab eo dati.

k ¶ Cõparitionẽ.] personaliter faciendam.

† Not. nõ nũciũ, sed instructũ ꝓcuratorem mittẽdũ, vbi ꝑsona cõparere nõ põt. Bart. in l. 2. ff. d̃ diuer. & tẽpo. præscri. Phi. Fon.

l ¶ Prolixius.] arbitrarium habita tamen consideratione impedimẽti, & qualitatis negotij. Placet hoc Ioan. Mon. & Archid.

m ¶ Vel.] pro, &.

n ¶ Tunc.] scilicet, cum iusta causa proponitur, admittitur, & probatur.

o ¶ Tempus.] infra quod debuit electus personaliter compatere.

[Glo. seq. tractat an ipso iure, &c. & instrui iudicem, ne acceleret.]

p ¶ Impedimento.] & sic in pęnam non incidit: si iustum impedimentum aduentum procuratoris impediuit 3. Et credo ſm Gar. Io. Mona. & Archid. ꝙ seruet̃ illæsus ipso iure sine aliquo restitutionis auxilio ꝑ hanc litteram. Si autem electus infra tempus nec venit, nec misit: & aduersarius ꝓsens petat pronunciari ipsum in cõstitutionem hanc incidisse: iudex in hoc casu bene faciet, non multũ accelerãdo: maxime si sit spes de vicino aduentu. s̃. de do. & cõtu. cum dilecti. sed si processerit iudex: & electus veniens probat impedimẽtũ, ꝑꝑ quod nec venire, nec mittere potuit; restituetur contra processum. s̃. de re iudic. cũ Bertholdus. ff de dam. infec. si finita §. si forte. Hoc placet Io. Mon. & Archid.

3 Vel ipsius ꝯstitutionẽ, vt q a in carcere tenet̃ electus, taliter ĩclus' ꝙ nec ꝓcuratorẽ cõstituere potest. Io. And.

q ¶ Procuratorem.] specialis casus, cũ aliàs in arduis impeditus nõ compellatur procuratorem cõstituere. s̃. de procu. querelam. vbi de hoc. & 5. q. 3. si ægrotans.

r ¶ Ad præmissa omnia.] s. proponendum, & ꝓbãdũ iustam causam absentiæ: & petendã cõfirmationẽ, & prosequendã electionem. Et sic nota, ꝙ proponẽs causas absentiæ, debet habere mandatum, vt s̃. dixi.

s ¶ Nihilominus.] i. non obstãte ꝙ ꝓcuratorẽ misit.

t ¶ Causa cessante.] impedimenti: ꝑꝑ ꝙ (aliàs, ꝓpter quam) electus se personaliter ꝓsentare non potuit.

[Glo. seq. teci. ꝑ q. an habere debeat omne tp̃s, &c.]

u ¶ Præsentauerint.] dato sibi post impedimẽti cessationẽ omni tp̃e, q̃d à principio hac constitutione dabatur: vnde habebit mẽsem ad se parandũ, & tp̃s arbitrariũ, & adhuc xx. dies: & hoc voluit dicere superior littera, vt præmittitur. Et quod dico de mẽse, qui dat̃ ad iter arripiendum: intelligo cum tale fuit impedimentum, quod non solum iter, sed paramentum etiã impediuit, secundum Gar. Io. Mo. & Archid.

[Glo.seq reci.per tres qõnes,quis prouideat,an appelletur,&c.an electus contra coelectum audiatur.]

a ¶ Priuatos.] & pertinet prouisio ad Papã ſm Gar.r. cum mens cõditoris fuiſſe videatur, ex quo negotiũ eſſet in curia, ꝙ Papa puidere deberet, aliàs nõ eſſet celeris eccleſiarũ expeditio : & ex ptãtis ſuæ plenitudine põt facere qđ vult: ſed de iure credo ꝯ̃triũ, & dico, ꝙ ſi canonici deliquerunt in pſonã vel formã: tũc locũ hẽt decr.ꝟ. eo. q̃quã. Si aũt non deliquerint: electio reuertit̃ ad eoſdem. ꝟ. eo. ſi electio. Nec dicã ꝯ̃triũ in hoc caſu:cũ nõ reperiã expreſſũ:nec p ſubauditiones sũt iura reuocãda,vt dixi s̃.eo. §. in gl. ex quo aũt. nec obſtat cle.vt lit. pen. ſi duob.q nõ loquit̃ i electis, vt ibi patet in prin.& vide ꝙ ibi not.gloſſ.ſec⁹. Si autẽ iudex datus à Papa pronunciat electũ incidiſſe in hãc cõſtitutionẽ, ſi cõſtat eũ nõ incidiſſe, vel eſt dubiũ,admittet̃ eius appellatio:ſi autem conſtat eum incidiſſe, non admittetur, quia à pœna legis vel canonis non appellatur.ſupra de appel. quia nos. ff.de verbor.ſign.ſi qua pœna.ſm Guli. & Gar.Et ſi electus priuatus hac cõſtitutione opponat ſe alteri electo,vt vnus de capitulo,admittendus videtur : quia excluſus ab illa parte,vnde liberi, admittitur ab illa parte,vnde legitimi.ff.de ſuc.edic. l.1.§.quibus.ꝙ intelligo verum,ſm Gar.ſi in alio capite ſatis factum eſt conſtitutioni:quia pſonæ inſtructę miſſæ ſunt:priuatus eſt enim ſolum iure ſibi quæſito per electionem,vt dicit hæc littera.

1 Idẽ Archid. qui dicit, ꝙ ſic ſeruat curia. Io. And.

cuantes : ipſos omni iure (ſi quod eis per electionem huiuſmodi quæſitum eſſet) decernimus eſſe priuatos [a] . ¶ Electos vero , qui ſe ſine actis, iuribus & munimentis ſuis , & proceſſus ſuos contingentibus , perſonaliter, vel per procuratorem (vt præmittitur [b]) præſentauerint : ea volumus ex contemptu conſtitutionis huiuſmodi, eo caſu [c] pœna percelli:vt pro exhibendis illis, alibi quã apud ſedem ipſam (niſi ex iuſta cauſa [d]) non poſſint dilationem aliã obtinere. ¶ Ad hæc [e] vt diligens inquiſitio ſup electionib. [f], & eligentibus [g] , & electis [h] , ac alijs præmiſſa [i] contingentibus , plena [k] informatio poſſit haberi (quam informationem per procuratores : qui vt plurimum conſtituuntur abſentes [l] , & proceſſus ignari) curſus cauſarum non ſentit de facili prouenire [m] : de ipſis electoribus duæ [n] perſonæ ad minus , ſuper negotio ipſo , vt de electis præmittitur [o], ſufficiẽter inſtructæ , (quando electionem concordem [p] eſſe contigerit) infra idem tempus [q] ,per † capitulum expenſis [r] bonorum ad Prælatum ipſius eccleſiæ , de cuius ele-

m ¶ Prouenire.] & licet per talem procuratorẽ poſſet inſtructio prouenire:nihilominus veniunt hæ pſonæ,ſecundum Guli.Gar.& Archid.& facit quod dixi in prin.ſuper verbo,periculoſis.

[Glo.ſeq.reci.per tres quæſtiones.]

n ¶ Duæ perſonæ.] hæ perſonæ procuratorium ab eligẽtib. habere debent 2:vel aliàs apparere quomõ trãſmiſſi ſint.ar. s̃.đ hære.cũ ex iniũcto, & ſi iſtæ pſonæ nõ venerint,electus tñ vult plenã inſtructionẽ facere p alios : ſufficit quo ad ſe,ſed nõ quo ad electores: qa pœnã incurrent. ꝟ.eo.§.ceterũ. Et ſi pſonæ iſtructæ venerint,& ante inſtructionẽ cauſæ deceſſerint:poſtquã ſciuerint hoc eligẽtes,tenentur alias p ſonas mittere infra tantũ tps, quantũ ſuperius eſt taxatum: aliàs pp nouũ contemptum pœnã incurrent:licet à principio negligẽtes nõ fuiſſent ad iſtar ei⁹ ꝙ dr đ electo.s̃.eo. §.proxi.verſi.inſup.

2 Ad inſtructionẽ poti⁹ q̃ cõfirmationẽ petendã vel ꝯ̃dicẽdũ aduerſario ſm Archid.

† Hæc periodus in antiqs codicib. ita hẽt:p capitulũ in expenſis de bonis ad Prælatũ ipſius eccleſiæ, de cuius electione agit̃, ptinentib.ſi ſint dicreta, alioquin de cõib., vel p ipſum capitulũ aliũ de puiſis ſi đ ipſis, &c.

Electio qñ dr cõcors.

b ¶ Præmittitur.] ſ.in caſu,in quo mittendo excuſat̃.

c ¶ Eo caſu.] ſ.quãdo veniunt, vel mittunt ſine actis.

d ¶ Ex iuſta cauſa.] vt quia inſtrumentum detulit, & amiſit:vel aliqua de nouo opponuntur,vt dixi s̃.in gl.vt diſpẽſatio, quæ eſt glo.vlt.s̃.in proxima parte.

e ¶ Ad hęc.] tertia pars , poſtquam dixit ad quid tenentur electi:dicit ad quid tenentur electores:& dic ad hęc,id eſt præter hæc.

f ¶ Electionibus.] vt ſi forma decr. quia pp.fuerit obſeruata & quæri debet diſtincte de quolibet ipſius decretalis articulo,de quo in dubium reuocatur.

g ¶ Eligentibus.] vtrum excõicati maiori, ab homine ſuſpenſi,priuati à canone:hi enim eligere nõ poſſunt.s̃.eo.cum in cunctis.&c.cum inter R.de cõſuet. cum dilectus.cum ſi.Item de alijs, quæ circa hoc fuerunt in dubium reuocata.

h ¶ Electis.] inquiretur circa hoc de his quæ habes s̃.eo.cum in cunctis.& 15.diſt.vſque ad 49.

i ¶ Plena.] electiones,electores,& electos.

k ¶ Premiſſa.] per hanc litterã & ſequentẽ dico ſm Gar.& Guli.& Io.Mo ꝙ ſi mittantur canonici,qui tamen non interfuerunt negotio, quod non ſufficit:cũ & infra dicatur,ex ipſis electoribus, &c.

ADDITIO. Tamẽ vt dicit Archidiaconus, nõ eſt neceſſe quòd fuerint compromiſſarij,vel ſcrutatores. Ioan.And.

l ¶ Abſentes.] quod aliàs eſſe poteſt.ꝟ.de.pcur.licet.

o ¶ Præmittitur.] ergo venient cum actis, iuribus,& munimentis ad idem infra.§.proxi.

ADDITIO. ſm Gar. Idem Ioan. Mon.& Archid. Poſſet enim contingere ſecundũ eos, ꝙ electus nõ deferret munimenta:& ſic etiam iſtis non deferentibus cauſa inſtrui non poſſet.Ioan.And.

p ¶ Concordem.] licet quidam dicant electionem concordem , quæ à maiori parte capituli facta eſt:Tu dic ſm Guli.& Gar.& Archid.concordẽ quando omnes conſentiunt nemine diſcrepante.Ille enim intellectus eſt contra ſignificationẽ vocis : & probatur hoc infra.§.proxi.& ꝟ.eo.quorundam.

[Glo ſeq.reci.per quæſtiones, quid ſi electus ſit remotior, vel propinquior,vel in curia,vel ſi ſint duo, quorum alter ſolus ſit in curia.]

q ¶ Idem tempus.] infra quod electus debet pſonaliter cõparere:& ſi electus ſit remotior q̃ electores , ſufficit ꝙ perſonæ inſtructæ veniant ꝟ.id tempus,infra ꝙ electus remotior venire debet, ſm Guiliel.& Gar.ſi autem electus eſſet propinquior:dico eligẽtes habere menſem, & tps arbitrarium, & xx.dies:ad impoſſibile enim non obligatur. ꝟ de reg.iur.nemo.cũ ſuis cõcor. & verba ſunt ciuili modo intelligenda.ff. ad exi.l penul.& dico ſm Guil.& Gar.ꝙ ſi in curia ſit ille,qui eſt electus vltra montes,habebunt pſonæ inſtructæ tempus ad veniendum , ꝙ haberet electus , ſi eſſet in eccleſia,& curreret à die eis notificati cõſenſus exhibiti:tutius tñ eſſet,ꝙ cum mittunt pro cõſenſu, mitterent etiam perſonas inſtructas ſm formam huius decr.tñ licet hoc non fecerint, nõ incidunt in pœnam.Qualiter enim arctari debent ad proſecutionem cauſæ donec ſciant an electus cõſentiat Itẽ dico ſecundum eoſdem,ꝙ ſi duo ſunt electi,quorũ vn⁹ eſt in curia,alter in eccleſia:ille qui eſt in eccleſia,ſtatim poſt ſuũ ꝯſenſum exhibitũ arctat̃ hoc tpe:cũ em decre.iſta dicat,poſt ꝯſenſũ,&c.ſtabimus textui: nec dicem⁹,ꝙ hẽat vł poſſit expectare ꝯſẽſũ alteri⁹ electi.

r ¶ Expẽſis.] neceſſariis,& moderatis, vt ſeq̃t̃ i ſeq.§.

Glo.

[Glo. seq. soluit dubiũ: secundo quærit, & soluit.]

a ¶ Discreta.] Si autẽ aliqua sint discreta, aliqua cõia: fiant de discretis pertinentib. ad prælatũ, si sufficiunt: alias quod deest, per hanc litterã de cõibus suppleatur [scd̃m Archi. & Io. Mona.] Sed si de bonis ecclæ plus recipit vnus, quã alter: dabit ne tm̃ vn⁹, sicut alius? Dicas scd̃m Gar. ꝙ ẽ triplex genus expẽsarũ: in expensis, quæ fiunt in causis vel negotijs gñaliter ad totã ecclesiã pertinentib. fit cõtributio secundũ facultates: vt q plus hẽt, plus soluat. de cens. sopite. & c. cũ instãtia. sicut in naui iacturæ sũmã pro pretio rerũ distribui oportet: & q plures res saluabit plus ɔferet. ff. ad l. Rho. de iact. l. 2. §. cũ in eadẽ. uer. iactu rę summam. Aliæ sunt expẽsæ pertinentes tantũ ad bona discreta, puta ad dignitatẽ: tunc de illis bonis discretis fieri debẽt expensę, dũmodo sufficiant. In expensis vero, quę pertinent ad bona communia: de communib. hæ fieri debent. ad hoc satis probat hæc littera, secundum Gar.

Vide Bar. in l. 4. § actor. ff. de re iud.

ctione agitur, pertinentium, si sint discreta: a alioquin b communium: vel per ipsum capitulum aliunde c prouisorum, si de ipsis discretis, vel communibus tunc haberi non possint, d ad omnia instructæ plenarie, transmittantur. e ¶ Si vero f in discordia electio, vel electiones ipsæ processerint: tunc duæ g personæ ad minus de parte qualibet, (cum sint plures h) vel de parte electi (cum electio vna processerit) in necessarijs i & moderatis expensis electorũ: Quas si electi exhibere cõtempserint k (nisi forsan ipsos facultatum impotentia l pro qualitate negotij excusaret) omni iure ipsis ex tali electione quæsito priuẽtur. m Et† quando vnicus n est electus, cui aliquis vel aliqui se opponunt: o eo casu tã

b ¶ Alioquin.] id est, si bona discreta non sunt.

c ¶ Aliunde.] ℥hendo mutuũ, ⁊ cũ manifesta sit in hoc ecclæ vtilitas. 10. q. 2. p̃cariæ. 12. q. 3. q cunq;. vel si id cõmode fieri ñ p̃t: a diœcesanis clericis charitatiuũ petant auxiliũ. de censi. cũ Apostolus. §. prohibemus: tractatur n. subditorum salus. 61. dist. miramur.

⁊ Nõ tñ alienabũt bona ad epm pertinentia. 12. q. 2. si qua de re b⁹. Arch. Io. And.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Archid. alleg. 8. q. 2. c. 1. & 2.

d ¶ Non possint.] commode. ff. de uerb. sig. nepos.

e ¶ Transmittãtur.] nõ ergo sufficit eos eligere, nisi transmittant. Si ergo electi primo nolunt ire, alios eligant & trãsmittant: illi autẽ electi, qui venire noluerint, hac pęna tanquã culpabiles puniatur. ℥. §. ceterũ. quod enim fit a maiori parte capituli, minor pars sequi tenetur, nisi rationabile quid ostendat. de ijs quæ fiunt a maiori par. c 3. vnde uenire tenebantur: ad idem 3. q. 1. nulli. 7. q. 1. quia frater. 16. q. 1. vos autẽ fratres. & quod ibi notatur.

ADDITIO. Idem Ioan. Mon. & Arch. Et scias ꝙ non excusantur pro eo ꝙ sint alij in ecclesia ad hoc officium dign. ores, vt not. 11. q. 3. quid ergo. & 23. q. 1. c. vlt. Ioan And.

f ¶ Si vero.] quarta pars ponit q̃d iuris de missione personarum, quando electio facta est in discordia.

g ¶ Duæ personæ.] cõpareant: quod est. ℥. & si istæ ꝑsonę se aduersarios in iudicio ɔstituãt, nihilominus instruere p̃nt: cum & infra dicatur, opponentes instruũt, nec sunt isti proprie testes: sed instruunt cãm cũ actis, iurib. & munimentis: & per hos instruetur Papa, uel auditor in facti veritate.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Archid. qui dicunt cum Gar ꝙ si omnes instructores utriusq; partis instruunt, vt testes: & concordant oẽs, uel maior pars: creditur eis. de test. c. in nostra. Si uero non cõcordat pars maior, creditur eis ℥ partẽ suam, sed non contra partẽ aduersam, cum sint suspecti. de excep. c. 1. & 2. q. 7. testes. nisi dolose dicerent contra partem suã. ℥. de simo. nobis. Ioan. And.

h ¶ Plures.] electiones & intelligas siue sint duæ, siue plures: dummodo omnes suas prosequãtur electiones, secundum Gar. Io. Mona. & Archid.

i ¶ Necessarijs.] quæ sunt illæ, quib. nõ factis res peritura erat, vel deterior futura: Vtiles q̃ meliorẽ causam faciunt, & deteriorẽ esse non sinunt. ff. de verb. sig. l. impensę. & dico [s̃m Gar. quod placet Archid. & Io. Mo.] ꝙ conditione ex hac decret. electi nõ tenebuntur ad vtiles, cũ de necessarijs tãtũ dicat: sed actione negociorũ gestorũ bene. ff. de nego. gest. sed an vltro. ℥. de procura. cum pro causa.

[Glo. seq. quęrit, arg pro, & cõtra. & soluit.]

K ¶ Cõtempserint.] Sed an teneat offerre, an sufficiat ꝙ paratus sit soluere, dubitat: & vr̃ ꝙ teneatur offerre. C. de cõtrahen. & cõmi. stip. magnã, ff. de leg. cõmiss. l. si fundus. ad fi. vbi dicitur, ꝙ offerre tenetur, aliàs in pęnam incidit. & ℥. de loc. potuit. Ar. ℥. ff. quorum legatorũ. l. fin. §. 1. ubi dicitur, ꝙ sufficit si paratus sit satisfacere, nec tenetur offerre: sed morã petenti nõ facere. ff. de oper. liber. cũ patronus. ff de dam. infe l. 4 § hęc autẽ. Sol. dico secundũ Gul. & Gar. per iura vltimo allegata, & per decr. de iureiur. breui. & ℥. de sent. excom. cũ medicinalis. §. quisquis versi. exemplũ, & per litterã istam, quæ dicit, contempserint, ꝙ sufficit si soluere sit paratus: & contraria loquuntur, cum statuta est dies, quę interpellat.

Contẽnere nõ dr̃, q ñ interpellatur.

[Glo. seq. recit. per quęstionẽ, quis soluat expensas in casu impotentię, vel noluntatis.

l ¶ Impotentia.] & tunc expensas dare tenenẽ electores, vbi. n. ius postulatũ excusat, incũbit hoc on⁹ postulantib. ℥. §. penult. a simili, ubi ius excusat electũ, incumbit onus expensarum electoribus. & satis hoc patet. ℥. proxi. ver. uel si personas. & idem dico, si electi possunt, sed nolũt has expensas soluere per alleg. uersi.

m ¶ Priuẽtur.] per sñiam: vbi enim vult decre. hæc, ꝙ sit canon latæ sñiæ, bene hoc exprimit, ita & hic fecisset, si hoc voluisset. ℥. de deci. ad audientiam.

ADDITIO. Non tamen punientur isti vt transgressores canonis pœna depositionis: de qua 4. dist. deniq;. §. si. cũ hic sit certa pœna statuta. ff. de pœ. sanctio. Nec debet quis duplici pœna puniri de iudi. at si clerici. in fi. secundum Gar. & Io. Mona. Ioan. And.

† Hęc ꝑiodus ut plurimũ ĩ antiqs exẽplari b. legit ita: Et qñ vnicus ẽ electⁿ, cui aliqs, vel aliq se opponũt: ĩ expẽsis ipsorũ ꝓprijs eo casu tã opponẽs, q̃ opponẽtes hmõi si duo tm̃ uel si plures duo ad minus ex ipsis opponẽtibus in expẽsis ipsorum opponẽtiũ, plene, &c.

[Glo. seq. reci. per q. quid si sint plures electi.]

n ¶ Vnicus.] si ergo sunt plures electi, dico per hãc litteram, & per illam infra §. proximo. opponentis. vel opponentium, cũ vnicus est electus, quòd opponentes uenire non tenentur: ista enim decretal. non cõpellit alios uenire, nisi electos, postulatos, & personas instructas, & opponẽtes, cũ vnicus est electus. a uerbis ergo non recedã, immo verbis edictis deseruiam. ff. de legatis 3. non aliter. supra de rescriptis, susceptũ. eodem lib. & hoc intellexit. Guliel. & Gar. de his opponentib. qui sunt de electorib. pro illis. n. ueniunt electi, & personę instructæ: sed si aliqui sint opponentes præter electores, puta diœcesani, clerici, uel alij quorum intersit, ipsi uenire debent: sed eadẽ ratione qua supra dici posset, quòd in eis locũ non habet hæc decretalis, sed illa supra eodem, statuimus.

Opponentes an cogant ꝓ cõstõnẽ cupiẽtes, uenire ad sedẽ Aplicã q̃do sint plures electi.

o ¶ Opponunt.] in formã, uel personã, aliquid obijciendo. ℥. eod. c. 1.

[Glo. seq. quærit quid de episcopo.]

F a a x Oppo-

opponens [a] quàm opponentes huiusmodi, si duo tantum, uel si plures, [b] duo ad minus ex ipsis opponentibus, expensis [c] ipsorum opponentium proprijs plene (vt dictum est, cum actis & munimentis) instructæ [d] compareant: [e] ut per præmissas personas, uel negotium plenarie instrui, [f] vel sedes eadem valeat informari: [g] an ecclesiarum utilitate pensata, & alijs [h] inspectis circunstantijs, super habendis aliquibus probationibus, sen quibuscunque alijs, sit alibi [i] facienda commissio: uel [f] æquitate sudaente) partes potius apud sedem ipsam in probationibus, & alijs sint arctandæ. [k] Ceterum [l] si eligentes electiones [m] ipsas concorditer, uel in discordia celebratas, infra octo [n] dies, postquam commode poterũt, electis [o] præsentare distu-

Opponẽs ꝯ electũ uel postulatũ, si sit ep̃s, an teneat̃ personaliter cõparere ex mente cõstõnis, cupiẽtes.

a ¶ Opponens.] dicit Gul. & Gar. ꝙ si archieps', uel ep̃s se opponit, personaliter venire non tenetur: quia durum esset, ꝙ occasione huius oppositionis suam ecclesiã, vel prouinciam derelinquat: & ideo sufficit si procuratorẽ mittat sufficienter instructum, tanquam iusta & rationabilis cã eum excuset. j. §. proxi. ver. vel si p̃sonas. & j. eo §. pe. ubi non astringit p̃sonaliter venire ecclesię alligatum, etsi postulatus fuerit.

[Gl. seq. soluit q̃d si sint plures: solutioni opponit, & r̃ndet.

b ¶ Duo ad minus.] si ãt decẽ sint opponẽtes, & diuersa crimina opponũt: ut pote vnus adulterium, alius homicidiũ, & sic de singulis: sufficit duos mittere sufficiẽter instructos, secũdũ Gul. & Gar. cũ hæc littera nõ distinguat: & sic satisfactum dicemus huic constitutioni: & incõueniens esset tot opponẽtes compelli venire, & electũ per tot distringi. ff. de exer. act. ne in plures. licet sit arg. ꝯ: q̃a si plures de vno crimine accusãt, magis idoneus eligit̃ à prætore: si autẽ de diuersis, omnes venire tenẽtur: nec admittitur vnus pro alio. ff. de accus. si plures. C. de accu. l. q. de crimine. Sed illud, q̃a vbi criminaliter de crimine agitur, non potest procurator [1] interuenire: sed hic agitur ciuiliter: & ideo secus. de accus. super his.

1 Vide Rubeũ Alexandr. in trac. de potestate procuratoris in causis criminalibus.

c ¶ Expensis.] quas si dare noluerint, & ita nullus venit, tanquam culpabiles puniantur. j. §. prox. uer. vel si personas.

d ¶ Instructę.] respicit illud duæ p̃sonæ: alias instructi, & respicit illud duo ex opponentib. &c. & an illi duo contribuere teneantur, dixi infra eodem cum non deceat.

[Gl. seq. soluit, q̃d si vicissim sibi opponũt electus & opponens tempora non seruata: secundo quærit & arguit pro, & soluit contrarium: & allegationi respondet.]

Electus si obijciat opponenti, ꝙ t̃pa cõstõnis, cupiẽtes, n̄ seruauit & opponens hoc idẽ opponat electo, d̃ qua obiectione primo discutiet̃.

e ¶ Compareant.] infra idẽ tempus, infra quod electi venire tenẽtur: vt intelligatur repetitũ s̃. de app. secundo requiris, & si electus obijciat opponẽti, ꝙ tẽpora non seruauit: & opponens idem obijciat electo: primo discutietur de iure opponentis, tanquã de p̃iudiciali. C. de adul. quoniam. s̃. de ord. cog. tuam. prius enim personæ opponentiũ discutiendæ sunt. 33. dist. illud. de acc. c. 1. & simul de vtroq; cognoscere nõ debet. s̃. de iud. exhibita. secundũ Gul. & Gar. dico tamen, ꝙ iudex excluso ꝯdicente, ex officio suo cognoscet vtrũ electus t̃pa seruauerit. s̃. eo. cũ nobis olim. in anti. Quid si opponẽtes a principio non venerunt infra tempora, sed post: & se petant admitti ad ea quæ de nouo peruenerunt, nunquid admittent̃. Videtur, ꝙ sic. s̃. eo. c. 1. s̃. qui ma. accu. pos. cũ in tua. Et ne per subreptionẽ. & s̃. eo. in antiq. cum dilecti. §. nos vero. Sed dic ꝯ per hanc decretalem quæ excludit eũ a totali prosecutione processus: & qui cõtra te calũmniatus est, nec de illo, nec de alio crimine te accusat. ff. de accu. si cum. 3. q. 10. si accusatorum. non obstat decre. ut circa. punitur enim ibi qui nõ expressit: sed exprimere non potuit quod ignorabat: hic autem punitur q̃a contempsit: decretalis autẽ, statuimus. non obstat; q̃a ibi nõ priuatur prosecutione processus: sed in hoc punitur, ꝙ in eius absentia proceditur: veniens igit̃ admittetur in eo statu, in quo causa reperietur: dicamus igitur hoc per dec. istam specialiter introductũ. non obstat decr. cũ dilecti. quia officium iudicis non deficiet, vt in prædicta decr. cum nobis.

f ¶ Instrui.] ita quòd finiri possit.

g ¶ Informari.] q̃n non est tale quid p̃batum, per quod negotium decidi possit.

h ¶ Alijs inspectis circunstantijs.] quid enim si p̃ istos informatur iudex, ꝙ probationes de facili possunt haberi in curia: vel non nisi cum magna difficultate? Hoc inspecto vel commissionẽ faciet, vel ad p̃bationem faciendã in curia compellet. Gar.

2 Gl. seq. tur Phi. & ipsa p̃cedit, nisi testes essẽt examinati, tunc p̃ducent̃ at testões, c. corã. s̃. de i integ. rest. Fon.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

i ¶ Alibi. 2] ad q̃d fiet ista commissio, cũ electus & opponentes ducere teneãtur omnia munimenta? Dic illud verum de probationib. per instrumenta faciendis: sed ista cõmissio fit taxatione probationum faciendarum per testes, quos ad curiã ducere esset difficile. de fideius. constitutus, 2. q. 2. c. ult. Gar. & Gul. & idem posset intelligi si haberet probare per instrumẽta, quæ secum ducere non potuit, puta priuilegiũ, quod alterius erat, non suum: nec illud habere potuit, vel impeditus fuit per aduersariũ, quæ minus habere posset, vel similia. ad hoc de fide inst. ꝯtingit. & c. accepim'. de test. cogẽd. p̃uenit. 1. Guliel.

K ¶ Arctandę.] scilicet testes cõpellendo ad curiam venire. s̃. de testi. cog. c. 2.

l ¶ Ceterum.] quinta pars.

[Gl. seq. reci. per q. an in alijs electionibus locum habeat quod hic dicitur.]

m ¶ Electiones.] scias secundũ Gar. quòd hoc quod hic dicitur, h̃et locum non solũ in electionibus cathedraliũ ecclesiarum vel regularium, de quibus hic loquitur decr. sed in omnib. alijs electionibus: quę s̃. in prin. decr. Nicolaus corroborat q̃d statuerat Gregorius cũ hac temporis moderatione, Gregorius autem de qualibet electione loquitur, sic in qualibet electione locum habebit moderatio.

Eligentes q̃ nõ præsentãt electionẽ intra t̃ps debitũ, qua pęna puniantur.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

n ¶ Octo dies.] & si exiuerunt competenti tẽpore ad præsentandum electionem, excusabuntur p̃pter superuenientem casum: si autem exiuerunt eo tempore, quo venire poterãt, vtendo diplomate, impedimentũ superueniens non excusat eos. ff. si quis caut. l. 2. § si quis. s̃. eo. cum in veteri. secundũ Gul. & Gar. Phi. sequitur glo. Fon.

[Glo. seq. reci. per q. an sufficiat procuratori p̃sentasse, & distinguit.]

o ¶ Electis.] si autem præsentarent generali procuratori electi, non sufficit, quia temporalis hæreditas per talem non acquiritur ff. de acquiren. hæred. per procuratorem. multo minus spiritualis nec matrimonium [3] carnale per talẽ contrahitur. infra de procu. c. vlt. ff. de rit. nupt. generali. ergo nec sp̃uale, quod est verum nisi electus ratum haberet infra id tempus, infra quod sibi debuit pręsentari. ff. rem rat. hab. l. penult. Si autẽ præsentarent procuratori ad hoc speciali sufficit per eadẽ iura, ad hoc infra de præbend. accedens 32. q. 2. honorantur. C. de acquiren. possess. l. 1. cum similibus.

3 De hoc articulo q̃d sit tenendũ, ui de doct. i c. vlt. j. de procur. & theologos. lib. 4 sent.

Glo.

[Glo. seq. quærit arg. pro, per vnam legem: & cōtra per canonem & legem soluit, & contrario respōdet.]

a ¶ Qui culpabiles.] si hoc ignoretur, quid erit? Vr ꝙ nullus incidat in pęnā: qa sancti⁹ est, & c. ff. de pęn. absentē, &c Arg ꝯ: qa si plures 1 percusserint, & vnus sol⁹ letaliter, & ignoretur quis: oēs de occiso tenent 23. q. vlt. c. vlt. ff. ad l. Aquil. itē Mela § sed si seruum plures. Sol. lapsus tpis probat oēs culpabiles, nisi ꝯrīū aliqui ostendant: puta de sua diligentia: vel ꝙ miserūt: & missus fuit impeditus, vel negligēs fm Gar. nō tñ vr ꝙ negligētia missi excuset eligētes. j. eod. si cōpromissarius. i. rñso.

1 Vide Antoniū Gomez. tom. 3. variar. resolut. c. 3 de homicidio.

lerint ipsos, qui culpabiles a in hoc extiterint (quo ad se à processus prosecutione totaliter b excludentes c, omnibus beneficijs d suis, quæ in ipsa ecclesia e, de cuius electione agitur, obtinent: per triennium continuum, ex tunc f inchoādum, volumus eo ipso fore suspensos g: Ad quæ si infra illud tempus se propria temeritate, vel alio quæsito colore h ingesserint: illis ipso iure perpetuo i sint priuati. Vel k si personas instructas, vt præmittitur l, (etiam si opponentes, vel electi m, mittere vel venire, seu expēsas ministrare n con-

nisi hic dicas ꝯ per hoc verbum, culpabiles nō obstat ꝯrium: quia cū sunt plures, & vnus deliquit, & alter non: tunc habet locum lex illa, absentem sed cū omnes deliquerunt, sed nō æqualiter: tunc habeant locū iura pro hac parte inducta: nec enim potest aliquis innocens appellari, vt in l. absentem. secundum Guliel. & Gar. [Archid. & Io. Mona.] hic autem omnes præsentare debebant: nisi ergo probetur contrarium, dicam omnes in culpa.

ADDITIO. Facit quod scripsi s̄. de homici. significasti 2. ver. quod si discerni Ioan. And.

b ¶ Totaliter.] per hāc litteram dico, ꝙ nec electio nē alterius partis poterunt impugnare: aliàs nō essent totaliter exclusi. ad hoc infra. eo. versi. opponentes.

c ¶ Excludētes.] & sic exclusi sunt ipso iure, & si cū eis de facto ꝓcessum est: si postea excipiatur medio causæ, de tali ꝓcessu se iuuare nō poterunt: iudex tñ ex illo processu posset animū informare: cū casus sit iste in quo procedit ex officio suo, vt pluries s̄ dixi.

ADDITIO. Facit clem. eo tit. constitutionē. in fi. & concor. Ioan. Mon. & Archid. Io. And.

[Glo. seq. soluit quattuor dubia, scilicet quid de officijs, & quid si officiare nolūt: & an tunc possunt eligere, & an eligi.]

d ¶ Beneficijs.] non ergo officijs, & merito: pone em̄ ꝙ fuissent omnes culpabiles: qs interim officiaret ecclesiam? Et si nollent isti interim officiare, per priuationē beneficiorum compelleret eos eps, si causam rationabilem non allegent. s̄. de cleri. nō resi. inter quattuor. vel saltē si vult eos ob multitudinem sustinere: fm Guli. & Gar. de ipsorū beneficijs faciet ecclæ deseruiri, vt de cler. nō resi. c. pe. & de ap. peruenit Et si hac suspēsione durāte vacat ecclesia, eligere possunt: aliàs decre. cum in cūctis. s̄. eo tit. non priuasset eos specialiter hac potestate. ad hoc eo. tit. cū Vintonieñ. eligi autem non possunt medio tempore in illa saltē ecclesia, in qua suspensi sunt. secundum Gar. & Guli. s̄. eo tit. per inquisitionem.

e ¶ In ipsa ecclesia.] nota suspensum à beneficio in vna ecclesia, non pp hoc suspensum in alia. ad idē j. eo. si cōpromissarius, in fi. & j. de re. eccle. nō alie. hoc cōsultissimo. & j. de offi. ordi. si canonici. secus ī excōnicato, vel ab officio suspenso. 4. q. 5. quisquis 7. q. 1. si quis presbyter.

f ¶ Ex tunc.] scilicet, post prædictos octo dies.

Glo. seq. primo soluit duo dubia: secundo quærit an absoluat episcopus: soluit ꝙ non, & respondet contrario: tertio quærit, & soluit.]

g ¶ Suspensos.] est ergo canon latæ snīæ. sic s̄. eo. cū in cunctis. & si eps esset, qui vocē haberet, puta in electione metropolitani 2, euitat hanc pęnā: cum de ipso non caueatur expresse. j. de sen. exc. qa periculo

2 Vt suffraganti ecclesiæ Raueñ. de consuetudine: fm Archid.

sum. & j. eo. si compromissarius. §. hmōi pęnā autem superiorē non euitat, scilicet, vt totaliter a ꝓsecutione, &c. [Sed ad certum tps, vt p inferiora patet.] Et si quæratur, an eps taliter suspensus possit absoluere? Dicendum est secundum Guli. & Gar. ꝙ nō, argu. decre. s̄. eo c. 1. ibi, nullam, &c. & s̄. de testi. tam litteris. ibi, donec nostrā mereant, & c. facti em̄ qō in arbitrio est iudicātis: pęnæ vero ꝓsecutio, &c 2. q. 3. si quē. §. notādū. ff de abol. l. 1. §. 2. iā enim si diceret ꝯrium, illuderetur huius canonis pęna, & similiū: qd̄ incōueniēs esset nō obstat decr. nuper. s̄. de sent. excom. quia loquitur in excōicatione fm Gar. vbi maius vertitur periculū; & ideo facilius remouetur: quia nullus vsque ad certum tēpus excōicatur, sed donec satisfaciat, vel caueat. de verb. signi. ex parte in Christo. vnde vere loquendo ibi pœna nō remouetur: sed quod ius statuit, adimplet. Sed quid dices, si electio non fuit præsentata tēpore debito: electus post notitiam iter arripuit, fecit expensas, postea præsentatur sibi electio: electus reperit eā minus canonicam: non vult cōsentire: quæro, nunquid electores teneantur ei ad expensas, quas facturus nō fuisset, si ipsi debito tpe præsentassent? Dico ꝙ sic, secundum Gar. & Guil. aliàs electo per constitutionē hanc laqueus pararetur: ad hoc ff de peri. & commo. rei ven. l. vlti. C. de iudic. sancimus. & j. de offic. ord. si canonici. . respon. §. 1.

h ¶ Alio quæsito colore.] puta quia se ingerunt de alicuius superioris auctoritate. Vel pone exēplū s̄. eo. auaritiæ. & quod dixi de superiore, intelligas qui id non possit concedere.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

i ¶ Perpetuo.] intelligebat, & si nō fuisset appositū: ex quo enim priuātur, ꝑpetuo priuati intelligunt. C. de pęnis, seruus. 50. dist. c. 1. ꝙ dic vt s̄. de pœ. in ant. c. ex litteris, & per hāc litterā, ꝑpetuo, dico ꝙ si eps ipsis priuatis ea vellet de nouo conferre, non posset. 3 ad idē s̄. eo. cū in cunctis. & c. licet canon. & c. auaritiæ. s̄. eo. & melius. j. eo. c. commissa. § porro.

3 Idē de notarijs, doctoribus, ex delicto priuatis. Bal. in l. si manumissis. C. de lib. & eorū lib. Fon.

K ¶ Vel si.] viso qualiter puniantur eligentes, si electionē tēpore debito non præsentant, est videndum qualiter puniuntur eligentes, si personas nō mittunt instructas. & hic assume quod sequitur j. scilicet, denegare neglexerint

l ¶ Vt præmittitur.] in § ad hæc. & in §. si vero.

[Gl. duæ seq qrunt opponēdo de duob. similibus.]

m ¶ Electi.] sed ad qd dēnt venire ꝑsonę instructæ, ex quo nō venit, nec mittit elect⁹: cū ex eo priuatus sit ipso iure? Rñdeo vt instruatur Papa super toto negotio. & forte possibile est ꝙ electus qui nō uenit, impeditus fuit ad veniendum & mittendum: & sic nō est priuatus. s̄. eo. vers. insuper. & super hoc ipso vtilis esset instructio, & super alijs occurentibus.

ADDITIO. Idem Archi. & Io. Mon. Itē pęna electi locū non habet, nisi integro tempore elapso j. eo. commissa. 1 respon. & ecclesiæ instanti locū habet pęna eligentiū. s̄. §. ad hæc. saluo quod ibi not. in glo. infra, quod patet regulariter ex facto electi eligentes excusari non posse. Ioan. And.

n ¶ Ministrare.] & ministrabūt tūc electores, qa ipsi tenent mttere: & missi suis stipendijs non debent ministrare. 10. q. 2. ꝑcariæ. sed ex quo electi contemnunt ministrare expēsas, priuati sunt. Ad quid ergo veniūt personæ instructę? Dic vt dixi s̄. gl. proxima.

temnant) destinare neglexerint [a]: (nisi eos [b] capituli, vel contradicentium [c] paucitas, seu alia iusta [d] & probabilis [e] causa euidenter excuset: in quo casu procuratorem [f] sufficienter instructum mittere, & nihilominus [g] cessante causa, dictas personas dirigere teneantur) & à totali (quo ad se) prosecutione processus, & à prouentuum beneficiorum, quæ in ecclesia ipsa obtinent, per triennium continuum perceptione priuentur [h] opponentis, vel opponentium (cum vnicus est electus) contumacia [i] simili pœna [k] plectenda [l]: Nihilominus [m] tamen in præmissis [n] casibus (quibus eligentes vel opponentes, quo ad se, processus prosecutione priuantur [o]) electis super hoc in prosecutione sui iuris nullum [p] præiudicium generetur.

¶ Denique [q] cum ad postulationem concordem, vel discordem procedi contigerit: & aliqui [r] partie tes in ordinibus, vel

a ς Neglexerint.] assume hic litterā, & à totali quo ad se, &c. quæ est infra.

b ς Eos.] negligentes, & opponentes.

[Glo. seq. obijcit & sol. cui solutioni incidit obiectio & quæstio, quibus respondet.

c ¶ Cōtradicentiū paucitas.] quō hoc, cum nō pñt esse pauciores quàm vn⁹ vel duo: qui tñ venire tenent. s. §. pxi. Rñdeo, q̄a nō sunt alij q̄ ecclesiæ deseruiāt nisi cōtradicente: qui sunt tam pauci, ꝙ si mitterentur, nō essent q̄ deseruirēt ecclesiæ. Sed nonne sūt electores? Forte oēs ꝯdicūt, puta, cū superior prouidit: sed illi sunt pauci, vel electores īfirmi sūt, vel mortui, vel absentes sunt, ita ꝙ nulli eccl̄e d̄seruiat pter ꝯdicētes: & illi sūt pauci: Sed quot dicem⁹ paucos: hoc relinquam arbitrio iudicantis, si reuocetur in dubiū: aliquæ enim ecclesiæ indigent pluribus seruitoribus: aliquæ paucioribus: & sic non potest electio exprimi. ff. de solu. ratum. & quia respectiue quædam dicuntur pauca & multa. 45. dist. disciplina. insti. de iu. perso. §. fi.

ADDITIO. Dixit autem hic Gar. & placet Ioan. Mon. & Archid. ꝙ quando contradicentes nō possent mittere nisi vnum, illum mittere teneātur. arg. s. §. ꝓxi. ver. & quando. ad hoc s. de dolo & contu. cū dilecti. Et idem dicunt de personis instructis, quas eligētes mittere debent: vt scilicet saltem veniat vnus: & his casibus mittāt procuratorem, vt sic inquantum potest fieri, constitutioni satisfaciat. Ioan. And.

d ς Alia iusta.] puta, incursus hostium, infirmitas, nimia paupertas. ad hoc s. §. proxi. ibi, facultatum impotentia. vel est obligatus ecclesiæ cathedrali, vt episcopus vel archiepiscopus, vt s. dixi. Guli. & Gar.

e ς Probabilis.] infra tempus iudicis arbitrio taxandum probanda: ex quo hic non determinatur, secundum Guli. & Gar. ff. de iure deliberandi. l. 1.

f ς Procuratorem.] etiam extraneū, qui nō sit de electoribus, nec de opponentibus, vt declarat sequens littera ibi, dictas personas dirigere teneantur. Gar.

g ς Nihilominus.] si vero antequam cessaret impedimentum, esset negotium in curia terminatū, nō credo ꝙ personas dirigere teneantur: cum iam instructioni vlterius nō sit locus: ad quid ergo inanibus sumptibus se vexarent ff. de inoffi. testa. l. 1.

[Glo. seq. soluit tria dubia. s. quis priuet: quid si se ingerit: & quare aliud hic, quàm supra.]

h ς Priuentur.] per sententiam: & priuabit eos Papa vel iudex ab eo datus: & hoc idē facere poterit eps ꝓprius, q̄ debet canones obseruare, & à subditis facere obseruari: & sacrorū canonū est minister. 21. dist. §. 1. [Et custos 24. q. 3. cum quib. in fi. s̄m Archid.] Et iō nō credo, s̄m Gar. ꝙ si in isto triennio se ingesserint, ꝙ sint priuati perpetuo, vt s. in alio casu, ex quo repetitum [1] non est, cum sit pœnale, & restringedū: iudex tamen ex eo poterit eos punire. Sed quæritur quare ī præcedenti casu priuantur, ipso iure: & hic ꝑ sñiam? Dixit Gar. hoc iō: q̄a Papa reputauit eos ampli⁹ deliq̄sse: & q̄a hic est q̄ quasi iudiciale: & ibi quasi extraiudiciale: & iō forte iudex nō esset ita parat⁹ ibi vt hic.

[1] Nota pœnalib. sequētia nō trahūtur ad ꝓcedentia, nec ecōtra, si sic pœna extēderetur Bar. in l. ꝓtor. ff. vi bon. rapt. Ion.

ADDITIO. Si ꝙ not. d̄ pœ. felicis. i. vlti. glo. 1. Ar.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

i ς Contumacia.] vt quia non venit, cū sunt vnus, vel duo: vel quia duos ex se non mittunt, cū sunt plures. Sed nōne ex istorū repulsione posset sequi iniquitas: pone enim electū īdignū? sol. licet isti repellantur, officiū iudicis non quiescit: sicut & vbicūq; periculū animę vertit, supplet. s. eo. cū nobis. de exceptio. exceptionem. & ibi publica ostēdit vtilitas, vt in milite ꝓcuratore. C. d̄ ꝓcura. l. militē. & de his q̄ cōstant sibi tanquā iudici. de postu. pla. bonę 1. vbi de hoc. & supplet ea quib. omissis non valeret processus. de lib. obla. c. 1. & d̄ lit. cōtest. c. vnico cauere etiā debet iudex ne sibi illudatur. ff. de iudic. si ꝓtor. & ne in vanū partes vexent. s. de offic. deleg. sup. qōnū. §. porrò ad fi.

[Glo. seq. obijcit, & dupliciter soluit.]

k ς Pœna.] excluduntur ergo à prosecutione processus, & beneficijs per triennium priuabuntur: Sed isti opponentes quare puniunt in beneficijs, nonne à sua oppositione sine pœna desistere possunt? intellige s̄m Gar. & Guli. [idem Mona. & Archi.] hoc de illis: qui in sua oppositione persistunt, vel recedunt ab eo tempore, & modo quo ab ea recedere nō potuerunt, j. eo. ab eo. s. quamuis. & cap. statuimus.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

l ¶ Plectenda.] argue secundum Gar. & Guli. ꝙ nō est canō latæ sententiæ, quo ad hoc. & dixit Gar. ꝙ isti opponentes per modum denuntiationis possunt dicere electionem nullam. arg s. de accusa. veniens. & ca. prælatorum 2. sed per modum oppositionis vel exceptionis non: quia à totali prosecutione, &c. officiū tamen iudicis non cessat, vt pluries dixi.

ADDITIO. In duobus quæ ponit hæc glossa concordant Io. Mo. & Archid.

[2] Archi. alleg. de iureiurā. ad nostrā 2. & c. & si Christ⁹. melius facit c. quē admodū. Io. And.

m ς Nihilominus.] i. non obstante ꝙ illi excludūtur

n ς Præmissis.] s. cū eligentes excludunt: q̄a electionē non ꝑsentauerūt: vel personas instructas non miserunt: & etiam cum opponentes puniuntur: quia hanc decre. non seruauerunt. Ioan. And.

o ¶ Priuantur.] supple, vel priuari mandant, propter casum præcedentem.

[Glo. seq. quærit & soluit distinguēdo. §. Deniq;.]

p ς Nullū ꝑiudiciū] & ita extraiudicialis negligētia eligētiū nō nocet hic electo. Sed nūquid ꝓcessus eligētiū habitus ꝯ ipsos nocebit electo, vel alijs q̄ in iudicio nō fuerūt? Dic s̄m Gar ꝙ electo scienti ꝑiudicabit, ignoranti nō. 3. q. 6 hæc quippe. s. de dolo & cōtu. cū olim. s. de re iudi. quāuis. alijs aūt quorū interest, non, q̄a sint electi: sed aliter nocet & scientib. & ignorantiubs, vt in actione populari dr̄, in qua ꝓcessus ꝯ vnum præiudicat alijs etiā ignorantibus: nisi doceāt de collusione, vel de proprio interesse. ff. de accus. si cui. ff. de iureiur. eum qui §. in popularibus.

Processus agitatus ꝯ eligentes, an ꝑiudicet electo. Phi.

q ς Deniq;.] sexta pars. & s. plene dixit q̄liter d̄beāt se habere eligētes & electi, & ēt opponētes: mō vult dicere, q̄liter se d̄beāt hēre postulātes & postulati. Gar.

r ς Et aliqui.] & pro idest, vel proprie.

[Glo.

[Glo. seq. dicit quis dispenset.]
a ¶ Vel ætate.] qui patiantur in his defectū, collige. ṡ. eo. cū in cūctis. & c. licet canon. ṡ. de æta. & qual. pterea: cum patientib. aūt defectū in ordinib. dispensant epi, in prędicta decr. pterea. & eo. ti. tuam. in epa tib. Papa. de offi. lega. ꝙ trāslationē. de. excessib. prælat. sicut vnire. [De hoc dixi de ętatę & qualita multis super 3. glo.] Cum patientib. defectū in ætate quo ad epatus solus Papa dispēsat. ṡ. eo. tit. in antiq. cū nobis olim §. si quo ad dignitates tene qđ hēs. ȷ̄ de æt. & qual. c. vni. r Quo ad parochiales eccle sias, tene qđ habes ṡ. eo. licet canon.
b ¶ Similes.] vt ille gitime nati. ṡ. eo. in notuit. in antiq.
[Gl. seq. recitetur per quæst. quid si spectet immediate.]
c ¶ Postulentur.] intelligas istū §. indistincte, siue mediate siue immediate ptineat, vel appelletur, siue n̄: qa ex quo nō pōt alius dispēsare, quo ad hoc immediate dicētur ptinere. Itē cū postulanē ad regulares ecclesias, & appellatū est, vel immediate pertinēt eccl'ę: vel talis est casus, in quo nō pōt alius q̄ Papa dispēsare: qa tunc quo ad hoc immediate ptinere dicētur.

ætate [a] defectum, vel his similes, [b] postulentur [c] (non qui alijs ecclesijs alligati [d] liberum non habent sine nostra [e] permissione volatum: circa quos taliter alligatos, nihil de veteris [f] iuris obseruantia immutamus) postulatos [g] huiusmodi, & postulantes eosdem, ea moderata [h] districtione per stringimus, ut eo saluo, quòd postulati huiusmodi, nec suis postulationibus præstare consensum, [i] nec (ut de electis dictū [k] est) exhibere expensas aliquibus [l] teneantur: sed postulantes ipsi concorditer vel discorditer, expensas ipsas personis tali bus subministrent: [m] postulatos in veniendo (si nō dissenserint [n]) & postulantes in mittendo personas instructas [o] (vt in concordi, uel discordi electione) per omnia, vt supra præmittitur, [p] moderatio præmissa constringat: & negligentes [q] statuta ibidē, similis [r] pœna percellat: nec [s] per hoc, quòd de postulatis pro celeri [t] ecclesiarū expeditione statuitur, postulationes ipsæ minus depēdere intelligātur à gratia, [u] q̄ antea depēdebant. ¶ Porro [x] in singulis casib. supradictis, in recuperandis, uel reddēdis [y]

to: aliàs qualiter deliberaret de dissentiendo, vel nō dissentiendo: & si postulantes negligentes fuerint in præsentando, punientur vt electores per litterā, quæ sequitur: & negligentes statuta ibidem, similis, &c.
k ¶ Dictum est.] ṡ. §. si vero.
l ¶ Aliquib.] vt personis instructis, uel alijs.
m ¶ Subministrēt.] eadē distinctione seruata, quę supradicta est in eligentib. scilicet, an sit celebrata in concordia, aut in discordia, secūdum Gar.
ADDITIO. Et secūdo casu ministrāt de proprio: & si non habent vnde, vt qa sunt regulares, de cōmuni. ṡ. de accu. ex parte. & c. pen. secundum Gar. & Io Mona. & idem Archi. ṡ. §. si vero. & facit qđ not. in fi. vlt. glo. Io. And.
n ¶ Nō dissenserint. nota mediū inter cōsentire & dissentire, scilicet, nō dissentire. cōcor. ȷ̄. de regul. iur. is qui tacet.
o ¶ Instructas.] & dic scđm Guliel. & Gar. licet hic textus nō exprimat, ꝙ etiam opponētes tenentur venire: quia propter parem rationē habuit pro expresso. ad hoc ṡ. eo c. 1. & c. ut circa. & eadē est ibi ratio, scilicet ecclesiarum prouisio.
p ¶ Præmittitur.] in § ad hæc. & § si uero.
q ¶ Negligentes.] scilicet postulātes & postulatos, negligentes in veniendo vel mittendo.
r ¶ Similis pœna.] inquantum esse potest: electus enim priuatus est iure iam sibi acquisito, postulatus autem solum spe gratię quā habebat: & idem dico in eligentibus.
s ¶ Nec per hoc] ne credat aliquis, quòd quia postulati coguntur ad veniendum, habeant maius ius, hoc hic remouet.
t ¶ Pro celeri.] nota hic mentē & causam huius cōstitutionis. (secundum Gar. & Io. Mo.)
[Glossa sequens recitetur per quæst. de qua gratia loquatur.]
u ¶ Gratia.] scilicet illa generali, de qua dicit. ṡ. de rescript. sedes. & c. nonnulli. & c. vl. & ṡ. de torne. c. 2. & hoc si postulatio concors fuit, vel saltem à duab. partib. facta: in quo casu secundum quosdam potest peti cōfirmatio. ṡ. eo. cum monasterium. & c. officij. §. fi. & si talē admiserit superior, dicetur facere gratiam: & si non admiserit, facit iniuriam. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. pen. si autem non sit facta in concordia, vel a duab. partib. & ex causa: depēdet ex gratia speciali. ṡ. tit. prox. in anti. c. postulationem. & ca. bonæ 1. secundum Gar. qui hic prosecutus fuit quandam materiam extraneam de attentatis, quam videbimus ȷ̄. de app. non solum.
x ¶ Porro.] septima pars. in qua quia supra dixerat, electos & eligentes, postulatos & postulantes teneri ad quasdam expensas faciendas: dubitaret aliquis, vtrum postea possent recuperare, ideo addit quod sequitur. Gar.
y ¶ Reddēdis.] nec dabitur actio ex hoc canone ad repetitionē ipsarū, qa nulla hic noua obligatio fit de

d ¶ Alligati.] vt epi, archiepi, vel similes. Quid in alligatis inferiorib. ecclesijs, puta abbatib. exemptis? Olim erat dubitatio, an tales deberent eligi uel postulari: quæ terminata est ȷ̄. eo. si abbatem. scilicet ꝙ debent eligi: & sic non habet locum iste §.
ADDITIO. De epis, qui renunciauerunt loco, non ordini, an sint eligēdi vel postulādi: tenent hic Gar. & Io. Mon. ꝙ sunt eligēdi: sed Arch. tenet ꝙ sunt postulādi: tene ꝙ distinguendo dixi. ṡ. de renun. post translationem. super gl. Ioan. And.
e ¶ Nostra.] non ergo loquitur de his, qui sunt talib. ecclesijs alligati: quia sufficit alterius licentia.
[Glo. seq. recitetur per q. quid de opponentibus.]
f ¶ De veteris.] seruēt ergo illi decr. ṡ. eod. c. 1. Et ex quo postulati in hoc casu nō tenentur ad hoc ius servandū nisi propter æqualitatem seruandam in iudicijs: dico ꝙ nec opponētes venire tenentur: sed sufficit ꝙ seruēt ipsum ius antiquum: nam etiam & priuilegiū unius partis sæpe ad aliā extenditur. C. de fru. & lit. expen. l. vlt. ṡ. de mu. pet. c. 2.
g ¶ Postulatos huiusmodi.] scilicet patientes defectum in ordinibus, ætate, vel his similes.
h ¶ Moderata.] hoc dixit ob id quod sequitur, vt eo saluo, & cetera.
[Glo. seq. quærit, & soluit qōnē: & duo q̄ incidunt.]
i ¶ Consensum.] sed ex quo consentire non debent: quādo incipiet eis currere tempus? Rn̄deo secundū Gul. & Gar. quādo deliberauerunt de non dissentiendo: vel respōderint se nō dissentire: vnde dixit Guli. quod episcopus postulatus ad ecclesiam sic debet respōdere: Nec consentio, nec dissentio: sed in hoc me voluntati dn̄i Papæ suppono: ad hoc ṡ. q. 1. in scripturis, quod infra mentem facere debent. ṡ. eod. quàm sit. Et dico, quod postulatio dēt præsentari postula-

Qđ hic not. Io. Mon. An doctoris opi. illū excuset, cūquo p epm fuerit dispēsatū: ibi dicā sup verbo, dispēsare. ī fi glo. Io. An.

Postulat' ad ecclesiā qualiter dēat rn̄dere p̄sentanti postulationem.

Postulatio si nō admittat̄ à superiori, an non admittēs dicat̄ inferre iniuriā postulato.

con. ex lege .l. vnica. qđ enim statutũ iam erat, hic ob seruari præcipitur: potius ergo dabitur, scđm Gul. & Gar. de condictione ex decr. vt preteritę. s̃. eo.

ADDITIO. Idem Archid. qui remittit ad Spe. de expen. §. si ante litem. Ioan. Andr.

expensis eligentium, [a] electorum postulantium, & etiam postulati, illud seruari decernimus, quod iustum fuerit, seu æquitas canonum iudicabit. [b]

¶ Idem.

a ¶ Eligentium.] i. quas fecerũt eligentes in prosecutione electionis: & sic expone sequentia.

[Gl. seq. querit, & soluit distinguendo inter electionem vel postulationẽ cõcordẽ, & discordem, & scđo aut maior pars prosequitur, aut minor, subddens dictum Innoc & facti obseruantiam: & excipit casum decr. nihil est. In opponente distinguit, an prosequatur ius propriũ vel commune. & secundo casu, aut succũbit, aut obtinet. In fine distinguit regulares, a sæcularibus. Dominicus.]

b ¶ Iudicabit.] sed quid est iustũ, vel quid iudicat ęquitas canonũ? Rñdeo fm Gar. si electio vel postulatio factæ sunt in concordia, possunt eligentes & postulantes expensas facere de bonis pertinentibus ad prælatum: & si de suo fecerint, recuperare possunt factas. s̃. eo. vt preteritę. & s̃. eod. cap. §. ad hæc. vel iudicis officio: vel condictione præd. decr. & hoc intelligo siue obtineat siue non, siue dignum elegerint, siue indignũ, dummodo ignoranter: sufficit enim ꝙ non fuerunt in dolo ff. de bo. au. iud. pos l. prætor. §. 2. si autẽ electio in discordia fuerit celebrata: & maior pars prosequatur negotiũ electionis: dummodo vtiliter incipiat prosequi, expensas habebit: nõ tamẽ sufficit ꝙ sine dolo, vt in casu præcedenti: sed est necesse ꝙ vtiliter. vt ff. de neg. gest. sed an vltro. minor aũt pars ita demũ habebit expensas, si obtinet: quia apparet ꝙ vtiliter cœpit iudiciũ prosequi. Innocen. tamen dixit, ꝙ cũ facta est electio in discordia: illa pars habebit ab ecclesia expẽsas, de qua postea fuerit diffinitũ per capitulũ super hoc conuocatũ iterũ: hoc tamen quod de expensis dictũ est, cũ electio facta in discordia, dicit Gar. non seruari: si enim non obtinet electus, sibi satisfaciat. s̃. de test. relatum. §. nomine: si uero succumbit, non repetit expensas: quia suum negotiũ egit, C. de neg. gest. l. 1. & de sta. & ima. l. vlt. Idẽ de postulato intelligas per eadẽ iura: & hoc non intelligas in casu illius decr. s̃. eo. nihil. quia ibi electus administrationẽ habet. Si autem aliquis se opponit, aut prosequitur ius proprium: puta dicens se contemptũ: & tunc nil repetat, quia suum negotium egit: aut egit de iure tangente ecclesiam, dicendo personam nõ idoneam, vel formam non seruatam: & tunc si succũbit, nil repetit: quia inutiliter excepisse præsumitur. ff iud. solu. iam tamen. §. antepe. si obtinet, recuperat à capitulo. arg. supra de procu. cum pro causa. & s̃. de reb. eccle. non alie. ad nostram, & sic litis terminus declarat negocium expẽsarum. arg. ad hoc. C. de iud. rem non nouam. victus etiam condemnatur victori in expensis: & si non est soluendo, restituitur actio aduersus capitulũ. Hęc autẽ vera inter sæculares, qui proprium habent: si autem sit regularis, qui non habet proprium, tunc etiam ad prosecutionem causæ expensas habebit: alias cũ ipse nil habeat, periret ius suũ & ecclesiæ. s̃. de accus. ea parte. & cap. penult. De his vide per Bernar. Innocen. & Hostien. sup. eo. vt præteritæ.

Helias. FVndamenta Rom. Pontifex in hac constitutione intendit solum dicere, ꝙ ad officiũ senatoris vł rectoris vrbis Romanæ, non sunt vocandi principes & nobiles, vel alij, qui possent superare Papam, & Cardinales: ꝙ si ciues ita sint potentes, similiter in eis habet locũ tenor huius cõstitutionis. Nota ibi vniuerso senatu: ꝙ licet olim essent centũ senatores numero: tamen hodie in ciuitate Romana est vnus senator.

[Prima glossa diuidit, & ponit casum.]

c ¶ Fundamenta.] Decretalẽ [1] hanc, quæ localis ẽ, in quattuor partes diuido, quarũ prima durat vsque ad §. Proinde. Scđa vsq. ad §. Quòd si secus. Tertia vsq; ad §. Vt aũt. Quarta vsq; ad finẽ. in prima aũt parte ponit cõstõnis cã & origo. In secunda ponitur ɔstitutio. In tertia pœna transgressorũ. In quarta quædã cõstitutionis moderatio. Quarum prima subdiuiditur in alias quattuor partes. Prima durat vsq; ad §. Ne aũt. Secđa usq; ad §. Decet. Tertia usq; ad §. Digne. Quarta usq; ad finem ipsius partis. In prima aũt particula dicit Nicolaus & ꝓbat auctoritate Psalmistæ, nostram militantem ecclesiã fundatã esse super Apostolos & prædicatores: quorũ fundamentum & solidatio est in Christo Iesu: horum autẽ ꝑcipuus fuit B. Petrus: cui superna Dei prouisio beatũ Paulũ adiunxit: qui duo sub vno persecutore, eodẽ die, & loco, ciuitatẽ Romanam suo glorioso cruore martyrij Christo Dño consecrarunt. Secundo dicit ipsam ecclesiã diuino miraculo tꝑalibus adiutã auxilijs, dum s. Constantinus Imperator ipsi ecclesiæ in persona beati Siluestri quarto die sui baptismatis donauit ciuitatẽ Romanã: ut ibi collocati Petri sedes gauderet plenaria libertate. Tertio dicit, dicens esse oẽm materiam & modum tolli, per quos metus uel terror aliquis imminere possit ipsi Pontifici Romano uel suis fratrib. in consilijs ibi exhibendis, & alijs negotijs Romanæ ecclesiæ: quæ imminent pro tẽpore facienda in creatione Pontificis: & in promotione Cardinaliũ, cũ occurrerent. Quarto dirigens mẽtem suam ad vrbem, ad memoriã reducit multa discrimina: magnaque pericula, quæ sustinuit vniuersalis ecclesia ꝑꝑ peregrina regimina, & senatores incognitos, qui præfuerunt ipsi ciuitati Romanę: & maxime tẽpore Corradini. In secunda parte principali volens circa futura pericula exhibere salubre remediũ: statuit, ꝙ nullus Imperator, Rex, Princeps, Marchio, Dux Comes, aut Baro, vel aliqs alius, q sit notabilis ꝑeminentiæ, dignitatis, ptãtis, vel excellentię: frater, filius vel nepos ipsorũ, possit assumi ad tempus, uel in perpetuũ in senatorem uel rectorem vrbis Romę: quocunque nomine vocetur ipsa rectoria. Itẽ nullus alius pręter prędictos assumi possit ad ipsius ciuitatis regimen vltra annũ. Hęc uera, nisi specialis interueniret Apostolicæ sedis licentia per ipsius sedis litteras exprimenda. Tertio ɔ̃ facientib. pœnã imponens statuit, ꝙ nominãtes, eligẽtes, uel assumẽtes, nominati, vel electi, uel assumpti si cõsenserint, & eis obedientes, dãtes auxiliũ, consiliũ, uel fauorẽ, ipso facto sint excõmunicati, & ipsi assumpti uel electi ex quo cõsenserint, uel se de regimine intromiserint, sint cũ suis posteris in perpetuum priuati omnib. feudis priuilegijs, immunitatib. uel gratijs, & honorib. quę a Romana uel alijs habent ecclesijs, & hi ad quos illa pertinent, de ipsis disponendi liberã habeant facultatẽ. Item statuta, pręcepta, sententię, contractus, & omnia quæ fecerint tamquam senatores uel rectores urbis, irrita decernit & vacua, iudices & tabelliones, qui patrocinantur talibus, uel instrumenta conscribunt iudicatus & tabellionatus priuat officijs: præcipit ẽt, ꝙ a supradicta excommunicationis sententia prædicti nõ possint absolui sine licentia domini Papę speciali. Quarto dicit, ꝙ Romani origine, vel ibi incolæ ad vnũ annum, uel tẽpus breuius, bene possunt in senatores Romanos assumi, licet supradictorũ fratres sint fi-

¶ *Glossa prima diuidit, & summat totum textum: uide eam: Dominicus.*

CAP. XVII.

FVndamenta [c] militantis ecclesiæ in monti-

[1] Hæc est prima glossa, in qua Io. And. diuidit, & sũmat totã decretalem.

Psal. 86.

sint filij, nepotes, aut sub comitatus vel baroniç, noīe extra territoriū urbis iurisdictionem perpetuam, vel temporalē obtineant: dummodo non sint tantæ præeminentię, vel potentatus, ꝗ cum personis supra prohibitis merito debeant numerari. Io. And.

p ¶ Dicendo.] Matth. 16. & 24. q. 1. loquitur. 21. dist. in nouo.

q ¶ Petram.] à soliditate fidei sic dictus. 50. distin. fidelior.

r ¶ Cui.] Petro.

bus sanctis Propheta [a] rememorans, per montes Apostolos & prædicatores patenter insinuat, quibus tota huiusmodi ædificij fabrica confidenter innititur [b]: qui firmæ bases [c] ecclesiæ super fundamento, præter quod nemo aliud ponere [d] potest quod est Christus Iesus, veluti summo angulari lapide solidatur, ut ueritas, quæ antea [e] legis & prophetarum præconio [f] vehebatur [g], per Apostolicā tubam [h] in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptū est [i]: In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum. Huius autem muneris [k] sacramentum, ita Dominus ad omniū Apostolorum voluit officium pertinere, ut in beato Petro Apostolorum omniū summo [l] †, principaliter collocaret: ut ab ipso quasi quodam capite, dona sua uelut in corpus omne diffunderet: Hunc [m] enim in consortium indiuiduæ vnitatis [n] assumptum, id quod ipse erat [o], Dominus uoluit nominari, dicendo [p]: Tu es Petrus, & super hanc petram [q] ædificabo Ecclesiam meam, ut æterni tēpli structura Deo ædificāte constructa, mirabili munere gratię Dei, in Petri consisteret firmitate: cui [r] Saluatoris nostri mirāda [s] prouisio beatum Paulum in Apostolatu gentium per dexteras [t] societatis † adiunxit. Isti [u] sunt, per quos Euangelium Romæ resplenduit [x]. Isti sunt eius patres, verique pastores. Isti sunt, qui vna [y] die pro merito †, vno loco [z] pro gloria, sub uno persecutore [a], pro parili [b] uirtute compassi, urbem ipsam glorioso cruore martyrij, Christo Domino cōsecrarūt [c]. Isti sunt, qui illam [d] in hanc gloriam prouexerunt, ut sit gens [e] sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & regia, per sacram beati Petri sedem caput totius orbis effecta. ¶ Ne autem ipsa mater [f] Ecclesia in congregatione & pastura fidelium temporalibus careret auxilijs, quin potius ipsis adiuta, spiritualibus semper proficeret incrementis [g], non absque miraculo factum esse conspicitur †, ut occasionaliter Constantini monarchæ [h] à Deo [i] prouisa, sed curata [k] † ba-

a ¶ Propheta.] Dauid Psal. 86 qui incipit. Fundamenta.

b ¶ Innititur.] est enim præcipuus in eccl'a pdicatorū & doctorū ordo. de hac re. cum ex iniuncto.

c ¶ Bases.] i. colunnæ: & dici solent columnæ ex petra durissima.

ADDITIO. Dicit basis ꝗ supponit vel superponit colūnæ, secundū Hugo. Alij dicūt ꝗ est basis, qđ supponitur. Epistilium quod supra ponitur. Io. An.

d ¶ Ponere potest.] 1. Cor. 3. 1. q. 1. cum Paulus. de presbyt. nō baptiz. veniens.

e ¶ Antea.] in ueteri testamento.

ADDITIO. Et hēs hæc uerba vsq; ibi, cui Saluatoris. 19. dist. ita Dominus. Io. And.

f ¶ Præconio.] 43. dist. sit rector.

g ¶ Vehebatur.] .i. quasi vehiculo ducebatur, & transfundebatur in orbem.

h ¶ Tubam.] Esa. 54. i fi. alias 58. in prin. Clama ne cesses: quasi tuba ex alta vocem. 43. dist. sit rector. Io. And.

i ¶ Scriptum est.] Psalm. 18 Cæli enarrant gloriam Dei.

k ¶ Muneris.] prædicandi.

l ¶ Summo.] administratione. 80. dist. in illis. in fin. ibi: inter Apostolos nō fuit par institutio, sed vnus pfuit oib. non autem meritis. Nec obstat infra ubi dicit, pro parili virtute, & c. 2. q. 7. Paulus. & 21. dist. in nouo.

m ¶ Hunc.] beatum Petrum.

n ¶ Vnitatis.] ipsi Christo per unionem charitatis & gratiæ. sup. de sum. trin. damnamus. de consec. dist. 2. in Christo patri. Et nota quia unitatem in militanti ecclesia esse voluit, dum super vnum fundauit. 24. q. 1. loquitur. Schismatici autem conantur hanc scindere. inf. de schisma. c. unico.

o ¶ Ipse erat.] scilicet Petrus, iuxta id, Petra autem erat Christus.

ADDITIO. Et de consec. dist. 2. reuera, post princip. Hiero. super Abdiam: Petra Petro donauit, ut petra sit. Ioan. And.

s ¶ Miranda.] ut in procemio huius libri. & inf. de reliq. & vene. san. c. 1.

t ¶ Dexteras.] per dexterā pign' pacis & testis fidei solet dari: aliàs dr manus dextera, quasi dans extra: unde illa manū solent porrigi dona.

ADDITIO. Quòd per dexterā pignus pacis, & testis fidei soleat dari: vt tetigit hic gl. facit 1. Machab. 11. post mediū: vbi pluries de dextera repetitur: ibi, Dexteras dederunt mihi: & Barnabæ societatis. gl. ibi, cōiūgere dexteras solet esse signum concordiæ, qua se inuicem cōferebant antiqui. Io. And.

u ¶ Isti.] scilicet Petrus & Paulus.

x ¶ Resplēduit.] sed p Euangelistas eluxit. ĩ. de reliq. & vene. san. Io And.

y ¶ Vna die.] vt ad Christū pariter peruenirent.

z ¶ Vno loco.] ne alteri Roma deesset.

a ¶ Vno persecutore.] vt æqualis crudelitas vtrunq; perstringeret. 2. q. 7. beati. vbi sūt hæc verba. & dic persecutore. s. Cæsare Nerone. 21. dist. quāuis. & adde hic qđ ibi notatur.

b ¶ Parili.] & sic Petrus Paulo virtute ſi præfuit, vt s. dixi. & dic pro parili virtute, s. vt perenni virtutem & constantiā contra persecutiōnē in passione uideantur habuisse.

c ¶ Consecrarunt.] inf. de reliq. gloriosus. 21. dist. quāuis. 22. dist. c. 2.

d ¶ Illam.] ciuitatem Romanam.

e ¶ Gens sancta.] dic sancta Apostolorū affectu. Io. A.

f ¶ Mater.] 2. q. 6. ad Romanam. de priuileg. antiqua. & inf. de pęnis felicis.

g ¶ Incrementis.] 21. q. 5. prodest.

h ¶ Monarchæ.] idest, principis.

i ¶ A Deo.] qui omnia quæ fiunt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit. 26. q. 5. nec mirum.

K ¶ Curata.] medicum enim se uocat, Luc. 5. cap. Sed non sanis, sed malè habentibus opportunum. de pœn. dist. 3. adhuc perfidi instant. Io. And.

Anacle. Papa epistola 3.

1. Corin. cap. 3.

Psal. 18. Ro. c. 10.

† Vide Turrecrematam in summa de ecclesia. lib. 2. c. 5. & 6. ubi hæc prosequitur luculenter.

Matth. cap. 16.

† al. societates.

† Hæc scribit B. Ambrosius sermone 66. de natali Petri & Pauli refert Gratian' in ca. beati. 2. q. 7. vide B. Augusti. tom. 10. de sāctis, sermone. 3. in festo Apostolorū Petri & Pauli.

† al. conspicitur.

† Vide Nicephorum li. 7. historiæ ecclesiasticę cap. 33. 34. & 35.

a ¶ Fir-

a ¶ Firmitate.] iuxta illud Pauli 2. ad Corin. 12. Cum infirmor, tunc fortior sum. s. de renunc. nisi cum pridem. §. al. a. plerunq; n. infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat. vt ibi. & dic firmitatem per auxilia temporalium, vt sup. patet.

eccle. decret. & inf. eo. cum non deceat.

p ¶ Fratres suos.] nota, quod quando Papa permixtim de Cardinalib. loquitur, vocat eos fratres, vt hic dicitur. & inf. de offi. leg. c. 1. cum si. Sed cum specialiter, episcopos Cardinales vocat fratres: reliquos filios 3. sup. de crim. fal. c. quàm graui.

prismalibus fomentis infirmitas quandam quasi adijceret ipsi ecclesiæ firmitatem [a]; qui quarto die sui baptismatis, vnà cum omnibus satrapis [b], & vniuerso senatu, optimatibus [c], etiam, & cuncto populo, in persona beati Siluestri, sibi Romanam concedendo † urbem relinquens, ab eo, & successoribus eius per pragmaticam [d] constitutum disponendam esse (decernens in ipsa vrbe vtriusque potestatis monarchiam [e] Romanis Pontificibus) declararet [f]: non iustum arbitrans [g], ut ibi [h] sacerdotij principatum, & Christianæ religionis caput Imperator cœlestis [i] instituit, illic [k] Imperator terrenus [l] habeat potestatem: quin magis ipsa Petri sedes in Romano iam proprio solio collocata, libertate plena [m] in suis agendis, per omnia potiretur. Nec ulli subesset homini [n], quæ ore diuino cunctis dignoscitur esse prælata. ¶ Decet [o] namque ipsi Romano Pontifici, per fratres [p] suos sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales (qui sibi in executione officij sacerdotalis coadiutores assistunt) libera prouenire consilia: Decet [q] ipsius nullo modo vacillare [r] iudicia, vt fratres ipsos nullus sæcularis potestatis metus exterreat, nullus temporalis fauor absorbeat, nullus eis terror immineat, nihil eos à

10 veri consilij soliditate remoueat: quin, cum per ipsum Romanum Pontificem in quibuscunque negotijs contingeret [s] eorum [t] peti consilia in consulendo per omnia liberi, eidem Romano Pontifici 20 in omnibus, quæ pro tempore imminent, libere consulant, & assistant: ipsaque Romani Pontificis vicarij [u] Dei, quæ suis temporibus occurrerit electio [x], & eorundem Cardinalium † (cum expedierit) facienda pro- 30 motio, in omni libertate procedant. ¶ Digne itaque ad vrbem ipsam eiusque regimen aciem nostræ considerationis extendimus, ut felici ducta regimine [y], præ- 40 seruetur à noxijs, & optatis semper proficiat incrementis. Nunquid obduxit [z] obliuio [a], quæ vrbi, quæ incolis nota dispendia intulerunt hactenus peregrina [b] regimina? Nunquid non hæc destru- 50 ctio mœnium [c], deformatio proueniés ex ruinis [d], luce clarius manifestant? Nunquid non hæc [e] fidelium contrectata † deposita † ? [f] Nunquid non hæc ipsa ueneranda Dei tem- 60 pla præsidentis manu sacrilega diebus nostris nefarie uiolata proclamant? Quid plura? Nonne ipsius urbis retroactis temporibus incorrupta constantia, sub † regentis eo tempore nefando subuer-

b ¶ Satrapis.] i. sapientib.: vnde so lebãt vocari satrapæ præfecti Persarũ, & ipsorum principes. ADDITIO. Vel iudices sapientes, secundum Io. Mona. Io. And.

c ¶ Optimatibus.] quasi melioribus, & ditiorib. de populo: vnde opes diuitiæ dicuntur.

d ¶ Pragmaticum.] Pragma idem est quod causa.

e ¶ Monarchiam.] monarchia, dr à monos, quod est vnus, vel singularis, & archos quod est princeps, uel principatus, quasi vnus & singularis principatus. ADDITIO. Et est idẽ verbũ. 12. q. futuram. Et secudũ Isidorum quatuor monarchiæ fuerũt: prima Assyriorum: secunda Persarũ & Medorũ: tertia Græcorum: quarta Romanorum. Et prima & vltima fuerũt feliciores alijs.

f ¶ Declararet.] habet plenius in illa Palea 96. dist. Constantinus.

g ¶ Arbitrans.] Constantinus.

h ¶ Ibi.] Romæ scilicet.

c ¶ Regularibus.] quasi dicat, interdũ cathedralis ecclesia secularis est,i.sæcularium canonicorũ; interdum regularis: vtroq. casu tacite ꝓfessus in epm eligi poterit. Sed quæ est ratio,quare in cathedrali regulari eligitur non professus: in alijs non:pro ut dixerunt Lau.Tanc.Goffr.& Compostella.in prædicta decre.cum causam.i. propter excellentiam episcopalis dignitatis & ordinis,ut eps etiam sæcularis immediate pręsit monachis. & probatur idem s̃.de iud. causam.s̃.ne sede vacante.c 1. vbi monasterium erat vnitum cathedrali ecclesiæ, forte sæculari tñ Tancr. & Goff.ibi dixerunt,ꝙ Bathonien. cathedralis ecclesia ibi erat regularis:sicut & multæ ĩ Anglia. sed Ber. videtur tenere contrarium in tertia glo. unde in consecratione religiosus dicit etiam religiosior abbate, & eps monachos ad professionem recipit,ut abbas. in authen.de sanct.episc.§ iubemus. collat.9. & facit ad hoc sup de uo.& uo.redemp.ex multa. & quod not.supra,de capel.monacho.c.2.

si secus actum † fuerit, eo ipso irritum [a] habeatur. ¶ Ad dignitatem vero episcopalem(ad † quam nouitij [b] eliguntur interdum) talem in sæcularib. vel regularibus [c] ecclesijs, eligi minime prohibemus.

¶ Idem.

¶ *Forma electionis tradita per decr sup.eo.cum dilecti.non est sublata per sequens concilium, quia propter.h d.Io. And.*

CAP. XXIX.

Cum expediat [d] concordare iura iuribus, & eorum correctiones † (si sustineri [e] ualeant) euitari: Decretalem [f] felicis recordationis Innocent j Papæ tertij prædecessoris nostri, quæ innuit sub ea forma posse in electionibus licite† compromitti:ut compromissarij secreto & sigillatim voluntatibus omnium inquisitis [g] illũ,in quem maior & sanior pars capituli [h] consenserit, eligere teneãtur: declaramus abrogatã non esse per subsecutũ cõcilium [i] † generale: immo põt in ipsis electionib. ut

Cum expediat.] Præmittit declarationis causam generalem: Secundo declarat:ibi, Decretalem. Ioan.Andr.

¶ Pro intellectu huius ca.præsupponitur primo illud quod habetur in c.cũ dilectus. & c. quia propter.eod. tit.in anti. Dicitur in c.cũ dilectus. ꝙ canonici alicuius ecclesiæ vacantis, pñt cõpromittere in aliquẽ sub hac forma: videlicet vt ipse exquirat uota singulorũ canonicorum,& eligat illum,in quem ꝯsenserit maior pars totius capituli: & dicant illi hoc mõ:Nos sumus viginti canonici, q damus & cõcedimus tibi potestatẽ, vt exquiras vota singulorũ canonicorum sigillatim & secreto:& si reperis aliquem,in quem maior pars totius capituli ꝯsenserit, illũ eligas: sed illa forma non est seruanda in electionib.aliarum dignitatum per quas ecclesia non dr uiduata. Dicitur in c. quia pp.alleg.ꝙ canonici debent eligere prælatũ altera de trib. vijs: videlicet per uiã Spiritus sancti, vel cõpromissi,vel scrutinij:Per uiam Spiritus sancti, uidelicet quando concorditer eligunt aliquem, nullo modo habito tractatu inter se.Per uiam compromissi, quando eligentes compromittunt in aliquo,ut dictũ est in c.perpetuæ.sup.eo.tit.& lib. vnde forma scrutinij est multũ difficilis:in qua etiam deficiunt periti, & maxime si non habeant practicã.& in hoc c.decidi tur,utrum p ca.quia propter.sit correctum. c. cũ dilectus. vcз: ꝙ si canonici uelint transferre in aliquos potestatẽ eligendi, ꝙ debeant facere ꝯpromissum absolutum,non determinatum:vel vtrũ nõ sit correctũ. illud.c.cum dilectus. videlicet vt canonici possint facere compromissum cum determinatione & restrictione? Respondet ꝙ per c.quia propter. non est correctum. c. cũ dilectus. Nam c. quia pp. nõ dicit, ꝙ illud cõpromissum sit simplex: & ñ sit determinatũ & restrictum: sed solum ponit vnam formam compromissi: quia dicit,ꝙ ex altero de trib. modis est procedendum: & si aliter ꝓcessum fuerit,nõ valet electio: Forma autem cõtenta. in c. cũ dilectus. continetur sub forma compromissi.

[Prima,glos.summat,& notat, & exponit.]

d ¶ Cũ expediat.] forma electionis tradita per decretalem, s̃.eo. cũ dilectus.nõ est sublata p sequẽs concilium,quia propter h.d. Et nota ex hoc princ.inspiciendum quid expedit.de pœn.dist.1. aliud.s̃.de uo.& uoti redem.magnæ. Vide quod ibi dixi in gl.ut patet in fi & proprie expedientia vtilitatem respicit,ut ibi patet.Io And.

e ¶ Sustineri ualeant.]reprehenduntur hic illi,q uolunt sustinere iura,quæ penitus sunt correcta: ubi ergo apparet de correctione,non sustineantur:aliàs sustineantur.ad idem.C.de inoffi.testa.si quando.& supra eo.ecclesia vestra 2.

ADDITIO. Vide quod supra de priuil.accedentibus dixi super 1.gl.in fi.Io.An.

f ¶ Decretalem.] s̃. eo.cum dilecti.aliàs cũ dilectus.

[Gloss.seq.declarat,& commendat hanc formam.]

g ¶ Inquisitis.] est ergo forma ista partim ex scrutinio & partim ex ꝯpromissõ vt hic patet: 2 sed principalius dicetur ista forma compromissi,sed determinati.Et si bene aduertatur,ista hodie est melior & expeditior forma iudicio meo quam hodie habemus:non enim uolunt canonici libere ius suum in alios transferre, & dare illis potestatem præficiendi prælatum: per formam scrutinij graue est procedere, nec omnes bene sciunt illam formam seruare:immo & boni uiri practicam ignorantes in ea deficiunt: expedientius ergo seruabitur ista forma.

h ¶ Capituli.] nota quia secus si diceretur de maiori parte eligẽtium: & compromissarij illum elegissent, quem maior pars numero,non maior capituli nominasset:quia tunc electio esset nulla,sup.eo.si cui.

ADDITIO. Cum qua hæc deberet iungi, ut ibi dixi, & hic Archid.& Io And.

[Glo.seq.ponit motiua opinionis hic reprobatę,& alleg.respondet.]

i ¶ Concilium.]sup. eo.quia propter.dicebant enim quidam,ꝙ forma illa sublata erat per decre.quia propter & hoc uidebatur tenere Hostien. in prædicta decre in prin. qui dicebat diuersas electionum formas, vt supra eod.cum dilectus.& propterea ibi tres tantũ formæ, vel secundum alios duæ approbari videntur. & propterea ibi dicitur, aliter electio facta non ualeat: sed contrarium est uerum, ut hic uides: & propterea ista est forma compromissi: 3 sed cum certa determinatione,ut supra dixi.

† Correctio iuriũ est vitanda, & ubi apparet ꝯrietas, p diuisionẽ actuũ dẽt reduci ad concordiam, adhoc s̃. de testi.c. cũ tut. & de restit. spol. c.litteras.

† Dictio, licite, deest hic in antiquis codicib.

† Cõcil. Lateraũ. sub Innoc. iij.ca. 24. refertur de elect. c.42.

2 Ideo noua: qa vbi ius emanãs ꝯsurgit ex duob capitulis iuris antiq facit nouã spẽm. I. Gallus. §.ille casus. ff. de libe.& posthu. cap. quanto.s̃ de iudc. Pet.d̃ Ancha. Fon.

3 Idem Dñicus: sed Arch. & Anch. ꝯ. sed opinio gloss. est color. Font.

a ¶ Vt

a ¶ Vt prius.] .i. sicut poterat ante concilium, quia propter. concilium tamen & decre. fuerunt eiusdem auctoris.

CVm non.] Primo ponit constitutionis causam generalem. Secundo ponit constitutionē, interserens cām specialē: Tertio tollit obstantiā. Secunda: ibi, Statuimus. Tertia: ibi, Non obstantibus.

CASVS. Dicit̄ in c. cupientes. s̄. eo. ti. & lib. ꝙ si in cā electionis appellet̄ ad Apostolicam sedem: eligentes debēt mittere ad eādem sedē duos ex ipsis instructos, similiter, ꝙ opponentes debēt mittere duos ex ipsis. Sed q̄d si illi, q̄ mittunt̄ ad Apostolicā sedem sunt de ipsis canonicis: vtrū ipsi canonici dēant reputari residentes: hoc est vtrū ipsi possint ꝑcipere fructus ꝑbendarū suarum? Rn̄det ꝙ cū ipsi canonici sint absentes ꝓ vtilitate illius eccl'æ, dēant censeri & reputari ꝑsentes: ita ꝙ ipsi percipiant fructus ꝑbendarum suarū: exceptis fructib. distributionum suarum quotidianarū. Sed ponamus, ꝙ tales canonici qn̄ erāt in ecclesia, cuius negotiū tractatur, ꝑcipiebāt fructus ꝑbendæ, quā habebant in alia ecclesia: sicut in abbatia ecclesiæ beatæ Mariæ maioris Pictauis non pōt esse abbas illius ecclesiæ, nisi sit canonicus in ecclesia Pictau. & ꝑcipit fructus ipsius abbatiæ? Rn̄det ꝙ tales canonici absentes pro utilitate ecclesiæ fructus non solum suarum prębendarum, quas habent in ecclesia, cuius negotiū prosequuntur: sed ēt debent percipere fructus, quos perciperent si non essent absentes: sed residerent in illa ecclesia. Nota primo, ex hoc. c. illud ad quod allegatur principium. c. ꝙ officium suum non dēt alicui eē dānosum, siue nociuū. Nota vlterius, ꝙ absentes pro vtilitate ecclesiæ censentur residentes, quo ad perceptionē fructuū suarū ꝑbendarum, exceptis quotidianis distributionibus, quæ tantum cōceduntur interessentib. diuinis officijs, hoc uerum, nisi talis canonicus esset infirmus, quia debet ēt hr̄e quotidianas distributiones, licet sit absens, ut in c. 1. de cler. ægro. in ant. Not. insuper, ꝙ absentes ab ecclesia, in qua sunt præbendati, de iure cōi, non debent percipere grossos suarum ꝑbendarū: valet tn̄ ꝯria consuetudo, vel statutum, ut ēt in absentia percipiant fructus suarum ꝑbēdarum. c. cū omnes. de consti. in anti. Nam propter officium. i. ministerium datur beneficiū, idest fructus.

[Glo. prima summat, & notat, allegans quoad hoc principium sex concord.]

b ¶ Cū non deceat.] accedens ad sedem Apostolicā pro instruēdo negotio electionis per decre. cupiētes. eundo hac de causa, stando, & redeundo, integre, ꝑter quotidianas distributiones, percipit fructus bn̄ficiorū quos percipere posset in ipsa eccl'a residendo. Et nota ex hoc principio inspici quid deceat: q̄d propriè honestatē respicit. s̄. de vo. & vo. redemp. magnæ. nec. n. honestū est officium suum alicui fore damnosum. 4. q. 3. §. itē in criminali. uers. uenturis. sup de rescrip. statutum. in fi. ff. de furt. l. si seruus cōis. ff. ad Velle. l. 2. §. 1. C. de admin. tut. cum quidam. s̄. de fideiusso. peruenit. cum sim.

prius [a], procedi licite per eandem.

¶ Idem.

¶ Accedens ad sedem Apostolicam pro instruendo negotio electionis per decre. Cupientes. eundo hac de causa, stando, & redeundo integre (præter quotidianas distributiones) percipit fructus beneficiorum, quos percipere posset in ipsa ecclesia residendo. Io. And.

CAP. XXX.

CVm non deceat [b] alicui suum officium esse dānosum: Statuimus, vt ij, qui iuxta [c] constitutionem [d] fęlicis recordationis Nicolai Papæ tertij prędecessoris nostri super hoc editam, ad Apostolicam sedem venerint, eam circa imminentium electionum negotia instructuri: (Cum tales ecclesiarum suarum † prosequentes vtilitatem, censeri debeant residentes [e]) fructus beneficiorū suorum, quæ obtinent in illis ecclesijs, quarum negotia prosequūtur; & etiam aliorū quos reciperent, uel possent recipere in † ipsis ecclesijs residendo [f]; integre (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis [g]) recipiant ad sedem propterea [h] veniendo eandem, ibidem hac de causa [i] morando, & ad ipsas ecclesias redeundo, ac si personaliter in eisdem ecclesijs residerent: Non † obstantibus quibuslibet consuetudinibus, uel statutis ecclesiarum ipsarum contrarijs, seu priuilegijs quibuscumque, per quæ

[Gloss seq. soluit quæstionem.]

c ¶ Iuxta.] nota q̄ ꝑ hāc literam dico, ꝙ si talis est casus quo instruens vadat non astrictus ꝑ decre. s̄. cupiētes. puta quia nō est ecclesia cathedralis, nec regularis: vel si ē talis appl'o, vel immediata subiectio, q̄ non deuoluit, his casib. cū non habeat locū decte. cupiētes. ergo nec istius decre. priuilegiū. per istam literam: & concor. q̄d dixi j̄. eo. si postquā. 4. respon.

ADDITIO. Et facit ad quæstionē, quā Paduæ disputaui de Doctore dispu tāte, qui disputare n̄ tenebatur quam vide j̄. de regu. iur. accessorium. Io. And.

d ¶ Cōstitutionē.] sup. eo. cupientes.

e ¶ Residentes.] Cōcor. supra de cler. nō resi. ex parte.

† Not. ꝙ suum pōt dici id, ꝙ est suū in parte, & ū in toto vñ nā eccl'a nō est tota canonici, uide gl. inf. de præb. cū in illis.

† al. ita: distis eccl'ijs, &c.

† al. ita: obstātib. quibuslibet alijs consuetudinibus, &c.

f ¶ Residēdo.] pone: hēt ecclesia Bonon. priuilegium, ꝙ canonici ipsius ecclesiæ percipiant fructus beneficiorum suorum, quos habent in alijs ecclesijs in Bonon. ecclesia residendo: vel habet ipse qui vadit pro instruendo negotio priuilegium, ꝙ recipiat fructus tales. supra de rescr. c. ult. hos isto casu percipiet, hoc vult dicere litera ista.

g ¶ Exceptis.] quæ nec dantur studentib. [1] in theologia. s̄. de præb. licet. nec dantur præsentib. qui non intersunt horis canonicis. j̄. de cler. nō resid. c. unico. Et licet ista constitutio fingat ipsum præsentem: non fingit ipsum diuinis officijs interessentem. habeat ergo quod præsens haberet, qui diuinis officijs non interesset, vt in prædict. cap. unico. quod etiam est contra: cum dicat distributiones quotidianas concedi ijs, qui prosequuntur ecclesiarum utilitatem: & ibi soluitur.

[1] Vide Conci. Trid. sess. 5. de refor. c. 1. in fine.

h ¶ Propterea.] nota legem pro instruendo negotio electionis iuxta prædictam constitutionem: & facit ad id quod dixi in gl. 2.

[Glo. seq. recitetur per duas quæstiones, & solutiones ipsarum]

i ¶ Hac de causa.] Si ergo facta instructione, & finito negotio, sola uolūtate, uel pro aliorum suorū negotiorū expeditione maneret in curia: tunc cessabit priuilegium hoc. Et est huic simile quod dicit lex, ꝙ nō vere reipublicæ causa abesse dr̄ is, qui proprij cōmodi causa in legatione est, ff. ex quib. cau. maior. l. 1. non uerè sed postea ex quo redire inciperet, competeret ei hoc priuilegium: redit enim de itinere, quod ob hanc causam fecit. [Hoc est expressum. ff. ex quibus cau-

bus casibus maio.l.si cui.§. tandiu.] & est simile huic quòd dicitur de teste, supra eo. li. de rescri. statutum, in fin. cum suis concor.

[Glo.seq exemplificat, quærit, soluit, solutioni opponit, & respondet: In fine arg. ad quæstionem.]

præmissorum effectus a posset quomodolibet impediri.

¶ Idem.

¶ Is qui opponit euidentem defectum scientiæ vel personæ, contra promouendum ad aliquam dignitatem, pænitere non potest, causam reddit. Ioan. And.

C A P. XXXI.

AB eo b, qui contra electum, vel postulatum, seu promouendum ad c aliquam dignitatem, inter cætera, quæ obijcit, euidentem †, notorium, seu manifestum d scientiæ, vel alium personæ defectum opponit: ipsius defectus oppositio, vel eius qualitas e nequeunt postea reuocari: 10 cum enim opponens (si quod de defectu opposuit huiusmodi, destitui veritate cõtingat) à ꝓsecutione causæ debeat oĩno excludi f, & puniri, perinde ac si in probatione omnium, quæ obiecerat, 20 defecisset g: iustum est, vt (postquam ad oppositionem eamdem procedit) nequeat in præiudicium eius, contra quem opposuit, vlterius pænitere h.

¶ Idem.

¶ Canonicus impubes ad electionem non vocatus, non agit de contemptu. 30

a ¶ Effectus. puta, quia est statutũ, consuetudo, vel priuilegium in ecclesia, ꝙ quacumque de cã ꝗs absit, ẽt si vtilitatem ecclesiæ prosequat̃, nihil ꝑcipiat. Quid si talem cõsuetudinem, vel statutũ iurauerit? Nõ credo, ꝙ tunc locum hẽat hoc priuilegiũ: quia iurum illud potest seruari sine periculo animæ. sup. de iureiur. si vero. & ꝗa hic non dispensat ꝯ iuramentũ, vt de rescrip. cum aliquibus. sup. eo. li. cum suis similibus. Nec obstat, si sustulit statutũ, vel consuetudinem, ꝙ est principale: ergo & iuramentum 1 de illo seruando, ꝙ est accessorium, tolle em̃ instantiã. s̃. de iureiur. cum cõtingat. & ꝙ ibi not. [Aliqui cõtra per id qnod dicit. quibuslibet: & subdit, quibuscunque, & quomodolibet, quæ multum videntur pro eis facere.] Hæc decre. bene facit ad quæstionẽ, de qua quærebat olim Gar. in decre. cupientes. s̃. eo. li an duę personæ de opponentibus, 2 quæ vadunt pro instruẽ- 40 do negotio ad curiam, contribuere debent ad expensas: fiat quod inter eos conuenit ff. de deposi. l. 1. si cõ ueniat. si nil erat cõuentum: dicebat iudicis arbitrio relinquendum, pensatis labore, & facultatibus mittẽtium & missorum. [Idem Ioan. And.] cum ista decret. priuilegiet eos in fructibus percipiendis arbitratur iudex eos conferre debere.

† No. ista æquiparari: euidẽs notorium & manifestum: & sic vñr ista synonyma, de quo vide text. ĩ. de verbo. signifi. c. 2.

1 Gl. fi. in cle. dudũ. versi. pacta: de sepul. c. constitutus. de rescri. in anti. & procedit hæc glo. sm Phil. ẽt si clausula, non obstante, ponat̃ in iure. vide Rom. cõs. 501. Fon.

ADDITIO. Et facit ad quæstionem de damnum passo, numquid contribuat cum alijs ciuibus ad emẽdam? Et dicitur, ꝙ sic: in Spec. de censi. §. 2 ver. quid si damnum facit ff. ad legem Rhod. de iac. l. nauis one- 50 stę. §. cum autem. de hoc ff. de legatis l. 1. ab omnib. §. si Titio. Ioan. And.

AB eo, qui contra electum.] Diuiditur in duas partes: Secunda: ibi, Cum enim. Domi.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiẽsi, vel alia ecclesia, puta monasterio sancti Cypriani: Pictauiẽses canonici vel monachi, quendam Titium in prælatum elegerũt, fuerunt aliqui opponẽtes, qui opposuerunt ꝯ electum defectũ scientiæ vel morũ, vel defectum suorũ natalium: & cũ hoc qualificabãt illos defectus, vide- 60 licet, ꝙ illi defectus erant manifesti: opponentes pænitentia ducti voluerũt recedere ab illo defectu: vtrũ possint? Rñdet, ꝙ non: Nam ex quo appellauerunt ob illum defectũ, ab illo defectu recedere non possunt, Sed ponamus, ꝙ ipsi nolũt recedere a defectu, sed solũ a qualitate: vtrum sit eis permissum? Rñdet, ꝙ non, immo si recedãt a qualitate defectus, sunt puniendi, ac si defecissent in probatione defectuum: ideo dẽnt persistere & in defectu, & in qualitate defectus: tñ si dicti opponẽtes recedant ab ipsis defectibus vel qualitatibus: poterit superior inquirere de ipsis defectib. vel qualitatibus: vel etiam opponentes, si sint, qui prætendant habere interesse.

2 Idẽ de eligẽtib. eo casu, quo tenẽtur ad expensas. I. And.

[Prima glossa summat]

b ¶ Ab eo.] Is qui opponit euidentem defectum sciẽtiæ, vel personæ cõtra promouendum ad aliquam dignitatem, pænitere non potest. causam reddit.

[Secunda Gl. quæstionem soluit.]

c ¶ Promouendum.] ista igit̃ tria sunt paria. concor. s̃. eo tit. vt circa Et nota, ꝙ dicit, dignitatem: & idem dicit supra eo. si forte. & idem ĩ. de verborũ significat. constitutionem, per quod apparet, quòd decre. illa, si forte, nõ hẽt locũ in alijs bñficijs, vt ibi dixi.

d ¶ Manifestum.] ista. n. quo ad casum nostrum sunt synonyma, & idem designant, vt inf. de verbo. signif. cõstitutionem.

e ¶ Vel eius qualitas.] hoc vult dicere: is ꝗ opposuit, forte vult obiectũ reuocare: vnde cũ opposuisset euidẽtem defectum scientiæ vel personę, dicit ꝙ vult instare alijs obiectis recedere ab illo: vel non reuocat obiectum, sed qualitatem: 3 vnde nunc vult simpliciter dicere, quòd patitur defectũ: sed reuocat id quod dixerat, quòd defectus erat euidens: istud est reuocare qualitatem tã- 40 tum, & neutrum potest, vt hic vides. Ioan. And.

3 Et non põt, ꝗ ad retractio qualitatis mutaret actionẽ: quia istæ exceptiones sapiũt actionem. Domi. Fon.

f ¶ Excludi.] vt sup. eod. si forte.

g ¶ Defecisset] vt supra eo. tit. c. 1.

[Glo. seq. quærit, arg. negatiue, & affirmatiue: & pro negatiua soluit.]

h ¶ Pænitere.] vt sic sibi nõ liceat mutare cõsiliũ in alterius detrimentum. infra de regulis iuris, mutare. cũ suis concordãt ad idem supra de electione c. publicato. nam & quod semel placuit, nõ põt amplius displicere, vbi versatur alterius interesse inf. de regul. iur. quod semel. nisi in casibus, in quibus iura pæniten- 50 tiam & variationem admittunt, quorum aliquos ibi not. 4. & est simile huic supra eodem ut quis duas] Io. Monach. & Archidiaco. alleg. ff. de pact l. fina. deposi. l. 1. §. si rem. [Quid dices, pone promouendus consentit, quòd opponens renunciet obiectui, vel qualitati obiectus: iudex non consentit: numquid hoc poterit opponens? Et videtur quòd non: quia quos prætor prohibet, &c. ff. de postulan. l. quos prohibet prætor, & cõcord. supra de exceptionibus, c. vltimo. maxime cum in huiusmodi electionibus exuberet iudicis officiũ, 60 supra de electionibus olim. cum similibus. In contrarium videtur per hanc litteram, quæ dicit: in præiudicium eius, contra quem, &c. & quilibet potest renunciare iuri pro se introducto supra de regular. ad Apostolicam. C. de legib. quod fauore. infra de regulis iuris, quod ob gratiam. Satis videtur (per prima iura, & maxime ea ratione: quia si probetur talis obiectus: promouendus statim debet repelli) quòd ipse huic iuri renunciare non posit: 5 cum istud ius licet ei faueat, si non probatur obiectus: tamen ei nocet, si fuerit probatum: & sic videtur rennnciare non posse huic iuri inuito iudice: & facit quod dixi supra eod. si forte.

4 Adde qđ ibi dicam. vide gl. c. si diligẽti. de fo. con. Fel. ca. cũ olim. col. 3. đ re iu. in antiq. Fon.

5 Idem Arch. alle. q̃ no. 2. q. 7. quærẽdũ & c. alieni Io. And.

Ex eo.]

Ex eo.] sunt duæ partes, quæ patēt: Et prima ponit dictum, cuius rōnem subdit ibi: Cum tam. Secūda ponit duo dicta: secunda: ibi, Vel cōuersi. Io. And. ¶ Pro intellectu huius c. præsupponendū est illud, ꝙ habeť in c. quod sicut. eo. tit. in ant. vbi dř, ꝙ oēs habētes vocē in electiōe, dēnt vocari ad electionem faciēdam. Itē ꝙ illi, qui sunt præsentes die electionis faciēdę, non dēnt vocari: qa frustra vocarenť: sed soli absentes sunt vocandi ad illā diem, qua dēt electio celebrari; si sint in loco propinquo vel remoto, secundum statuta illius ecclesiæ: tamen si presentes processerunt in electione absque vocando absentes valet electio de se: sed absentes poterunt postea facere cassari illam electionem.

† Nota, ꝙ suum pōt dici, qđ ē cōe cum alijs. ad hoc sup. eo. cū nō deceat. vide q̄ notaui ad c. penu. inf. eo. de sē. exc. Fon.

CAP, XXXII.

Ex eo [a] quòd ad electionē episcopi [b], quæ te in pupillari [c] constituto ætate, in tua † ecclesia [d] extitit celebrata, cum ceteris eiusdem ecclesiæ canonicis non fuisti admissus: de contemptu [e] conqueri, aut electionem eādem impugnare non potes: Cum tam iuris [f] †, quàm rationis [g] existat: vt tales (cum discretione [h] careant) ad præstandum in electione suffragium [i] nullatenus admittantur.

¶ Non professi cum professis, vel conuersi laici cum clericis, electioni interesse non debent. hoc dicit.

¶ In ecclesiijs quoq; regularibus, vel monasterijs,

† No. arg. ꝙ ad ꝓbādū decisionē dubij, sufficit valida re decisionē duplici argumēto, vel rōne. vide Io. An. in c. inquisitionis. ꝰ. de accu. Domi.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, canonici illius ecclesię conuenerunt in vnum ad electionē futuri pastoris faciēdam: In ecclesia ipsa erat canonicus impubes de iure cōi vel dispensatiue, qui erat tunc absens: Vnde qñ assignauerunt diem ad faciendā electionē, alij canonici non vocauerunt illum impuberē: sed eo spreto ad illam electionem processerunt: vult iste impubes conqueri de cōtemptu, & cassare electionē: vtrum possit. Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia cum talis impubes non hēat vocem, frustra vocaretur ad electionem: quia ipse impubes caret discretione, quæ requiritur in electione: Sed hodie quantūcunque sint puberes, nō hēt vocem, nisi sint in sacris constituti: sed impubes non pōt esse in sacris: ideo nō hēt vocem in electione? Secundum vero hæc tpa nō requirebatur, ꝙ quis esset constitutus in sacris, quo ad electionem actiuam. Sed sanctissime Pater ponamus, ꝙ vacat aliqua ecclesia regularis: in qua sūt monachi professi, & alij non sunt professi: vtrū non professi habeant vocē electiuā, & sint vocādi ad electionem actiuam? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia ad electionem actiuam requiritur professio: sed tunc in isto casu, s. ad electionem actiuam, sufficit tacita ꝓfessio: sed ad electionem passiuam, requiritur professio expressa, vt in c. si religiosus, supra eo. tit. & in clene in agro. §. sane, de sta. regu. in clem. Sed quid de conuersis: vtrum habeant vocem in electione, vt cōiter in religione beati Francisci sunt laici conuersi? Rñdet, ꝙ tales conuersi non hēnt vocē in electione: quia illi soli hēt vocem in electionibus, qui sunt tacite vel expresse professi religiosi: ideo conuersi non hēnt vocem. Nota primo ex isto textu, ꝙ impubes potest esse canonicus ecclesiæ cathedralis. Sed quæritur, vtrum istud possit esse de iure cōi, vel ex dispensatione? Quidam dicunt, ꝙ de iure cōi, quia in simplici beneficio & in canonia sufficit, ꝙ quis sit egressus infantiam: Communis tamen opinio Doctorum tenet, quòd in beneficio requirente discretionem animi, requiritur, ꝙ quis sit pubes: & ꝙ perfecerit xiiij. annum: & attigerit xv. sed in alijs simplicibus beneficiis, in quibus nō requiritur discretio animi, sufficit ætas septē annorum. De hoc latius per Panormi. in c. super inordinata de præben. in antiquis. Nota insuper ꝙ in electionib. prælatorum regularium soli veri religiosi pro fessi & clerici habent uocem electiuam: alii autē vt conuersi, vel non professi, non habent vocem.

Prima glossa ponit summam, & quid declaret.

a ¶ Ex eo. Canonicus impubes ad electionē nō vocatus, non agit de cōtemptu: nō professi cum ꝓfessis, vel cōuersi laici cū clericis, electioni interesse nō debēt. Emanauit primū dictum ad declarationem eorū, quæ notant Vincent. Tancred. Goffre. Bernardus, & moderni, de æta. & qual. ex rōne. Secundum ad declarationem eorum, q̄ notant Bernard. Innocentius, & Hostiēsis. de institut. c. 2. & Abbas supra eo. tit. in Genesi.

[Glo. seq. quærit, arg. negatiue, & cōtrarium soluit.

b ¶ Episcopi.] quid de inferionib. dignitatibus? Ex his vulgarib. iuribus, quib. arguimus a verbis. ǰ. de priui. si Papa. 1. respō. in fi. cū simil. videreť, ꝙ in inferiorib. secus: cum si de inferioribus idē voluisset intelligi, id expressisset. ꝰ de deci. ad audiētiam. Contra puto, quæ ratio c. quæ infra sequiť, sit generalis: 1 nec ibi repetatur de epo, cum dicitur, ad præstandum in electione suffragium, &c. & hoc bene probatur inf. eo. indemnitatibus. in prin. Ioan. And.

c ¶ In pupillari.] q̄ est in mare minor xiiij. annis, in fęmina minor xii. nec distinguimꝰ, an malitia suppleat, sicut nec ī finiēda tutela. C. quādo tu. vel cura. l. indecorā. Insti. qui. mo. finiatur tute. in princ. licet secus in matrimonio, vt supra de despon. impu. puberes. vbi de hoc. ad idem ǰ. eo. indemnitatibus. in prin.

d ¶ In tua ecclesia.] Nota, ꝙ minor xiiii. annis dř idoneus ad beneficium, etiam ad canonicatū 2 cathedralis ecclesiæ. de hoc supra de præben. sup inordinata. [Host. ibi contra: & de æta. & quali. c. 2.] & ꝰ. e. lib. de rescri. si eo tempore.

e ¶ Contemptu] quod aliàs cassationem inducit, & plus in electione nocet, quam multorū contradictio. ꝰ eo venerabilem. & c. bonæ 2. in anti.

f ¶ Iuris.] scripti.

g ¶ Quam rationis.] quæ deficiente iure scripto allegari potest. 8. dist. frustra. & 9. dist. sana quippe. supra eod. tit. & lib. vt quis. lex enim est omne quod ratione consistit. 1. dist. cōsuetudo. & Seneca ī epistola 37. ad Lucillum. Si vis tibi omnia subiicere, te subiicias rationi.

ADDITIO. Aug. dicit ratione vincendum. 23. q. 6. vides.

[Glo. seq. quæstionem soluit.

h ¶ Discretione.] 3. q. 7. infamis. §. tria. & sup. de corp. vitiato, ex parte. C. de fal. mo. l. 1. 3 [De reg. cum viru. in prin. & c. cum simus in prin. ff. de iudi. cum ꝑter §. non autem.] Et per hanc litteram dico idem de iurioso per prædictum § tria. & 5. q. 1. c. nec is. § cum itaque de succe. ab inte. cum dilectus. ff. de iniu. l. illud. eum nec tales matrimonium carnale contrahere possint. sup. de spon. dilectus. 32. q. 7. neque furiosus. nec religionem vouere. de reg. sicut 1.

i ¶ Suffragium.] ff. de iu. immu. l. 1. §. impuberes & dicit lex: indignum nobis videtur, eum qui stabilē mēte n nondum adeptus est, ꝑ priuilegia militū, sapiētū hominū iura tractare. C. de test. mili. l. vlti. & minores sportulas decurionum accipiunt: suffragium tñ inter alios non afferunt. ff. de decur. l. spurij. §. minores. & si princeps det veniam ætatis minoribus, non videtur concessisse, ꝙ sine decreto alienent: vel citra ꝑfectam ætatem liberam administrationem habeant. C. de his qui ve. ætat. impe. l. eos 2. isti. n. accusare non possunt, nec testificari. 2. q. 1. prohibentur. 4. q. 3. nec testamenta facere. 2. q. 6. cap. ei qui. §. diffinitiua, & alis

1 Rō gñralis extēdit legē. Do. Nic. Euerard. in loco à rōne legis. am. Font.

2 Vide cōci. Tri. sess. 24. de ref. c. 12.

Rō allegari pōt deficiēte iure scripto.

3 An isti ob maleficia puniātur, vide doct. ī l. excipiātur. ad Sil. la. cui ad ǰ l. si arrogati. ff. de tu. & de malo, qđ faciūt isti pueri in ludo, vide Pet. de Anc. cōs. 281. Fon.

talis ætas prona est ad malum. 12. q. 1. c. 1. & est hæc littera. (Et decre. indemnitatibus. in prin. j. eo.) ꝯ Tancr. & Bart. Brixiensem, qui dixerunt in quæstione dominicali, 77. quæ incipit, Tutor cuiusdam: ꝙ si pupillus patronus maior vij. annis p̄sentat vnum, & tutor eius alium: præfertur præsentatus a pupillo. pro eis facit. 15. q. 7. decernimus.

hi, qui [a] non sunt tacite [b] vel expresse professi, non debent cum professis; uel conuersi [c] laici cum clericis [d] electionibus [e] interesse.

¶ Idem.

¶ Si ab electione cathedralis vel regularis ecclesiæ, in scriptis ex causa probabili appelletur ad Papam: ea pendente; confirmatio facta per ordinarium non ualet. Requirit decret cupientes, non solum quòd electus ueniat, sed quòd usque ad finem negotium prosequatur: et habet locum etiam cum appellatur à confirmatione, uel prouisione. Io. And.

CAP. XXXIII.

SI postquam [f] ab electione in cathedrali vel regulari ecclesia [g] celebrata, fuerit in scriptis [h] ex causa probabili [i], quæ probata deberet legitima reputari, ad sedem [k] Apostolicam appellatum, electionem ipsam per ordinarium confirmari contingat, huiusmodi confirmatio, nisi prius fuerit

a ¶ Hi qui.] .s. fratres vel monachi; nec distinguo ī his, an sint clerici, prout distinguit in cōuersis, vt infra dicam in glo. 2.

b ¶ Tacite.] ī electis autem requiritur expressa ꝓfessio. s̄. eo. nullus. sic j. eo. indēnitatib. in princ. Nouitij ergo nō admittunt. & sic tenebat Abbas in gl. in prin. alle. ad hoc. ff de sta. libe. l. statu liberum. licet tales gaudeant priuilegio canonis, vt j. de sen. exc. religioso. tñ non sunt veri religiosi, vt ibi.

c ¶ Conuersi laici.] de cōuersis ergo hic loquitur: monachi ergo uel fratres professi, indistinctè admittunt. ad hoc s̄. de arbi. cum olim. de sent. excō. canonica: & 16. q. 1. generaliter. 93. dist. a subdiacono. hodie secus: quod dic, vt in cle. de æta. & qual. ut hi, qui.

d ¶ Cum clericis.] in plebib. ergo ubi sunt clerici, & laici conuersi nō admittunt cōuersi laici: ergo in hospitalib. & locis huiusmodi, ubi sunt solū laici cōuersi: ibi bene eligunt sibi priorē, rectorem, magistrum, uel massarium. s̄. de arbi. cum olim. nec hoc hic prohibetur. ad hoc inf. eo. indemnitatibus. §. pen.

[Glo. seq. quærit, & soluit, & contrario respondet.]

Conuersi an possint præscribere ius eligendi.

e ¶ Electionibus.] tale. n. ius non cadit in laicum. s̄. eo. in anti. Massana. & c. sacrosancta ēt conuersum. vt hic. Quid dices si quęstione facti in aliquo ordine: puta Humiliatorū: (uel sancti Marci.) uel in aliqua ecclesia sæculari præscripserunt laici cōuersi, ꝙ debeāt ad electionem admitti, & uocari: ꝑ hanc constitutionē clerici nolunt eos admittere: quæritur quid iuris? Dico ꝙ de iure cōi conuersi laici ad electionem non admittunt, 1 ut hic. sed decre. ista non tollit specialiū locorū ordinū, uel personarū consuetudines præscriptas. s̄. eo. lib. de constit. licet. quare illi præscriptę consuetudini stari debet. Non obstat ꝙ in talib. non valeat consuetudo. s̄. eo. Massana. quia illud dico uerum secundum Inno & Host. qui hoc no. de insti. c. 2. de laici professione & habitu, non de conuersis: cum ergo conuersus sit ecclesiastica persona. 2 12. q. 1. c. duo. tale ius spirituale præscribere poterit.

1 Gl. & Cardi. in c. ecclesia de instit. Font.

2 Eremita nō est psona ecclesiastica. cle. cū ex eo. de sentē. exc. Petr. de Anch. reg. ea q. j. eo. lib. nu. 2. Fōt.

SI postquam.] Sunt tres partes: Secunda: ibi, Si uero electus: Tertia: ibi, Cum autem. Dom.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, canonici quendam Titiū elegerunt: a qua electione fuit appellatū ad Apostolicā sedem: q̄a forte unus erat ꝯdicēs, & talis solēniter appellauit: appellatione interposita, dicti canonici eligentes ipsam electionē p̄sentauerūt metropolitano, vt eā confirmaret: qđ fecit metropolitanus ad requestam aliorū canonicorum, non curando de appellatione istius: an ualeat talis cōfirmatio, vt electus uirtute illius ꝯfirmationis receperit ptātē administrandi? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ nō: nam ex quo fuit appellatum ad Apostolicā sedem: suspensa fuit iurisdictio iudicis inferioris: ideo nō potuit cum metropolitanus confirmare, & per ꝯsequēs si iste electus se ingerat administrationi, ꝑdit ius sibi quæsitū ex electiōne: cum non uideatur cōfirmatus. Et istud uerū, ꝙ superior, videlicet metropolitanus, non potest confirmare istā electionem pendente appellatione: nisi appellans renūciasset suę appłoni: quia tunc per illū recessum ab appłone superior reassumit iurisdictionem, virtute cuius posset ipsam electionem ꝯfirmare. Sed sanctissime Pater dictum est in c. cupiētes. s̄. eo. ꝙ si confirmatio, vel infirmatio ꝑtinet ad Papā: electus tenetur ire ꝑsonaliter ad Apłicā sedem pro obtinenda ꝯfirmatione: Ponamus, ꝙ ipse electus postquā fuit in curia Romana sine licētia Papæ, post aliquos ꝓcessus recessit a curia nō remanendo vsq. in finem cāæ, vtrum videatur satisfecisse illi ꝯstitutioni, cupiētes. allegatæ? Rñdet ꝙ non. Itē dictum fuit in dict. c. cupientes, ꝙ cum appellatur ab electione facta: ad impediendum confirmationem, tenetur electus ire ad curiam Romanā: & etiā eligentes & opponentes: Ponamus ꝙ electus fuerat iam confirmatus, & appellatum fuit a confirmatione: utrum electus, eligentes & appellantes teneātur mittere ad Apostolicam sedem, secundum distinctionem illius c. cupientes? Respondet quòd sic.

[Prima glo. summat.]

f ¶ Si postquā.] Si ab electione cathedralis uel regularis ecclesiæ: in scriptis ex causa probabili appelletur ad Papam: ea pendente, confirmatio facta per ordinarium non ualet. Requirit decret. cupientes. non solū ꝙ electus ueniat, sed ꝙ vsque ad finem negotium ꝓsequatur: & habet locum etiam cum appellatur a cōfirmatione uel prouisione. Io. And.

g ¶ Ecclesia.] nota quoad cathedralem ecclesiā bene erat statutum, ꝙ appellatio deuolueret, eoipso quòd in scriptis, & causa probabili interposita esset. s̄. eod. quamuis sed de regulari nō sic erat expressum: parificatæ igitur sunt regulares cathedralibus: sic sup. eod. in antiq. ne pro defectu. & sup. eo. tit. & lib. c. cupientes. secus in casu: sup. eo quamquam.

h ¶ In scriptis.] sic. j. de appel. cordi. & de hoc supra eo tit. quamuis.

i ¶ Probabili.] vñ istud ē speciale in istis ecclesijs, ꝙ sufficit, ꝙ appellatio sit interposita ex causa probabili, licet causa sit falsa: adhoc ut deuoluatur: & potest esse ratio, quia maiora facilius deuoluuntur, ut sup. de appel. ut debitus. in fi.

[Glo. seq. recitetur per q. duplicem: s. quid si appellatur ad inferiorem: & quid si ad legatum

h ¶ Ad sedem Apostolicā.] ergo secus si ad inferiorē: (vt ēt dicit Archid.) cum. n. ista decre. ponat suum casum specialem ꝯ regulam. inf. de appel. non solum 2. respon. quo cauetur primo cōstare debere de ueritate causæ, antequam reuocentur attentata post appellationem ante sententiam interiectam: ob hoc igitur a casu expresso non recedam: sed antiquo & generali iuri in alijs stabo. Et potuit esse ratio, reuerentia sedis Apostolicæ, & ut melius uisitetur. Et quia ista maiora de facili transeunt ad Papam: ut in ꝑdicta decre.

vt de-

vt debitus.in fi. Et si appelletur ad legatum nõ puto hanc decre.locum hic:licet dici soleat: examen legati satis esse examen Apostolicæ sedis. Sed video, ꝙ si appelletur ad sedem Apostolicam, non sufficit adire legatũ:nisi partes concordarent, appellationi renunciãdo:de appel. constitutus. & de off.lega studuisti. & c licet.& dixi ĩ.e cupiẽtes.circa prin. Io.A.

ff.de serui.fi cui.& hoc tenet Guliel & Gar.in decre. cupientes.

ADDITIO. Idem Archid. & Io. Monac.qui tamen in additionibus hic dixit forte talem ex cõtemptu ligari.supra de sent.excom.per tuas.§. nos igitur. Ioan.And.

canonice [a] ab appellatione ipsa recessum (cum sit ab eo,qui non potuit [b] †, de facto præsumpta) nullam obtinebit† roboris firmitatem [c]. ¶ Si vero electus [d], qui iuxta [e] constitutionem [f] felicis recordationis Nicolai Papæ tertij prædecessoris nostri, ad dictam sedem uenerat pro electionis suæ negotio prosequendo, de Romana curia sine licentia recesserit, antequam huiusmodi negotium sit finitum: eius electio auctoritate cõstitutionis ipsius (quæ non solum vt quis veniat, sed etiam ex sui mente [g] exigit, quòd vsque ad finem negotium prosequatur) eo ipso viribus euacuatur† omnino [h]. ¶ Cum autem [i] ab electionis confirmatione [k], uel facta prouisione [l] per eum [m], ad quem propter inferiorum negligentiam fuerat deuoluta, eligendi potestas ad sedem appellatur eandem: constitutionẽ prędictam inueniendo, & mittendo,& alijs,quę perstringuntur in ea,conuenit obseruari.

¶Idem.

¶ *Dispensare possunt episcopi & superiores cum habentibus parochiales ecclesias sibi subiectas, quod vsque ad septenniũ studendo non teneantur ad sacerdotium promoueri:ad subdiaconatum tamen debent promoueri infra annum: aliàs sunt priuati: Et illo durante septennio debet in illis ecclesijs idoneus poni vicarius de fructibus ecclesiæ sustinendus: Elapso septennio debet rector infra annum in presbyterum promoueri.*

CAP. XXXIIII.

CVM EX

† Gesta a iudice in cõpetẽti sunt nulla. uide not. in c. at si clerici.sup.de iudi.

† In antiquis codicib. legitur obtinet.

† al. uacuatur.

a ¶ Canonice.]sine aliqua prauitate, vt s.eo.lib.quamuis.& ĩ.eo.prouida.& primo inquiratur de recessu.ut ibi.

b. ¶ Nõ potuit.]sufficit n. ꝙ appellatio sit interposita ex cã probabili, ad hoc vt deuoluat: & aliàs competentis iudicis iurisdictionem reuocet.

c ¶ Firmitatem.]simile ĩ. eo. prouida. & c.seq.&c.vlt.

d ¶ Si uero elect⁹.] approbat quod not. Gul.& Gar.s.eo cupientes.§.quod si.

e ¶ Iuxta.] si ergo talis erat electus, q venerat ad curiam: non adstrictus tñ illa constitutione, licet ante finẽ causæ recedat: cũ nõ hẽat ibi locum hæc constitutio: ergo, nec eius pæna. Et facit quod dixi in decre. cupiẽtes. in prin.super uerbo: immediata subiectio. & sup. eo.cum non deceat.

f ¶ Constitutionẽ.] supra eod.cupientes.

[Glo.seq.notat arg. contrariũ, & soluit dupliciter: & econtrario respondet: finis recit. per quæstionem, quam soluit.]

g ¶ Mente. [1]] & ita punitur,qui mentẽ offendit,sicut qui mentẽ & verba.ff.de iurisf.omn.iud l. si quis. versi.ꝙ si dum proponitur.ff.ad Maced.sed Iulianus. §.mutui immo præfertur intentio verbis. sup. de verbo sign.intelligentia. & c.præterea. Et in contrarium uidebatur:quia ꝯstitutio pęnalis erat:& ideo restringenda.ff.de pœn.interpretatione.Suffi.ere ergo videbatur,ꝙ uenerat prout constitutio dicebat. Sed ꝯtriũ est uerum.Ita.n.sunt paria, non uenire, & uenire,& sine licentia recedere.11.q 3. certum. sup.de iudi.c.i. ff.de excu.tut l.scire.§.aliud autem.versi.obseruabũt. in fine.(aliàs incipit, & sufficit. & C. de decurionib. lib.10 si quis.) videtur etiam talis offendere uerba, secundũ quod notatur sup.eo.tit.c.cupientes §. ꝙ si per xx. super ver.executionem. Non obstat quod dr, constitutionem pęnalem non extendendam: quia in hoc non extenditur quod erat de mente [2] : nec puto electum puniri, qui eo tempore quo non impeditur processus causæ per xx.vel xxx milliaria peregrinationis,recreationis, uel simili cã iuit extra curiã:ñ.n.recessisse dr, qui statim est reuersurus. ff.de procurat.præsens.& l.sequen.ff.de diuor.l.3.Et uerba ciuili modo non captiose sunt intelligenda.4.distinct.erit.

[1] Q̃ño colligat mens legis vide Archid. & Dominicum.

[2] Vide gl. in c.i. sup. de tẽpor. ordi. Font.

h ¶ Omnino.]quod hic de pœna electi venientis & recedẽtis sine licentia dictum est: eadẽ ratione intelligo repetitum de pœna opponentium, & persona rum instructarum.

i ¶ Cum autem.] approbat quod no. Guli.& Gar.s.eo. cupiẽtes.in prin.

K ¶ Cõfirmatione.] in ꝯriũ uidebatur: ibi.n non de meritis electiõis: sed de iniquitate iudicis agitur.sup.de appel.interposita. ad fin. ad quid ergo uenirent personæ instructæ? Sed contrarium est verũ: licet enim de iudicis iniquitate agatur nihilomin⁹ & de meritis electionis: & sic est necessaria instructio personarum.

[Glo.seq.dupliciter opponit, & soluit.]

l ¶ Prouisione.] in ꝯriũ uidebatur, quia pęnalis erat constitutio, cupientes. (& iõ nõ extendenda.) & quia si Papa de prouisione uoluisset intelligi, id expressisset:sicut fecit de [3] electionib.& postulationib.de de ci.ad audientiam. Sed cũ quotidie iura ista parificent electiones & postulationes,& prouisiones. sup.eo.sta tuimus. & c.ut circa. quid iuris de uno & de alio, ut hic patet. sed post prouisionem non uidebatur vacare ecclesia:& sic nec habet locum constitutio,quæ prouidere intendit ecclesijs uacãtib. vt ibi patet.in prin. sed per appellationem suspenditur confirmationis, & prouisionis effectus.de iureiu.uenientes.unde merito locum habet constitutio.

[3] Sequuntur Dñi. & Phi. & vide no. in l. si qs seruo. C. de fur.gl. in c.pſen ti. ĩ. de sen. excõ mu. Fõt.

m ¶ Eum.]quod dic ut notatur sup.eod. ne pro defectu.& c. quamquam.

CVm ex eo] Primo ponit constitutionis cãm,in qua ponit ius antiquum, & impedimentũ ex eo proueniens: In secunda constitutionem: q̃ tria facit: Primo permittit dispensationem septennij: arctat ad subdiaconatum:& causam reddit: Secundo prouidet quomodo interim ecclesijs deseruiatur: Tertio post septennium eum,cum quo dispensatum fuit,reducit ad ius antiquum Secunda:ibi,Porro.Tertia:ibi,Elapso.Io.And.

CASVS. Dictum fuit in c.licet canon sup eod.quòd promotus ad ecclesiam parochialem debet promoueri ad sacerdotium infra annum,annumerandum à tẽpore adeptæ pacificæ possessionis, uel a tpe, quo potuit habere pacificam possessionẽ, & per ipsum stetit: Sed quæritur, nunquid eps possit fauore studij cum

talis

tali promouendo dispensare, vt non promoueatur ad sacerdorium infra annum? Rñdet ꝙ sic vsq; ad septenniũ: vt promouendus per illud septenniũ nõ teneat̃ promoueri ad sacerdotiũ: Sed nunquid ꝑ illud septẽnium infra annum debeat ꝓmoueri ad ordinẽ subdiaconat⁹? Rñdet ꝙ sic, & hoc ne possit redire ad sæculũ, & ꝑcipere fructus illi⁹ ecclesiæ: pendẽte tñ illo septennio, dẽt in eccl'a parochiali idoneus poni vicari⁹, q sustentabitur de fructib. illius ecclesiæ: & elapsis illis septẽ annis, debet ipse rector infra annũ promoueri ad sacerdotium: aliàs si nõ promoueat̃ ad sacerdotium infra annũ, ipso facto dicta ecclesia dr̃ vacare absque alia s̃nia vel monitione. Nota primo, ꝙ ꝓmotus ad ecclesiã parochialem, dẽt promoueri ad sacerdotiũ infra annũ numerandum a tẽpore adeptæ pacificæ possessionis: vel a tp̄e quo potuit habere pacificã possessionẽ, & per cũ stetit. Nota vlterius, ꝙ ep̄s, vel alius superior potest dispensare cum ꝓmoto ad ecclesiam parochialem, ꝙ vsq; ad septẽnium fauore studij nõ teneatur promoueri ad sacerdotiũ: Vnde sciendũ est, ꝙ solus ep̄s, in cuius diœcesi est ipsa ecclesia parochialis, põt dare istam dispensationẽ: nõ aũt ep̄s domicilij: licet per c. nullus ep̄s. ĩ. de tempo. ordi. cleric⁹ beneficiatus dicat̃ habere tres ep̄os, quo ad promotionẽ ad ordines: s. ep̄m domicilii, ep̄m originis, & ep̄m beneficii. Nota insuper ibi: litterarum studio insistentes: ꝙ licet tales clerici ꝓmoti ad ecclesias parochiales essent in studio: si tamen litteris nõ insisterent, nõ prodesset eis ista dispensatio. Nota ẽt, ꝙ durante illo septennio, dẽt ep̄s vel alius superior in ipsa ecclesia parochiali ponere vicarium idoneum, qui ibi deseruiat in diuinis, & qui sustentabitur de fructibus illius ecclesiæ: Tamen hodie aliter fit: nam hodie ep̄s dispensando dat eidem clerico p̃tãtem, vt possit conuenire cũ vicario de fructibus, & possit affirmare fructus illius ecclesiæ: sed si nõ esset dispẽsatio, deberet obseruari quod hic dicitur. Nota finaliter, ꝙ est prohibitum studentibus, expensis beneficiorum redire ad statum sæcularem. de quo hic in glo. Dominicus.

† al. ita: dñs Gregorius Papa ꝓdecessor noster &c.

† Numerandum.

eo [a], quod felicis recordationis † Gregorius Papa decimus prædecessor noster statuit in concilio Lugdunensi [b], vt ad regimen parochialium [c] ecclesiarum assumpti, se ad sacerdotium promoueri faciant infra annum à sibi commissi regiminis tẽpore [d] cõnumerandum †: & personaliter [e] resideant [f] in eisdem: Alioquin si infra idem tempus promoti non fuerint [g], huiusmodi ecclesijs absque monitione alia sint priuati: Nonnullis extunc [h] parochiales ecclesias recusantibus acceptare [i], legendi, & proficiendi [k] (cum eis facultates non suppetant: nec ab ecclesiarum prælatis de alijs beneficijs in plerisque mũdi partibus [l] interdum prouideatur eisdem) opportunitas [m] sit sublata, in grande vniuersalis ecclesiæ (quæ ad sui regimen viris litteratis permaxime noscitur indigere [n]) dispendium & iacturã. Nos super hoc multorum instantia excitati frequenter, volentes cupientibus in scientia proficere, vt fructum in Dei ecclesia suo tempore afferrere valeant opportunum, vtiliter prouidere [o]: Præsenti constitutione sancimus, vt episcopi [p], eorumque superio-

[Prima glossa ponit summã, & quid dedit causam.]

a ¶ Cum ex eo.] Dispensare possunt ep̄i & superiores cum habentibus parochiales ecclesias sibi subiectas, quòd vsque ad septennium studendo non teneãtur ad sacerdotium promoueri: ad subdiaconatum tñ debent promoueri infra annum: aliàs sunt priuati: & illo durante septennio, dẽt in illis ecclesiis idoneus poni vicarius de fructibus ecclesiæ sustinendus: elapso septennio debet rector infra annum in presbyterũ promoueri. Causam dedit huic constitutioni, quod notat Guliel. supra eodem, licet canon in glossa super verbo: priuatus.

b ¶ In concilio Lugdunensi.] supra eo. licet canon.

c ¶ Parochialium.] nõ collegiatarum, in quibus locum habet concilium, in collegiatis non: & sic in illis non est hæc dispensatio necessaria. supra eodem, statutum.

d ¶ Tempore.] idest ex quo possessionem habuit, vel per eum stetit, quo minus haberet. inf. c. proxi. §. 1. & inf. de præb licet episcopus.

e ¶ Personaliter.] ergo non per vicariũ, nisi ĩ casu decret. de præben extirpandæ. supra. qui casus per cõciliũ mutatus nõ est: vt ibi dixi. & idẽ hodie in casu huius capituli.

f ¶ Resideant.] dispensari tamẽ poterat super residentia, vt in p̄dicta decret. licet. in fin. Io. And.

g ¶ Non fuerint.] iusto impedimẽto cessante, vt hic in fine. & infra c. proximo. §. porro.

h ¶ Extunc.] id est, post illud conciliũ.

i ¶ Acceptare.] quia nolebat sic statim presbyterari

k ¶ Proficiẽdi.] de mag. cap. 1. &c. quia nonnullis.

l ¶ Partibus.] in quibus forte pauca sunt alia beneficia.

m ¶ Opportunitas.] sicut prouidẽt iura, ꝙ opportunitas ad malum tollatur, vt 18. q. 2. diffinimus, de coha. cle. c. 1. supra eo. fundamenta. ĩ. de statu regu. c. vnico 1. respõ. in fi. ita prouident, ne opportunitas tollatur ad bonum, vt hic, & s̃. de mag per tot.

n ¶ Indigere.] s̃. de magi. c. vlti. vnde de aduocatis dr̃, ꝙ non minus prouident generi humano, q̃ si patriam armis defenderent. C de aduo. di iudi. l. aduocati. & doctorum scientia mundus illuminatur. supra de hære. cum ex iniuncto. inf. de reli. domi. c. vni.

[Gloss. seq obiicit, & soluit.]

o ¶ Prouidere.] sed nonne satis erat prouisum pauperibus s̃. de magist. Dic quòd sic circa Doctores: sed circa liberos & expensas non: circa quæ prouidit ista constitutio.

Dispensare an possit ep̄s sine cosensu cap.

Glo. seq primo soluit dubium: secundo quærit, argu. negatiue: alleg. 5. iura: affirmatiue alleg. 8. iura. & sic soluit]

p ¶ Episcopi.] licet igitur inferiores prælati possint ex cã sup residẽtia dispẽsare. supra de cle. nõ resi. relatũ. & ita ibi sentit Inno. Host. & Gar. s̃. eo. licet. in vlti. glo. hoc tamen casu non dispensabunt minores ep̄is. & in §. porro ĩ. proxi. idẽ repetitur. Sed nunquid solus ep̄s sine capitulo hãc & aliàs dispẽsationes facere poterit? Et vr̃ expressum ꝙ non. 1. q. 5. ca. vlti. in fine. vbi etiam de hoc. & 50. dist. ex pænitentibus. & ad idẽ ĩ. de exces præl c. 1. & supra de his, quæ fiunt a præl. nouit. & c. seq. In contrarium vr̃ per hanc litteram: & per decret. at si clerici. de iudic. cum in his iuribus dicatur de ep̄is, nulla mentione facta de capitulo. ad idẽ de ord. ab epi. qui renun. episc. c. 1. & 2. de cler. cõiug. sane 2. de cler. pug. in duello c. 1. ad idẽ ĩ. de æta. & qual. c. vnico. de fil. presby. c. 1 cum multis sim. & hoc vltimum credo: & communiter obseruatur s̃m Host. qui hoc not. de temp. ordi dilectus in fine mag. gloss. & Gul. in Specu. tit. de legato §. antepen. in princip ipse tamen Hostien. not. contrarium de statu regu. quòd Dei timorem. 1 tamen posito quòd de iure

1 Sequit̃ Anch c. 1. de fi. p̄sb. ad iura q̃ nisi d̃ episcopo loquuntur supplet cũ capitulo: quia dispensatio est d̃ maiorib. negotiis: sed primã opinionẽ tenet consuetudo. Dominicus.

res, cum his, qui huiusmodi [a] subiectas [b] † sibi ecclesias obtinent [c], vel obtinuerint in futurum, dispensare possint libere, quòd vsque ad septéniũ [d] litterarum [e] studio insistentes promoueri minime teneantur, nisi ad ordinẽ subdiaconatus [f] dumtaxat: ad quem infra prædictum annum recipiendum (ne sicut à multis de Christi [g] patrimonio sublimatis olim factum esse dignoscitur [h], à statu retrocedere [i] valeant clericali) omnino astringi volumus: & nisi receperint, pœna [k] contenta in dicto concilio, eo ipso percelli. ¶ Porro septennio prædicto durante, ijdem episcopi & superiores sollicite prouidere procurent, vt per bonos & sufficientes vicarios † ab eis in huiusmodi ecclesijs deputandos, animarum cura diligenter exerceatur [l]: & deseruiatur laudabiliter in diuinis: quibus de ipsarũ ecclesiarum prouentibus, necessaria congrue ministrentur [m]. ¶ Elapso vero dicto septennio [n] †, hi, cum quibus fuerit (vt præmittitur) dispensatum, ad diaconatus, & presbyteratus ordines infra annũ se faciant promoueri: alioquin [o] extunc dictam pœnam [p] (nisi iusta de causa id omiserint) ipso iure se nouerint incursuros.

¶ Idem.

¶ *Quattuor dicit: Primo, quòd ad pœnam priuationis rectoris parochialis ecclesiæ non promoti, requiritur, quòd annus integer sit completus. Secundo, quòd annus ille non currit iuste impedito: Tertio, quòd post priuationem, ecclesia eidem conferri non potest: Quarto quòd non promotus, si eo animo receperat ecclesiam, vt fructus anni perciperet, tenetur ad restitutionem ipsorum: Et qui ea mente contulit, ecclesiam seruare debet indemnem. Ioan. And.*

e ¶ Confirmetur.] aduerte, quia in isto casu, & in casu ī. eo. §. sane. & §. seq. non credo, q ante cōfirmationem administrare possit. Et est mirabile: quia si est electa à duplo maiori parte: ergo à maiori. ergo vr q ante cōfirmationem administrare possit. ī. eo §. si uero. Item si minor pars se opponit: multo fortius vr, q administrare possit, q̄ qñ se maior pars opponit vt inf. sequitur. Sed non mireris: quia in istis casib. non differtur confirmatio propter obiecta: & ideo non administrabit ante confirmationem, sed in illis differtur: & ideo ante confirmationē administrabit iuris permissione: & q hoc sit uerum, probo: quia q electus ante confirmationem administret, est contra iura. ī. eod. qualiter. & c. nostri. in antiq. à quo iure antiquo dico recedendum, nisi inquantum permissum inueniam: in alijs ius antiquum seruabo. ut in si. c. ad hoc. ī. de translat ca. ult. vbi ad maiorem transire permittitur, sed non ad parem.

ADDITIO. Vide quod ibi dixi super glo. 4. Io. And.

f ¶ Benedictio.] si abbatissa fuerit. ī. eo. §. sanc. in fin.

g ¶ Eiusdem.] scilicet minoris numero.

h ¶ Non obstante.] expone ut supra.

i ¶ Præclusa.] sup. eo. §. uerum.

K ¶ Præmittitur.] sup. eod. §. si ueso. f. sine strepitu & figura iudicij.

l ¶ Differatur.] hæc est ergo ratio quare administrat, vt sup. dixi. Io. And.

m ¶ Interim.] nota pro his quæ sup. dixi.

n ¶ Prædicitur.] in dicto §. si vero. f. q bona non alienet: nec aliquam in Monialem recipiat quoquo mō.

o ¶ Litis euentum.] qui dubius est. ff. de pecul. quod debetur.

[Gl.seq. facit duas æquiparationes: & soluit, quare tertio casu etiam non fit æquiparatio.]

p ¶ Expectare.] No. q electio facta per formam scrutinij à duplo maiori parte, & electio facta per formā cōpmissi, cui minor pars cōuentus se opponit, sūt paria qa ī eis statim fit cōfirmatio, cōdictione partis ulterius, uel exceptione, vel appellōne nō obstāte, & post possessionē adeptā vtrobiq: admittitr accusatio vel denūciatio. Itē electio facta a maiori parte p formā scrutinij: & facta p cōpromissū, cui maior pars se opponit, sunt paria: qa vtrobiq; differt cōfirmatio: & iterim administrat, exceptis qbusdā casibus: sed electio facta per formā scrutinij à minori parte conuentus, & facta per formam compromissi, cui duplo maior pars cōuētus se opponit, non sunt paria: quia prima non ualet ipso iure: nec ratificatur p consensum: secunda posset valere. Etiam si omnes dissentirent. sup. c. causam. sed non administrat electus: sed litis euentum expectat. Si quæratur quare ius diuersum in forma scrutinij, & forma compromissi: satis patet per se solutio: quia in secundo casu omnes consensisse videntur: eo q compromiserunt: ī. eo. in ant. in causis. uer. propter quod. quod non est in primo. per formam enim compromissi, etiam vno contradicente procedi non potuit. ī. eo. in ant quia propter. Ac quę igitur fuit ratio in eis diuersum ius statuens.

q ¶ Porro.] quarta pars.

r ¶ Præmissa.] quia non in electione, quæ per formā scrutinij à principio, uel per accessum facta reperit a duabus partibus: nec in electione quæ facta fuit per formam compromissi, cui minor pars se opponit.

[Glo.seq arg. pro opi. & respondet.]

s ¶ Ad sedem Apostolicam.] No. arg. pro opinione Guliel. Duran q decret. vt circa. non habeat locū: nisi in appellationib. interpositis ad Papam. Sed contrarium dixi sequendo Gar in prædicta decre. vt circa. f. q in omnibus appellationibus locum habeat: & dico q decre. ista hic respicit c. sequēs. quod loquitur de decr. cupientes. quæ locum non habet, nisi in appellationibus ad Papam interpositis.

t ¶ Formam.] f. q exprimat omnia & singula, quę in formam uel personam intendunt obijcere: & singulariter & clare. sup. eo. procurator. & quod iuret secūdum formam ibi contentam. Et est pœna quòd super non expressis non audiantur, nisi ex certa causa, ut ibi patet.

a ¶ Lug-

cilio Lugdunensi [a] diligentius seruare teneantur. ¶ Sed cum eas [b] propter sexus verecundiā [c] †, suæque conditionis statum [d], non deceat [e], nec † ipsis expediat [f] publico cœtui demonstrari; aut extra sua monasteria euagari [g]: nolumus quòd electæ vel etiam eligentes, aut appellantes, seu hæ, contra quas appellatum [h] fuerit, ad eandem sedem personaliter [i] veniant quoquo modo. Sed procuratores sufficienter instructos [k], iuxta constitutionem [l] præmemoriæ Nicolai Papæ tertij, prædecessoris nostri, ad sedem ipsam transmittant: per eos electionum, ac appellationum, & postulationum suarum prosecuturæ negotia, prout iustitia suadebit: pœnam [m] in dicta constitutione contentam ipso iure, si hoc non fecerint [n], incursuræ.

¶ *Ponentes vel nutrientes discordiam in electione Monialium, ipso iure sunt excommunicati. h.d. Ioan. And.*

¶ Postremo [o] † hi [p], quos ad dirigendas in huiusmodi electionibus Moniales easdem deinceps [q] contigerit euocari, ab his prorsus abstineant, per quæ inter eas super faciendis ipsius electionibus oriri possit discordia, vel exorta nutriri [r]: aliàs eo ipso excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere [s].

¶ *Hæc constitutio locum habet in Monialibus regulariter viuentibus, & in canonicis sæcularibus: hoc excepto, quòd non debeant nisi professæ eligere vel eligi; quod non potest sibi vendicare locum in canonicis sæcularibus: per hoc tamen Papa non approbat statutum dictarum canonicarum sæcularium h.d. Ioan And.*

¶ Supradicta [t] siquidem nedum in monasterijs, in quibus sunt Moniales viuentes sub aliqua de religionibus approbatis [u] †: sed etiam in illis, vbi sunt iuxta quarundam prouinciarum [x] consuetudinem mulieres, quæ nec proprijs renunciant, nec professionem faciunt regularem, sed viuunt vt in sæcularibus ecclesijs canonici sæculares, volumus per omnia obseruari: eo, quod supra [y] dicitur, duntaxat excepto, vt non eligantur, nec eligant non professæ: cum in ipsis hoc locum sibi nequeat [z] vendicare: per hoc tamen eorum statum, ordinem, seu regulam nolumus, nec intendimus approbare.

¶ *Iura de virorum electionibus tractantia per hoc capitulum non sunt mutata. hoc dicit.*

¶ Ad hæc [a] licet præmissa, quæ in multis [b] à iure cōmuni discrepare noscun-

a ¶ Lugdunensi.] vt sup. eo. vt circa. Ioan. And. [Glo. seq. dicit vnde sumpta fuerit pars illa]

b ¶ Sed cum eas.] §. iste tractus fuit ex gl. Gar. posita s. eo. cupientes. circa prin. super verbo, regulariū. vbi dicebat Gar. ꝙ satis credebat de mente conditoris nō fuisse, ꝙ feminę irēt ad curiā: videbatur tñ per verba, quòd ire tenerentur: quia in masculino genere cōprehendit femininum. ff. de leg. 2. si ita scriptum sit. 17. q. 4. si quis suadēte, coniuncto cū decre. sup. de senten. excō. mulieres. Item per iura antiqua in abbatissam electa, personaliter suam electionē prosequi poterat. s. de rescrip. in antiq. cum dilecta. & qđ fuerit illa mēs cōditoris, probat p decr. s. de sen. excō. de Monialib. 18. q. 2. pernitiosam, & de cohabi. cleri. per totum, de sta. mon. ca. vlti. §. fin.

† De effectu verecūdiæ vide hic per Anchara.

† In quodam manuscripto ta: nec expediat, ipsis publicis demōstrari spectaculis: aut, &c.

c ¶ Verecundiam.] nota meliorem conditionem mulierū. ad idē. j. de iud. mulieres. In quibusdā vero deterior est; qđ dic vt s. de pæni. & remi. c. noua q̄dam.

d ¶ Statutum.] regularem scilicet: & sic duo concurrunt.

e ¶ Deceat.] secundum honestatem.

f ¶ Expediat.] secū dum vtilitatem. sup de voto: & vot. red. magnæ.

g ¶ Euagari.] j. de statu. reg. c. vnico. & concor. C. de ijs qui ve. æta. impe. l. 2.

h ¶ Appellatū.] quæ venire tenebātur secundum formam decr. cupientes.

† Vide cōcil. Trid. supra citatū in hoc cap.

i ¶ Personaliter.] in hoc ergo solo, s. in personali aduentu locum non habet decre. cupientes. aliàs vero bene.

K ¶ Sufficienter] s. cum omnibus actis, iuribus & munimētis ad causam spectātibus. sup. eo. tit. in decre. cupientes. §. quod si per viginti.

l ¶ Constitutionem.] sup. eo. cupientes.

m ¶ Pœnam.] s. ꝙ electæ si infra tempus debitum procuratorem non miserint, sint priuatæ omni iure sibi per electionem quæsito: si autem miserint, sed non cum actis, iuribus, & munimentis sufficienter instructum: pro illis exhibendis alibi quàm apud sedem Apostolicam, nisi ex iusta causa, dilationem aliquam non habebunt: Eligentes, appellantes, vel opponentes quo ad se à totali sunt exclusæ persecutione processus: ita quòd per hoc electis nullum p̄iudicium generetur. Hęc & alia habes in prædicta decret. cupientes.

n ¶ Hoc non fecerint.] s. procuratorem non miserint: vel non sufficienter instructum.

o ¶ Postremo.] quinta pars.

Mulier seminans dīscordiam inter Moniales sup electione facienda excōicationem incurrit.

p ¶ Hi.] puta religiosi viri. 63. distinct. obeuntibus. vel consiliarij, vel discreti viri ad hoc vocati. Et qđ dicit hi, dic vel hæ: quia si religiosas vel discretas mulieres ad hoc vocarent, ipsæ tenentur hac cōstitutione, & facit ꝙ dixi supra §. proxi. supra eodem tit. generali.

q ¶ Deinceps.] respicit enim futura.

r ¶ Nutriri.] nota ista duo paria esse, ad idē de priuileg. cum & plantare, in principio.

† al. ita: sed & in illis etiā, vbi, &c.

s ¶ Subiacere] nota nouū casum: in quo quis excōicatus est ipso iure; & credo ꝙ episcopi tales possūt absoluere; cum Papa sibi non reseruauerit absolutionem. supra de sent. excom. nuper. & adde quod dixi supra eodē tit. sciant cuncti. Ioan. And.

t ¶ Supradicta.] hic sexta pars.

u ¶ Approbatis.] j. de reg. dom. religionum.

x ¶ Pronunciarum.] vt in Theutonia. & vide quod nota. Ioan. 12. quæst. vlti. capit. vlti. & Ber. supra de maio. & obedien. dilecta. in gloss. penult.

z ¶ Supra dicitur.] scilicet in prima parte capituli.

z ¶ Nequeat.] propter facti impossibilitatem: cum non profiteantur, necesse est quòd eligitur, & eligant non professæ.

a ¶ Ad hæc.] septima & vltima pars.

b ¶ In multis.] vt in electione ꝯfirmanda, exceptione aliqua nō obstāte, in administrādo ante ꝯfirmationē,

in rece-

in recedendo à cōsensu post publicatum scrutinium, & secutam electionem: & in multis alijs.

ADDITIO. Dic plenius ꝙ specialia huius constitutionis sunt decem: Primū de ætate illius, quæ in prælatam eligitur. Secundum, ꝙ appellatio duobus casibus nō deuoluit; nec impedit officium cōfirmatoris. Tertium, quòd post electionē accedūt eligētes ad electā ab alijs. Quartū, quòd duobus casib. exceptio vel cōtradictio non recipitur: & post possessionem admittit actio. In hoc vide ꝙ dixi in hoc pñ̄ti capit. §. verum. super vlti. gl. Quintum, quòd in duob. casibus ꝓcceditur sine strepitu & figura iudicij: sed hoc hodie ī alijs electionibus cōe ꝑ clemen. dispendiosam. de iudi. Sextum, qđ ante confirmationē electa in duobus casibus administrat cū certa moderatione. Septimum, quòd electio per minorē partē numero facta ex fictione aliqua valere nō potest. Sed hoc commune religiosis nō Mendicantibus. s̃. eo. tit. & li. quorūdam. §. circa. Sed in hoc posset esse strictior specialitas: ꝗa cū in religiosis Mendicantibus maribus non habeat locum ille §. circa. vt ibi dixi in prima glo. haberet tamen in fœminis locum iste §. si qua. Octauum, quod non fit collatio zeli & numeri. Nonum, quòd quo ad personalem comparitionem non arctat decret. cupientes: electas, eligentes vel opponentes. Decimum, de pœna vocatorū ad instruendū, qui discordiam seminant vel nutriunt. Et per prædicta cōiuncta textui, videre potes, quomodo in aliquibus est deterior, & in aliquib. melior, & in alijs æqualis cōditio marium & feminarum, de quo satis in Spec. de procu. §. 1. versi. addenda sunt hæc. Ioan. And.

† In manuscriptis ita, ex certis causis & rōnabilibus, &c.

† al. extitit.

† al. maneans.

tur, circa electiones in quibuslibet mulierum monasterijs faciēdas † ex certis causis rationabilibus specialiter duxerimus statuenda: Intentionis tamen nostræ nequaquam extitit [a] †, per illa quo ad electiones in alijs virorū monasterijs, vel quibusuis ecclesijs celebrādas, aliquid immutetur: sed iura præcedentia in sua omnino remaneant † firmitate [b].

¶ Idem.

¶ Si ordinarius post recessum appellationis interiectæ ad curiam, in causis electionum episcopatuum, non inquisito an priuitas interuenerit, procedit, confirmat, vel consecrat: prædicta non tenent: & ipse ab episcoporum confirmatione & consecratione suspensus est per annum. Dominicus.

CAP. XLIIII.

PRouida consideratione generale concilium Lugdunen. [c] concessit [d], vt ab appellationibus in iudicio, vel extra iudicium [e], ad sedem [f] Apostolicam in electionum episcoporum, & eorum superiorum [g] negotijs interiectis, per quas ad sedem ipsam, eadem negotia deferuntur [h]: partes [i] (nulla interueniente prauitate) recedere valeant, antequam ipsi sedi Apostolicæ † appellationes eædem fuerint præsentatæ: sed inferiores iudices, quorum est (appellatione cessante) negotiorum cognitio eorundem: si † in hoc prauitas intercesserit, ante omnia diligenter inquirant: & si eam intercessisse repererint, se non intromittant vllatenus de eisdem: sed præfigant ipsis partibus peremptorium terminum cōpetentem, quo cum actis & munimentis suis Apostolico se conspectui repræsentent. ¶ Verum [k], cum nonnulli concessione huiusmodi abutentes [l] †, suam (inquisitione [m] præfata omissa) cognitionem in eisdem negotijs [n] interponant: ad confirmandas electiones, & consecrandos electos

electionem: ipse debet primo inquirere, an fuerit recessum ab appellatione cum prauitate simoniaca.

CASVS. Dicitur inter cætera in dict. c. quamuis, ꝙ superior ad quem pertinet confirmatio electionis, à qua fuit appellatum ad Papam: si appellās recessit ab appellatione sua, debet superior inquirere, an fuerit recessū ab appellatione sine prauitate simoniaca: Ponamus, ꝙ superior cōfirmat electionem sine tali inquisitione, an valeat cōsecratio postea secuta? Rñdet quòd non: immo talis ordo est substātialis ipsius cōfirmationis: videlicet quia requiritur quòd ꝑmittitur illa inquisitio. Sed vtrū confirmans puniatur, eo quòd cōfirmauit & consecrauit nō ꝑmissa tali inquisitione: Dicit ꝙ sic: nā si confirmauit & consecrauit, est suspēsus ꝑ annum cōtinuum à confirmatione & cōsecratione episcoporum suorum suffraganeorum. (Verum cū nōnulli.) Hucusque ponitur tenor illius c. quāuis. nunc ponitur prouisio & constitutio super inquisitione. puniatur. Et sic quis punitur in eo in quo deliquit. Heli. Reg.

† Dictio, Apostolicæ, deest in antiquis codicibus.

† al. ita: an i hoc, &c.

† Nota ꝙ vbi iudici daē iurisdictio sub certa forma exercēda: si ꝓcedit illa forma omissa, nō valet ꝓcessus, vide gl. in cle. de iure patro.

a ¶ Extitit.] aliàs existit.

b ¶ Firmitate.] quòd fauorabile & expediens est. sup. eo. tit. cum expediat.

PRouida.] Primo ponit ius antiquum: Secundo ipsius transgressionem: ibi, Verum. Tertio prouisionem pœnalem: ibi, Nos. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c. præsupponendum est qđ habetur in c. quamuis. s̃. eo. isto volumine: vc3, ꝙ si in cā electionis fuerit appellatum ad Papam, pōt appellans renunciare suæ appellationi, & valet renunciatio: dumtamen renunciet sine prauitate simoniaca. Insuper dicitur, quod si appellans recesserit ab appellatione sua, antequam superior immediatus cōfirmet

c ¶ Lugdunen.] s̃. eo. tit. quamuis. Io. And.

d ¶ Concessit.] quia id prius per Alex. ꝓhibitum fuerat, vt ibi dixi.

e ¶ Extra iudiciū.] latior est ergo ista qđ cr. & illa. supra eo. ti. quamuis. quàm illa sup eo. tit. vt circa. quæ locum habet solum in appellationibus extra iudicium interpositis. sup. eo. tit. constitutio.

f ¶ Ad sedem apostolicam.] in alijs secus, cum cautum non reperiatur.

g ¶ Superiorum.] archiepiscoporum, patriarcharum, & primatuum.

h ¶ Deferuntur.] nam frustratorie non deferuntur. sup. eo. quamuis. licet olim secus, vt ibi.

i ¶ Partes.] ergo altera pars tantum hoc non posset, quod dic vt dixi sup. eod. quamuis, & sequentia expone etiam, vt ibi exposui.

k ¶ Verum] secunda pars.

l ¶ Abutentes.] & sic priuilegium vel concessionem amittere debuerunt, vt sup. de priuile. tuarū. de sent. excommu. cum illorum. &c. contingit. 11. q. 3. priuilegium. cum sim.

m ¶ Inquisitione.] s. an in illo recessu interuenerit prauitas necne.

n ¶ Negotijs.] s. episcoporum electione, & suorum superiorum.

a ¶ Ex-

temere procedendo: Nos super hoc expressius [a] prouidere volentes; confirmationes & consecrationes [b] huiusmodi, & quoscunque processus alios, quos inquisitione præmissa non habita, contigerit de cætero in talibus negotijs attentari: decernimus nullius penitus existere firmitatis [c]: & confirmantes & consecrãtes eosdem (vt in eo, in quo [d] peccauerint, puniantur [e] †) ab episcoporum confirmatione, ac consecratione, per annum continuum [f] ipso iure fore suspensos [g].

a ¶ expressus.] hoc dicit ex eo: quia satis erãt nulla, quæ per illos fiebant per ipsam decret. quãuis, quia satis est legislatorem aliquid prohibuisse: & si nõ adijciat, quod cõtra factum fuerit, non valere. C. de legi. non dubiũ. & expressius etiam propter pęnã, quam addit.

ADDITIO. Vnde dicit Ioan. Mon. ꝙ licet infra dicaт, de cætero, tñ ante hoc c. ita fuerat diffinitũ, vt hic dr̃ in facto Ciuitatẽ. Io. An.

Cõfirmatio pce cõsecrationẽ.

b ¶ Cõsecrationes.] cõsecrationẽ enim præcedere debet cõfirmatio: aliàs nõ valet cõsecratio. s̃. de do. & contu. cũ olim D. hic autẽ cõfirmatio nõ præcessit: q̲a idem est non esse, ꝙ nullũ esse. s̃. de trãsla inter corporalia. patet ergo, ꝙ nõ tenuit consecratio.

† Vide l. ff. de diuor. ipt in & Bar. ĩ l. ptor ait. §. hoc q̃; ĩterdictũ ff. de no. oper. nũt.

[Glo. seq. primo soluit vnum dubiũ: secũdo quærit. arg. ꝓ, & cõtrariũ soluit.]

Cõsecratio nulla nõ vitiat electionẽ pri' factã.

c ¶ Firmitatis.] electio tamen propter hoc nõ vitiatur, sed de nouo petetur confirmatio coram Papa: non coram illo, qui prius confirmauerat: quia suspensus est per annum cõtinuũ a confirmationibus episcoporum, vt sequitur. & s̃. eo. tit. si confirmationem. quam explicare potes ꝑ istam: vt ibi dixi. sed si reperietur electio canonica, de nouo confirmabitur, vt supra dixi: Sed numquid de nouo cõsecrabitur? Et videtur ꝙ sic, per istam litteram: Credo, ꝙ cum character impressus fuerit 1 aĩæ ad instar epĩ ordinantis, quẽ ordinare non poterat, puta nõ suũ subditum, verus episcopalis ordo collatus fuerit, sed non eius executio: & sic intelligam consecrationẽ esse nullius firmitatis quo ad executionem. ad idem 9. quæst. 1. c. 1. & c. ordinationes. & q. 2. c. 1. & c. epm̃. s̃. de temp. ord. quod translationem. secundum hoc ergo illius ordinis sibi tradetur executio. facit quod not. de renun. post translationem. ad fi.

1 An in ordine epãli imprimatur character tradũt laté docto. theologi. li. 4. sent. di. 24. ad. de Turrec. in c. cleros. 21. d. & in c. eps. 23. dist.

[Glo. seq. soluit dubium.]

d ¶ In quo.] propter hoc dico ꝙ si solum confirmauit, a confirmatione tantũ suspensus est: si cõsecrauit & confirmauit, suspensus erit ab vtraque.

ADDITIO. Si vero neutrum facit, licet processerit: a neutro sit suspensus. Ioan. And.

e ¶ Puniantur.] supra de tempor. ordi. litteras. cũ si. Ioan. And.

Glo. seq. soluit dubium.]

f ¶ Annum continuum.] credo ꝙ a die confirmationis incipiet annus suspensionis a confirmatione; a die consecrationis annus suspensionis a consecrationib.

ADDITIO. Archidiaconus cautius loquitur, qui dicit ab hora. alleg. supra de appellat. super eo 2. vide quod dicam j̃. de præben. statutum super. glo. est ergo. Ioan. And.

g ¶ Suspensos.] repete. decemimus. quod est supra.

SI eo tempore.] Fraudulenta renunciatio spectãdi nocet. hoc dicit. Duo facit. Primo forma casum dubium, quem secundo soluit: ibi. Præsenti. Ioan. And.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauensi, canonici cõuenientes in vnum super electione futuri Prælati: quendam Titium elegerunt: Papa putans adhuc ecclesiam vacare, reseruauit ecclesiam Pictauen. suæ prouisioni ꝑ illa vice: & inhibuit canonicis cum decreto irritãte, ne ipsi procederent ad electionẽ: Vtrũ ꝑ istã reseruationem retractetur electio prius facta? Respõdet ꝙ non: Sed si electus adiuit superiorem immediatũ: & consecutus est confirmationem suæ electionis: an teneat confirmatio? Dicit ꝙ non: nam, licet electio non sit nulla, tamẽ omnia quæ sequũtur illã reseruationẽ, sunt nulla ipso iure: Ideo si electus velit habere ꝯfirmationẽ, & consecrationem: opus ẽ, ꝙ adeat Apostolicã sedem ꝑ habenda cõfirmatione & consecratione.

¶ Idem.

¶ Si Papa sibi prouisionem ecclesiæ cathedralis reseruauit, inhibuit, & decreuit: non est vitiata electio, quæ præcesserat: omnia tamẽ quæ reseruationem sequuntur, carent effectu. Ioan. And.

CAP. XLV.

SI eo tempore [h], quo prouisionem † alicuius ecclesiæ cathedralis [i], ex quauis causa [k], dispositioni, seu ordina-

[Prima glossa ponit summam, quid causam dedit, & q̲d declaret.]

h ¶ Si eo tempore.] Si Papa sibi prouisionẽ ecclesiæ cathedralis reseruauit, inhibuit, & decreuit: nõ est vitiata electio, q̄ præcesserat: omnia tñ, quæ reseruationẽ sequuntur, carẽt effectu. causã dedit huic decret. q̲a vacante ecclesia Bonõ. per mortẽ bonæ memoriæ domini Octauiani ipsius ecclesiæ episcopi: infra biduum canonici de reseruatione timentes, elegerunt bonæ memoriæ Dominum Sclatam 2 fratrem suum: postmodum Papa Bonifacius audiens de morte O. reseruauit, inhibuit & decreuit: post triduum audiuit de electione facta de domino Sclata prædicta: satis gratum habuit: sed ab ad stantib. iurisperitis q̄siuit, an ad ipsũ, an ad archiepiscopum ipsius electionis spectaret cõfirmatio, quod hic determinat: & determinatur ꝑ hanc decretalẽ quæ not. supra eo. in antiq. innotuit. in fi. Io. And. [& vide quod dixi super glo. penul.]

† No. ꝙ verbum. prouisio. ĩducit totalẽ ꝓuisionẽ ecclesiæ: & sic electionẽ & cõfirmationẽ. vide gl. in cle si. eo. tit. Do.

2 al. Sclatam.

[Glossa sequens quærit, arguit pro, & contra. & soluit.]

Reseruatio dignitatis ĩferioris ab epõ, ĩteruenienS post electionem, an afficiat ea, q̄ sunt ipsi' electionis cõsecutiua.

i ¶ Cathedralis.] Quid de inferioribus? Videtur, quòd in eis locum non habeat: quia si de eis voluisset intelligi: illud expressisset. supra de decimis, ad audiẽtiam. & ad hoc faciunt omnia argumenta, quæ inducuntur a verbis: Contra videtur, quòd idem sit in alijs, cum eadem sit in eis ratio, ergo idem ius. & est simile quod dixi supra eodem titulo, ex eo, quod satis potest dici, quod esset standum litteræ, vt in cathedralibus tantum locum habeat decret. nec est verum quod sit, eadem ratio: quia causæ episcopatuum sunt merito connumerandæ maioribus causis supra eodẽ quamuis. in principio. quod non est in alijs: & ideo licet iurisdictio Papæ sit præuenta: tamen propter maioritatem suam deferentur ad Papam: in inferioribus vero, quæ non sic connumerantur, maioribus sufficiet præuẽtio 3: vnde ex quo præcesserat electio reseruationem, poterit quicquid faciendum imminet per ordinarium] expediri: aliàs graue esset, quòd propter reseruationem, quæ electionem alicuius beneficiati sequitur, necesse esset pro confirmatione Papam adire. nec hic æquiparabo regulares cathedralibus, sicut nec supra eodem lib. quamquam. licet æquiparentur supra eodem, si postquam. vnde si post confirmationem abbatis fiet reseruatio ante benedictionem: benedicet ordinarius: hæc vera, nisi Papa aliud in reseruatione iussisset: & sic non habilitabo verba: nec recedam a littera.

3 Ita exp̃sse dicit Phi. Fon.

k ¶ Ex quauis causa.] ex sola etiam voluntate: sibi enim sola voluntas est pro ratione. de conces. p̃b. proposuit: cum suis concord.

tioni sedis Apostolicæ reseruamus [a], inhibentes, ne ad electionem vel prouisionem [b] faciendam in ea quomodolibet procedatur, & decernentes si secus super hoc à quoquã scienter vel ignoranter [c] attentatum extiterit, irritum & inane: iam [d] ad electionem forsitã sit processum in ipsa: Præsenti constitutione sancimus, quòd licet reseruatio, inhibitio, & decretum [e] huiusmodi non afficiant electionem vel alia [f], quæ præcedunt: afficiunt † tamen vt effectu [g] careant ea, quæ postmodum [h] sub sequuntur.

¶ Idem.

¶ *Absens plures procuratores ad actum electionis dare potest in solidum, & non aliter: & in altero admittendo ponit tres gradus: hoc dicit vsque ad §. porro. Dominicus.*

CAP. XLVI.

SI

a ¶ Reseruamus.] has reseruationes legati etiam de latere facere non possent. infra de officio lega. de liberatione. in prin.

Gloss. seq. quærit, & soluit.]

b ¶ Prouisionem.] puta faciendã ex iure deuoluto. s. eod. quamquam. Nũquid sola reseruatio sine ĩhibitione sufficeret? Credo q non ad cassationẽ. s. de p ben. dilectus. puniẽdi tñ essent q elegerunt, postquã reseruationem. sciuerant esse factã. vt ibi. & j. de cõces. pb. si. soli, p quã decre. vr, q inhibitio bene sufficiat sine decreto. hoc verũ ad casãdũ ea. q sciẽter post ĩhibitionẽ sunt facta: sed ad hoc vt ab ignorãtib. facta vitiẽt necessariũ vr decretum, vt hic.

ADDITIO. Nõ sto pcise huic dicto. s. q sola reseruatio sine inhibitione sufficiat ad cassationẽ: nec credo, q curia illud reciperet: vt reseruatio aliqd operetur: facit q not. j. de conces. præb. si capitulo. in 3. glo. Si tñ bene ponderatur illa decret. facit pro glo. scilicet, q saltem ante tempus scientiæ reseruatio nõ afficiat: nam datio executoris ad ꝓuidendum, satis vr habere vim reseruationis: nec tamen sine decreto afficit ante præsentationẽ vt ibi, & s. eo. lib. de rescri. tibi qui & plus afficere debet cum quæritur de iure alterius, pro quo Papa scribit, quàm ex nuda reseruatione in qua ius nõ est alteri acquisitum. j. de præbẽ. dudũ facit pro gl. stylus curiæ semper submittẽs hãc clausulam. cum de reseruatione fit sermo: & dec. j. de præben. si beneficia. in prin. Ioan. And.

Reseruatio cr̃a sine decre. an afficiat ignorantes.

c ¶ Ignorante.] nota, q decret. ignorantes afficit: sed notare potes contrarium: si enim ignorãtes afficeret, quare hic additum fuisset, vel ignorante: supflua secundum hoc videretur hæc littera. In decreto Papæ dicimus, quòd ignorantes afficit. j. de conces. pręben. quia cunctis.

[Glo. seq. quęrit, & soluit.]

d ¶ Iam.] s. ante tempus, quo facta fuerit reseruatio. Quid si eadem die facta fuerit reseruatio & electio? Dico, q si potest apparere quæ primo: puta per instrumẽta electionis & reseruationis: puta si in eis dicatur de die & hora, vel per testes, qui prædictis interfuerũt hic nullũ dubiũ, Si autẽ hoc nullo modo põt apparere, dico negotium ad Papam deferendum, vt sua volũtate determinat: per decret. s. de rescri. c. penul. eo. lib. cum enim hic de iure Papę quæratur, quod dubiũ est, nõ poterit inferior ipso ratificare: & hoc cum reseruauit tantum: sed si reseruasset & cõtulisset, pręferr datus a Papa in eo. casu. j. de præb. si a sede. Ioan. And.

Reseruatio & electio fiunt eodẽ die, q̃ illarũ sit potior

e ¶ Et decretum.] nota copulatiue, & non disiunctiue ponuntur: & facit pro his quæ supra dixi

f ¶ Vel alia.] si ergo confirmatio & consecratio pcessissent decretum, esset electi negotium expeditũ: Si autem sola electio, confirmatio, & consecratio ptinebit ad Papam: Si autem præcedat electio & confirmatio: tunc sola consecratio ad ipsum pertinebit.

ADDITIO. Cum enim ante consecrationem non sit prouisum ecclesiæ. de translat. c. 2. Papa reseruando prouisionem consecrationem reseruasse videtur, secundum Archi. Ioan. And.

g ¶ Effectu careãt.] si ergo ante reseruationẽ electus & post reseruationem confirmatus fuerit nõ valet cõfirmatio, etiã ab ignorantibus exhibita & recepta. Electio tamen propter vitiosam confirmationẽ nõ vitiar. s. eo. tit. si confirmationẽ. quam per hanc exemplificare potes. & adde qđ dixi s. eo. c. px.

† al. afficians.

[Glo. seq. colligit argumentum.]

h ¶ Postmodũ.] s. post reseruationem, inhibitionem, & decretum: Et argue ex hac decret. q si Papa prouidit alicui de epatu, alius q̃ Papa sine eius mandato illũ non poterit consecrare. arg. ad idẽ s. de accu. meminim⁹.

ADDITIO. Nisi aliud habeat cõsuetudo, vbi dixi p decre. s. e. in anti. nihil est. ad fi. Io. And.

SI quis iusto.] CASVS. Dicit in c. quia pp. eod. tit. in anti. q si quis ex canonicis ecclesiæ vacãtis sit absẽs, q ñ pt cõparere in die assignationis p electione faciẽda: põt vnũ ex canonicis cõstituere nomine & vice absentis: Sed ponamus, q iste absens plures pcuratores vult cõstituere, an possit? Rñdet q sic: dum tñ istos plures procuratores constituat insolidum: quia si illos cõstitueret simpliciter, ipsi cõstituti possent variare & eligere plures psonas. Sed quæritur, vtrum oẽs isti cõstituti in solidum admittentur, vel sit tm̃ vnus admittẽdus: & quis debeat pferri? Rñdet ppter rõnẽ pdictã: ne ipsi constituti possint eligere diuersas psonas nomine eiusdem, nõ sunt plures admittẽdi: sed erit melior conditio primitus occupantis. Sed ponamus, q oẽs cõstitui se simul præsentant, quis erit pferendus. Rñdet q erit in optione capituli quẽ velit admittere; & ille, quẽ admitteret capitulũ pferetur alijs. Sed qd si vna pars capituli vult admittere vnũ, alia pars aliũ & sunt in ęquali numero: quærir qs sit pferẽd⁹? Rñdet, q ille qui primo est nominatus in procurato. Sed ponamus, q aliquis absens constituit plures pcuratores simpliciter: vtrũ aliquis admittatur ad eligẽdum pro absente? Respondet q nullus debet admitti, quia nullus habet mandatum insolidũ, sed solũ vnus posset eligere simpliciter cũ alijs: & sic omnes posset variare & eligere diuersas psonas: ideo procuratoriũ nõ valet. Sed ponamus, q iste canonicus absens cõstituit vnum canonicũ: vtrũ iste constitutus possit vnũ eligere nomine suo: & aliũ nomine magistri sui? Rñdet, q non: quia non potest habere vnam cõsideratio nem nomine suo: & aliam nomine alieno. Et istud verum, nisi in procuratorio caueretur, q iste pcurator eligeret talem nomine magistri sui: tũc enim nomine suo posset vnum eligere: & nomine suo aliũ, si iste videatur magis idoneus. Sed quid si null⁹ ex canonicis vult admittere procuratoriũ: nunquid poterit aliũ extraneũ a collegio sine capitulo constituere? Rñdet q sic, cõsentiente capitulo vel collegio: sed dissentiẽte capitulo non potest. Sed numquid ad minus poterit absens mittere votum suum per litteras? Rñdet q sic: sed tamẽ non proderit tale votum: quia nullus debet exprimere votum suum ante scrutinium. Nota primo ex nominatione ius acquiri, đ quo remittit Archid. 93. dist. dominus. & supra qui fil. sint leg. p tuas. Nota secundo, q paria sunt, nõ constituere pcuratorem,

Casus literalis. dñi Helig

tem, vel constituere in forma prohibita a iure: & sic ꝯparens cum procuratore minus legitimo, videtur cōtumax, ad hoc. de appel. Nicolao. Domi.

[Prima glossa diuidit, casum ponit, & dicit quid declaret:]

a ¶ Si quis.] Hāc decretalē diuido ī tres partes: Prima durat vsq; ad §. Porro. Secūda vsque ad §. absens. Tertia vsq; ad finem. Aliquis iusto impedimēto detentus, in electionis negotio cōmisit pluribus vices suas: quęrit an valuerit commissio? Respondetur, ꝙ sic, dummodo insolidum dati fuerint, & erit melior tūc occupātis cōditio: si aūt nullus occupat, sed ambo simul concurrūt, admittetur ille, quē capitulū vel maior pars elegerit: si ắt capitulū non cōcordat, ille admittetur, q primo in instrumēto procurator extiterit nominatus. Et ratio quare alter solus admitti debet, est, quia possēt vota dirigere in diuersos. & sic res nō haberet exitū: & quod fieret, non valeret. Si autem nō fuerint dati in solidum, tunc neuter admittetur propter superiorem rationē: & sibi imputet, qui sic eos instituit. Secundo quæritur: aliquis dedit procuratorem in negotio electionis: ille procurator nomine suo eligit vnū, & nomine domini aliū eligit: quæritur an possit? Respōdetur ꝙ non, nisi de certa persona eligenda habuerit speciale mādatum. Tertio quæritur, pone canonicus absens non inuenit aliquē procuratorem in collegio: quæritur an possit dare extraneū? Et Rńdetur, ꝙ non inuito capitulo. Sed quæritur, an saltem votum suū possit exprimere per litteras? & respondetur, ꝙ non: quia votum in ipso scrutinio secreto & sigillatim tantūmodo est exprimendum: & non ante scrutinium. Emanauit hæc decr. ad declarationem decr. de electio. quia propter. §. penultimo. & eorum, quæ ibi notantur.

† In hoc c. declaratur Cōc. Late. sub Inn. iij. c. 24. in §. illud penitus. refert in c. quia pp. extra de elect.

† In Cōc. gnali Lat. sub Inno. iij. c. 24.

qui; [a] † iusto [b] impedimento detentus [c] in electionis negotio nequeat commode interesse: potest ne dum vni (prout dicitur in concilio [d] † generali) sed & pluribus [e] committere vices suas: dum tamen eorum cuilibet det insolidum [f] potestatem: & erit tunc [g] melior conditio occupantis [h]. ¶ Verum si ambo concurrant insimul, [i] & postulent se admitti, audiri eos non expedit: quia possent vota sua dirigere in diuersos, sicque res non haberet exitum: & quod ab eis hoc casu fieret, non valeret: sed is admittatur dumtaxat, [k] quem capitulum, vel pars maior [l] elegerit: [m] vel si concordare nequeant: [n] ts, qui primo † in instrumento, vel litteris procurationis extiterit nominatus. [o] ¶ Si autem nullus ipsorum insolidum fuerit deputatus, tūc propter [p] rationem eandem, ipsorum aliquis non debebit admitti: [q] sibique imputet, qui sic eos con-

10

20

30

d ¶ Concilio.] supra eod. in antiq. quia propter. Ista enim fuit dubitatio: quia ibi dicebatur, cōmittat uni de collegio.

ADDITIO. Sed effectiue vnus solus erit procurator. Ioan. And.

e ¶ Pluribus.] idē no. Vin. & compost. supra eo quia pp. & quod dicit, pluribus, intelligo siue duo fuerint, siue plures: dū tñ insolidum, vt sequitur: quia eadē ratio est.

f ¶ Insolidū.] aliter neuter admitteref. ĵ. eo. §. si autem.

g ¶ Tunc.] cū potestatem habet insolidum.

h ¶ Occupantis.] ſ. de procur. non iniuste. vbi de hoc.

i ¶ Insimul.] ita ꝙ nō apparet quis primo.

k † Dūtaxat.] idest, tantummodo, vnde isto electo alter omne ius amittit. & est sim. ſ. in antiq. de rescri. c. pen. quod verū credo, nisi in instrumēto diceref, meliorē non esse cōditionē occupantis, & qđ vnus incepisset, alter finire posset, arg. ad hoc in pdi. decr. in fi. & ĵ. de pc. si duo.

† trō. ga ex ordine verborū psumitur ordo īrellectus. de ꝯse. d. 2. ī Xpo pr. l. si seruus. cōis. đ sti. ser. c. qm abbas. de offi. dele. Font.

l ¶ Pars maior.] sic supra eo lib. de rescr. c. pen. ad idē 56. dist. Apostolica. de ele. in anti. cū inter canonicos. ff. ad muni. quod maior.

m ¶ Elegerit.] nec credo ꝙ variare possint: ut supra eo. tit. vt quis duas. de postu. supra eod. lib. c. uno. in fi. Ioan. And.

40

[Glo seq. soluit unum quare.]

n ¶ Nequeant,] quia nolunt eligere, uel pari numero discordant. Et nota ꝙ primo recurrendū est ad electionē capituli, scđo ad ordinē scripturæ: Tabelliones n. pponunt qđ volūt in instris, & ideo fuit ęquus primo recurri ad electionē capituli, p quā magis idoneus eligetur, ad hoc ĵ. de procu. si duo. ff. de accu. si plures. secundo ad scripturæ ordinem in subsidium.

[Glo. seq. alleg. concord. querit, & soluit.]

50

o ¶ Nominatus.] per ordinem scripturæ. concor. optime. ĵ. de præb. mandatum. ad idē 43. dist. sit rector. in fi. cum suis concor. & ſ. de rescri. in antiq. cū dilecta. cū suis concor. & facit. ff. de leg. 2. cum pater. §. penul. Quid si nō apparet, puta quia duo sunt instrumenta, nec apparet qđ prius. Puto ꝙ mutuo se impediant. ff. de vsufr. l. quotiens. & imputet sibi q sic eos ꝯstituit.

p ¶ Propter rationē eandem.] qui possent uota dirigere in diuersos, & sic res non habere exitum.

Canonicus ipeditus, q ad actū electiōis pcuratorē nō legitime ꝯstituit, an đ beat iterū citari.

[Gl. seq. quærit, & soluit, secundo signat contrariū, & soluit.

60

q ¶ Admitti.] Quid ergo? nūquid de nouo citabitur ipse canonicus? Non: aliàs quid sibi imputaret, vt sequtur? Idē enim est non venire, quod nō sufficienter venire, contumax ergo fuit & procedent ipsius socij ad electionē. cōtra ĵ. de procu. si duo. vbi dicitur, quod si in causis electionum sunt dati plures procuratores, sed non insolidum, iudex eliget idoneiorem, Sol. ibi loquitur de procuratore dato ad iudicia in causis electionū & postulationum vel prouisionum, hic de procuratore dato ad negotium, scilicet ad ipsam electionem faciendū. & ibi de iure iam nato, hic de nascituro, quod minus fauorabile est. & utrobique utilis p uisio ob celerem expeditionem.

b ¶ Iusto.] hoc relinquēdum est iudici, quia nec numerari possent: exēpla tamen habes. ff. si qs cau. l. 2.

[Gl. seq. soluit duo dubia, an constituens habet necesse iurare, & quibus verbis iuret.]

c ¶ Detentus.] & in loco existēs, de quo debeat euocari: aliàs locū non habet cōmissio. ſ. eo. in ant. q a p pter. §. penul. 1 Et de hoc impedimento si opus fuerit, fidem facere debet iuramento: vt ibi: unde non est de necessitate ꝙ iuret in instrumēto procuratoris, ipse dominus: sed cautū est, quòd det mandatum ipsi procuratori iurandi in animā suam, quòd ipse tali impedimento detentus est secundum omnes modernos, q hoc notant in decretali, quia propter. & est ratio, quia si capitulū requireret iuramentum, procurator iurare nō posset: nec præterea vlterius expectaretur: Fuit enim procurator minus sufficiens, & ideo sibi constituens imputet. ad hoc ĵ. §. si autem. nec debet dicere pcurator, dico dominū in loco, in quo debet vocari, iusto impedimēto detentū, quin ista sunt uerba iuris: sed dicere debet verba facti. f. dico dominū in tali loco, & tali impedimento detentum: puta tali infirmitate, vel talib. inimicitijs: & tunc si non admittatur, appellet: secundum Host. qui hoc ibi not.

1 De infirmo pnte tractat hic Arch. đ quo ibi satis sup gl pen. in princ. tenet ắt hic ꝙ possit pcuratorē constituere. Io. And.

ADDITIO. Dicebat ergo Ioan. Monach. si non assumatur vnus ex duobus, qui prosequatur electionem iam factã, hic imminet periculum: sed nullum periculum, si vnus de collegio non mittatur ad electionem faciendam.

a ¶ Indiscrete.] nõ enim dẽnt stulti melioris esse cõditionis quã periti. ĩ. de præben. eum qui beneficium.

b ¶ Porro.] Secũda pars: Hic approbatur opinio Vincent. & Compostel. s. eo. qa propter. & Abbatis eo. tit. in antiq. c. cõgregato. tamen Goff. & Hostien ibi notãt, quòd satis poterat dici valere, cũ in diuersos consentit: dũmodo neuter sit malus; quod falsum est, vt hic vides.

c ¶ Nihil agit.] Ratio: qa qua conscientia tenetur meliorẽ eligere suo nomine eadem ratione tenetur ad idem nomine dñi sui, ad hoc 45. di. sicut non suo. & inf. de reg. iur. ꝙ alicui & incerta videntur hæc vota. s. eo. tit. c. 2. quod dicit nihil agit: itellige, qa neutrũ votum valet: & est simile quod dicimus in delegato, qui subdelegationẽ recipit a socio. s. de offi. deleg. super questionum. in §. si vero.

[Glo. seq. dicit quid approbat, & quid reprobat: scd̃o quęrit & soluit: & solutioni obijcit & respondet. Iterum quærit & distinguendo respondet.]

d ¶ De certa.] nota approbatã opinionem Compostel. & Inn. & reprobatã opinio. Vin. qui dicebat s. eo. congregato. quòd non poterat fieri compromissum vel mandatum procuratori de certa persona: dicebat enim, ꝙ videbat̃ singularis electio, & sic nõ valebat. supra eo. in anti. in Genesi. Item talis commissio est cõtra conciliũ, quod requirit, ꝙ committat vicẽ suã: sed iste non committit vices suas. qui dat mandatum de certo eligẽdo: sed falsum ẽ, vt hic patet: & de hoc per Abbatẽ s. eo. congregato. Sed numquid procurator ad eligendũ datus poterit alium substituere? Dic secundũ Compost. ꝙ sic: 1 quia procurator est ad negotium; qui alium procuratorẽ dare potest. inf. de procu. c. 1. §. procurator. ff. man. si procuratorem. §. si quis mãdauerit. Est tamen arg. contra. inf. de off. dele. is cui & sup. de off. deleg c. vlt. §. is autem cui. Solu. illa loquuntur in iudicib. non in procuratore. Item quæro numquid procurator datus ad eligendũ, compromittere poterit? Dic secundũ Compost. ꝙ si liberum mandatum habuit compromittere poterit: quia id potest, quod dominus: si autem ad certã personam, tũc compromittere non potest: quia sola necessitatis forma, scilicet scrutinij, tunc intelligitur demandata. arg. ff. de pœ. licet. §. si seruus.

1 Verũ ẽ si hẽt mãdatum de certa pso na, secus si de ĩcerta. Fon.

e ¶ Illam.] certã personam, de qua habuit mandatũ expressum, & nota illam, quia aliam eligere non potest: quia faceret contra formam mandati supra de rescrip. cum dilecta, & ff. man. diligenter. & inf. de pręb. cui de non.

[Glo. seq. arguit, & remittit.]

stituit indiscrete a

¶ *Procurator ad eligendum constitutus, vnum nomine suo, & vnum nomine domini sui eligere nõ potest: nisi à domino de certa persona speciale mandatum habeat. hoc dicit.*

¶ Porrò b cum vnus est procurator simpliciter cõstitutus: si is vnum suo, & alium domini sui nomine in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit: c nisi de certa d eligenda persona si bi dominus dederit speciale mandatum: tunc enim in illam e eius, & in aliam suo nomine licite poterit consentire. f

¶ *Canonicus absens (licet nullus de capitulo eius procurator esse velit, & ipse procuratorem, qui non sit de capitulo, nolente capitulo deputare non possit) votum per literas exprimere non potest: cum cuiuslibet votum sit secreto, & sigillatim in scrutinio exprimendum. hoc dicit.*

¶ Absens g † quoque (licet nullus de collegio velit esse procurator h eiusdem, nec ipse, nolentem i capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per literas exprimere votũ suum: k quod non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio secrete & sigillatim tantummodo exprimendum. l

f ¶ Consentire.] not. arg. quòd habens speciale mandatũ, id potest quod aliàs nõ posset: ad idem. ĩ. de procu. c. 1. & vlt. & facit ad quæstionem, quam hoc anno disputaui: an delegatus ab alio, quàm a principe, habens speciale mandatum subdelegandi, subdelegare possit: & de hoc dicã. inf. de offic. delega. is cui.

[Glossæ duæ seq. cũ penul. dicũt quid approbat, & quid reprobat.]

g ¶ Absens.] hic in primo dicto ap̃probat̃ gl. Ber. supra eo. quia propter. in glo. penu. & omnium modernorum: idem ibi notantium: sed in secũdo puncto reprobatur eiusdem. Ber. opinio in eadem glo. & quasi Host. cõsentiebat, sed idem Inn. & Ber. & Compostel. cõtra. & eorum approbatur hic opinio, & intelligas hanc literam. de supradicto absente, qui compromittere potest: scilicet iuste impedito, & existente in loco, de quo, &c.

† Not. officiũ procuratoris a principio ẽ uoluntariũ, & sic non cõpellitur qs illud recipe, secus si illud acceptasset, ut de cle. de procu. Dñicus.

h ¶ Procurator.] dicebat Goffr. ꝙ putabat talem canonicũ indirecte contemni: Alij dicebant, quòd compelli debebat aliquis de capitulo. ut ab ipso mandatũ susciperet: sed nõ est verũ, a principio enim nullus compellitur procuratorẽ recipere. C. de procu. inuitus. Insti. mand. §. mandatum. Ioan. And.

i ¶ Nolente capitulo.] Si enim capitulum vellet: bñ tũc posset extraneũ deputare, sed inuito capitulo nõ: & sic debet intelligi decre. quia propter. extraneũ. n. etiam sine mandato admittere posset, & ibi præiudicare: & in extraneum etiam compromittere. supr. eo. in anti. causam. cum si.

k ¶ Votum suum.] Ber. contradicebat, ita tñ ꝙ publicatio ipsius uoti fieret tãtum cum aliorum fiebat publicatio: sed nõ inspexit, ꝙ non solum publicatio, sed etiam expressio in scrutinio tãtum fieri debet, ut sequitur.

ADDITIO. Et per hoc patet, ꝙ neque in littera aperta possit mitti schedula inclusa aperienda in scrutinio, continẽs nomen eius, in quem ille cõsentit: & licet Ioan. Mona. hoc dicat sub dubio forte, tu dicas assertiue. Io. And.

[Glo. seq. obijcit & soluit.]

l ¶ Exprimendũ.] nota, non sola publicatio inspicitur, sed etiam expressio. Sed ĩ. s. proxi. §. ubi exprimit votũ consensus ante scrutinium, dãdo s. procuratori mandatũ de certa persona eligenda. Solut. falsum est, ꝙ tunc exprimat uotum, sed mandatum dat de uoto exprimendo: sicut aliud est inuestire, aliud mandare de inuestiendo. de his quę fiunt a maior. par. cap. ex ore. Vnde aduerte, pone, quòd procurator, qui mandatũ habuit de certa persona eligenda, nõ eligit: ille electus fuit a quibusdam alijs, nũquid uox illius absentis & mãdãtis augebit numerũ illius, ut possit dicere, ꝙ electus sit a decẽ: quia nouẽ alegerunt, & decimus mãdauit de eo eligendo? Absit. Dico ergo quòd aliud est dicere, consentio in talem, & hoc debet fieri in scruti-

scrutinio & secreto, & sigillatim, vt hic, & tali modo consentit in spirituale matrimonium; & aliud est dicere, demãdatum Titio de tali eligendo: quia istud nõ est votum, nec per hoc contrahitur matrimoniũ: & ideo ante scrutiniũ fieri potest: vt ibi. Sic vides in matrimonio carnali, aliud est cõtrahere. aliud est dare mãdatum de contrahẽdo: hinc est, ꝙ qui cõtrahit, amplius non pænitet: sed qui mãdatũ dedit, pænitet ante contractum, ĩ. de ꝓcu. c. vl. sic ergo intelligas, nec similitudinem dicas, vbi nõ est. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ Si apparet coelectus vel se opponens ei, qui confirmationem petit: ille vocabitur nominatim: aliàs fiet in ecclesia crida generalis, quòd se confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio assignato: aliter confirmatio facta non tenet, Ioan. And.

Quoniam.] Hæc est solemnis decretalis. & quotidie practicatur. Diuidit autem in tres partes. Primo ponit ꝯfirmãtium abusum, quem prohibet cum decreto: Secũdo ponit vocationis formã, ibi, Vocationem. Tertio ad electionẽ cõcordem hoc prorogat: ibi, Quæ etiam.

CAP. XLVII.

Quoniã a electione b non in cõcordia c † celebrata, superior, ad quem electionis ipsius confirmatio pertinet d, consueuit interdum suæ confirmationis celeritate e, præferens f cupiditatem g propriam iuri h, & inordinatum effectum etiam æquitati, competitorem aliquando, vbi alius, vel eos, qui se volunt opponere, quando electus est vnicus i supplantare: dum nullis vocatis, & non discusso negotio k per repentinam confirmationem cito (contra doctrinã Apo-

† Quæ electio dicat concors. & q̃ nõ, no. in c. quorũdã. ĩ. eo. vide glo. in c. 1. ĩ. de maio. & ob. Barbatiã cõsi. 1. vol. 1. & late Alex. cõs. 48. inci. ĩ causa vertẽte. vol. 7

ADDITIO. Qui autem corrigat, non dico reprobet, videbis in glossa dicebamus. & super ea. Ioannes Andreæ.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauen. canonici illius ecclesiæ conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri p̃lati: tractatu inter se habito, quendã Titiũ elegerunt, & aliqui se opposuerunt isti electioni: vel fuerunt duo electi: vnus istorum electorũ accessit ad superiorem, & declarauit, ꝙ ipse fuerat electus in episcopũ ecclesię Pictauen. vtrũ superior poterit illũ confirmare absque causæ cognitione, non vocato coelecto vel opponente; Respondet ꝙ non. Sed quid si electio fuit facta in concordia: vtrum superior illam electionem sine vocatione, & citatione illorum, quorũ interest, possit confirmare? Respondet ꝙ nõ: immo illi, quorum interest, sunt vocandi & citandi peremptorie. Sed quæritur qualiter sunt ipsi citandi? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione: quia aut sunt aliqui opponentes, vel est competitor, siue coelectus. & tales sunt nominatim & peremptorie citandi, vt ad talem diem veniant dicturi causas, propter quas electio non sit cõfirmanda Sed ponamus, ꝙ electio fuit facta cõcorditer? Respondet ꝙ tunc citatio dẽt esse generalis: videlicet vt si sint aliqui, qui velint ꝑtẽdere aliquas causas, quare electio non sit confirmanda, ꝙ ipsi compareãt peremptorie ad talem diẽ: & poni debet citatio ista peremptoria in valuis illius ecclesiæ, de cuius electionis confirmatione tractatur, aliàs cõfirmatio non valeret. Hel. Regier. Nota primo, ꝙ iudex non debet esse nimis festinãs, & celer ad sententiam proferendam. Ad hoc supra de restitutione in integrum, cap. cum ex litteris. & infra de re iudicata. cum æterni. Nota secundo, quòd actus dicitur repentinus, qui fit sine citatione & cognitione requisita. vide text. 48. dist. c. 2. Dominicus.

[Glossa prima summat.]

a ¶ Quoniam.] Si apparet coelectus, vel se opponens ei, qui cõfirmationem petit: ille vocabitur nominatim: aliàs fiet crida in ecclesia generalis: quòd se cõfirmationi volentes opponere, veniant peremptorio assignato: aliàs confirmatio facta non tenet.

[Glossa sequens soluit duo dubia, de tertio remittit.]

b ¶ Electione.] idem dicam de postulatione, cũ eadem si ratio: quod verum puto in admissione postulationis, quæ fit a superiore illo, qui postulatum admittendo confirmat: secus in eo, qui postulatur a p̃lato suo, vt monachus electus in episcopum ab abbate: quia in ea nõ fiet vocatio. Et idem puto in præsentatione. vt etiam ille, cui fit præsentatio, seruare teneatur hãc decre. & sic seruat. De collationibus dicam in fin cap.

c ¶ Non in concordia] idem si in concordia quoad vocationem faciendam, vt dicitur in fi. Ioan. Andreæ.

d ¶ Pertinet.] verbũ hoc late patet. ff. de verborũ signific. verbũ pertinere. vnde intelligo siue ꝑtineat iure cõi, vt ad episcopũ. 16. q. 7. nullus omnino. supra de hæretic. cum ex iniuncto. siue iure speciali: puta, ex priuilegio vel consuetudine præscripta, siue iure delegato: quia omnes habebunt hãc formam seruare.

Pertinere verbum qualiter intelligat.

[Glo. seq. de celeritate ponit quosdam casus, quib. approbatur, & quosdam quibus reprobatur.]

d ¶ Mortem.] renunciationem, translationem, depositionem, vel alio modo.

e ¶ Spiritualibus.] in his quę requirunt ordinẽ, vocabunt vicinos episcopos cum cautelæ studio. 7. q. 1. potifices. s. eod. lib. de elect. is cui. Beneficia autem quæ spectant ad collationem solius episcopi, nõ cõferent, vt s. ne sede vacan. c. 2. & inf. eod. tit. c. vnico. quia id non facerent, si per mortem naturalem uacarent, ut ibi: nec dant clerico licentiam transeundi ad aliam diœcesim. 71. dist. fraternitatem.

ADDITIO. Vide quod dixi inf. cap. prox. in fin. Io. And.

f ¶ Temporalibus.] ita ꝙ de immobilibus bonis nihil alienent. sup. eo. lib. de electio. is cui.

[Glo. seq. quęrit, arguit negatiue, ponit tres opiniones, & tertiam approbat.]

g ¶ Debebit.] Pone, archidiaconus post epm preest capitulo: eps à schismaticis captus est, & postmodum archidiaconus mortuus: quem capitulum habet eligere, & episcopus confirmare: eligit capitulum T. in archidiaconum: Quæritur quis habeat confirmare? Et vr ꝙ capitulũ talem confirmare non possit: quãuis. n. circa inferiores inueniamus permissum capitulo supplere episcopalem iurisdictionẽ: circa superiores non reperimus concessum: immo vr prohibitum. ad hoc. s. de maior. & obed. cum inferior. & 21. dist. inferior. quidam dixerunt Papam & non alium hunc confirmare posse: ad hoc infra de offi. vic. c. 1. Alij de archiepiscopo dixerunt. Sed Host. in hac qõne notat de maio. & obed cũ olim. ꝙ capitulum talem confirmabit: licet. n. canonici in eo ꝙ canonici, sint inferiores: tñ in eo ꝙ capitulũ, superiores sunt. ff. quis & à quo appel. sit. l. fi. ad hoc sup. de offic. ordi. irrefragabili. §. excessus. & maxime in eo ꝙ episcopi vices gerunt. sup. de offi. deleg. sane 2. & 93. dist. c. ult. & 94. dist. cap. 1. & hoc uerum credo. arg. inf. de app. c. penul.

Capitulũ sede uacante pt confirmare electionẽ archidiaconi ꝙ ipsum capitulũ elecli.

ADDITIO. Aliàs sequeretur ꝙ eps, qui esset canonicus, vel canonicus vicarius, vel delegatus episcopi illum confirmare non posset. Io. And.

h ¶ Libertati.] seruus enim factus erat. Instit. de iur. perso. §. ult. ff. de capti. & postli. reuer. l. 5 & ff. de regu. iur. seruitutẽ. recuperat ergo iura sua quasi iure postliminij, vt 16. q. 1. prima actione. 7. quæst. 1. pastoralis. Insti. qui. mo. ius pa. pot. §. si ab hostib.

i ¶ Consulendam.] ad idem infra. de cleri. ægro. cap. vno.

K ¶ Ordinari.] aliter prouidendo, vel forte uisitatorem dando, vt inf. c. prox.

¶ Idem.

¶ Ecclesia cathedrali uacãte, solus Papa uisitatorem deputat, nisi archiepiscopus propter negligentiam, uel dolosam capitali administrationem cũ causa cognitione deputaret: hoc dicit. Dominicus.

CAP. IIII.

Ecclesiæ † cathedrali l uacanti m, uisitator n ab alio, quàm à Romano † Pontifice o deputari non potest p. Nisi forte

Eccl'æ.] Sũt duo dicta: fm: ibi, Hmõdi quoq. Et prima pars facit tria: Primo ponit dictũ, à quo duos casus excipit. ibi, Nisi, quos statim limitat: ibi, Tũc enim, Io. An.

CASVS. Dictũ fuit sup. c. proxi. ꝙ si eps fuerit captus ab infidelibus uel schismaticis, qui dñr hæretici, quia faciunt c̃ illum articulũ, Vnã sanctam ecclesiam catholicam: potest dari uisitator ecclesiæ uacanti, ac si eps esset mortuus naturaliter; Sed quaritur quis potest dare istum visitatorem? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ solus Papa: Sed nunquid archiepiscopus poterit dare visitatorẽ ecclesiæ vacanti? Respondet ꝙ non regulariter: fallit si capitulum esset negligens: quia tunc vocato & audito capitulo: & sic cum causæ cognitione poterit dare visitatorẽ. Sed utrum uisitator à Papa datus, vel ab archiepiscopo, data negligentia capituli, ꝙ possit conferre beneficia spectantia ad collationẽ episcopi? Respondet ꝙ sic: si fuerit deputatus ab Ap'lica sede: Si nero ab archiepiscopo, tunc nullo modo poterit conferre, Cognitione.] & sic aliquid fieri cum cãę cognitione est uocare partem, & illam audire. Nota, ꝙ ubi agitur de præiudicio alicuius, debet vocari quando super illo actu iudex cognoscit. ad hoc sup. de maio. & obed. c. infra quatuor. & supr. de ele. c. fin. Dominicus.

† Vide Marianũ Socinum tract. de visitatione.

† Nota vnum casũ reseruatũ Pape: Alios uide sup. de off. le. ꝙ translationẽ, Dom.

[Prima glos. ponit quid determinat, & unde orta.]

l ¶ Cathedrali.] Opiniones erant olim, quis possit visitatorem dare cathedrali ecclesiæ: Item an uisitator posset conferre beneficia: Vtrumque horum determinat hic Papa. Ortum hẽt primum dictum huius decre. ex his quæ not 61. dist. quorum Festus. & per Inno. & Hostiensem sup. vt eccle. benefi. ut nostrum. Secũdum ex his, quæ not 61. dist. obitum.

m ¶ Vacanti.] idem in quasi vacante, ut sup. capitu. proxi. 2

n ¶ Visitator.] idem quod administrator. de quo 61. dist. de Cathinẽ. & c. quoniam Festus.

o ¶ Pontifice.] cuius interest ecclesiarum necessitatibus prouidere. sup. c. prox.

p ¶ Non potest.] hoc præcise tenebat Io. in prædicto. c. quoniam Festus. Bart. Brix. & Hug. ibi contra tenebant: scilicet ꝙ archiepiscopus hoc poterat: sicut & præses dat curatorem, Institut. de curat. §. ulti. & quia prohibitum non reperiebatur. Lau. idem dicebat: tamen dicebat clericorum requirendum consensum. Innoc. & Host. supra vt eccle. benefi. cap. vnico. distinguebant vt hic: scilicet quòd alius quàm Papa sine causæ cognitione, & uocatis his qui vocãdi erant scilicet capitulò, non poterat visitatorem dare: Et est ratio, quia archiepiscopus non potest tollere capitulo ius suum sine causa, quod est ꝙ ad ipsos uacãte sede pertinet administratio spiritualium & temporalium. sup. c. prox. cum concor. ibi signatis: Papa autem ex potestatis suæ plenitudine hoc bene potest, de concess. præben. proposuit. in anti.

2 Et si p̃latus est impotẽs & senex, dãdus ẽ ei coadiutor. c. 2. de clerico ægro. Fon.

capitulum in spiritualib. & † temporalib. negligenter [a], aut perperam [b] administret: Tunc enim archiepiscopus ob negligentiam vel malitiam capituli (eo uocato [c], causaeq; sup hoc cognitione pmissa [d]) visitatorem seu administratorem, eidem ecclesiae licite poterit deputare.

¶ *Visitator ecclesiae uacantis ab inferiore à Papa deputatus temporalia & spiritualia administrat: excepta beneficiorũ collatione ad episcopum pertinente. h. d. Dominicus.*

¶ Huiusmodi [e] quoq; uisitator, quamquam spiritualium & temporalium administrationem legitimã [f] censeatur habere: beneficia tamen, quae ad collationem pertinent episcopi [g], conferre non potest [h], si ab alio [i], quàm à Romano Pontifice fuerit deputatus [k].

a ¶ Negligenter.] ecce primum casum.
b ¶ Aut perperam.] ecce sm: Nota hic aequiparari negligentiã & delictũ 1. (Facit de cõse. dist. 1. nemo. 1.) alibi differunt. s. eo. lib. de elect. si compromissarius. pro vtraque parte eo. tit. quamquam. Io. And.
c ¶ Eo vocato.] sũt .n. vocandi, quia eorũ interest. s. de off. Arch. ad haec. de tẽp. ordi. si archiepiscopus. & quomodo in tersit sup. dixi.
d ¶ Cognitione pmissa.] qđ si ñ fiat, dico uisitatoris [da]tionẽ nõ valere. ad hoc. s. e. lib. de elec. quãuis. & c. quida. Sufficit. n. legislatorem aliquid prohibuisse: & si nõ adijciat, quod cõfactum fuerit, nõ valere. C. de legi. non dubiũ.
e ¶ Huiusmodi.] s. datus ecclesiae cathedrali.
f ¶ Legitimam.] 61. dist. Cathineñ. & c. qm. & s. de elect. cũ nobis olim. in fi. nõ .n. sequitur, quis habeat administrationem legitimam, ergo beneficia cõfert. vide instantiam. in c. illa. ibi, vacante sede. s. ne sede vacan. & sufficit dare instantiam, vt 1. q. 1. si cut vrgeri.
g ¶ Episcopi.] solius aliàs illa cũ capitulo confert, qp dic vt j. ne sede va. c. vno. & de regul. c. ult.
[Glo. seq. ponit duas opi. contrarias, quas cõcordat.]
h ¶ Non põt.] super hoc vide quod not. de maior. & obed. c. cum olim. in ant. Scire debes qp Ioan. & Hugo. tenebant cõtrium: dicebant enim indistincte, qp visitator poterat beneficia conferre. & hoc not 61. dist. obitum. Lau. cõ. Opinio ergo Laur. vera in visitatore dato ab alio, quàm à Papa: prima ĩ uisitatione a Papa dato. Debet enim propter ampliorem dantis praerogatiuã ampliore fungi potestate. ad hoc inf. de praeben. si à sede, sicut & delegatus à Papa subdelegatũ dat: ab alio non. C. de iudi. à iudice. de off. deleg. pastoralis. c. ult. in ant. ad idem. inf. de praeb. hi qui.
i ¶ Ab alio.] puta, archiepiscopo in casib. supradictis, vel a capitulo, si alicui committerent vices. ille diceretur visitator.
ADDITIO. Vel etiam si ipse visitator esset deputatus à legato Cardinali, secundum Arch. qui potest, qp põt archiepiscopus: Nam in prouincia maius habet imperium. supra eo. de elect. si abbatem. Io. And.
K ¶ Deputatus.] ille ergo bene hoc poterit: quia omnia potest, quae electus confirmatus. supra eod. lib. de elect. is cui. Io. And.

1 Quia hic operã tur eũdẽ effectum. Do. Fon.

† Ecce ista duo requirun tur copulatiue.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, & qualitate ordinandorum.

Cõtinuatio domini Heliae. ¶ Superius dictum fuit de promouẽdis ad administrationes ecclesiasticas: posset dubitare aliquis, vtrũ oĩ tempore possint fieri promotiones: et vtrum oẽs personae indistincte possint promoueri: ideo ad nos informandum de istis annectitur. tit. de temporib ordinationum, & qualitate ordinandorum. Vnde sciendum, qp ista rubrica est generalior nigro: nam in nigro nihil dicitur de temporibus ordinationum: Pro quo notãdum, qp minores ordines pñt conferri etiam die festo: sed sacri ordines nõ possunt cõferri nisi certis diebus, uidelicet diebus sabbati quatuor temporum, & sabbato Paschae, & sabbato ante Dominicã Laetare: & hoc uerum loquẽdo de episcopis: Nam Papa posset ordinare omni tempore.

TITVLVS IX.

De temporibus † ordinationũ, & qualitate ordinandorum.

¶ Clemens quartus.

¶ *Episcopus Italiae vltramontanum non ordinet, nisi de speciali licentia Papae, uel per patentes literas episcopi sui, continentes iustam causam quare nolit, uel non possit illum ordinare: si secus factũ fuerit, ordinans punietur poena condigna, & ordinatus manebit suspensus: ita quod etiam à poenitentiarijs Papae sine ipsius speciali licentia absolui non poterit. Io. And.*

CAP. I.

SAepe [1] con-

SAepe contingit.] Primo secundum Io. Mon. ponit constitutionis causam impulsiuam. Secundo statuit: ibi, Nos igitur. Tertio transgressores punit: ibi, Eos uero. Quarto poenam inhibitoriã addit: ibi, Omnibus. Io. And.

CASVS. Aliquis citramontanus q̃tum, ad nos forte de ista diœcesi Pictauen. se trastulit vltra mõtes ad ciuitatem Bono. vel aliã ciuitatẽ in Italia: voluit ordinari ab episcopo Italiae: utrũ episcopus Italicus possit talem clericum Pictauensem ordinare impune? Respondet qp sic: si talis clericus hẽat literas à sede Apostolica, per quas mandatur, vt talis clericus possit ad sacros ordines per quem maluerit epm ordinari. Quid si non habeat literas à sede Apostolica, an impune possit ordinari ab episcopo Italico? Respondet qp sic: si literas hẽat ab episcopo Pictaueñ. in qbus declaret, qp ipse clericus est idoneus & perfectae aetatis: & si nõ timeatur causa pp quam non põt illũ ordinare, tunc .n. istis interuenientibus poterit Italicus eps illum clericum Pictaueñ. ordinare: aliàs punietur clericus ordinatus, quia erit suspensus ab executione suorum ordinum: vnde eps non debet talem ordinare nec ẽt conferre primã tonsuram sm veriorẽ opinionẽ glossae. Sed q̃ritur, quis poterit ipsi relaxare istam suspẽsionẽ: & dare executionem ordinationũ? Rñdet qp solus Papa, & sui pœnitentiarij, qui hẽnt specialẽ ptãtem à Papa: aliàs si non haberent specialem potestatẽ, nõ possent cũ eo dispẽsare, & restituere sibi executionẽ ordinũ, nec p se nec p alios suo noĩe. Ab sque spe.) Haec est quaedam cõminatio ad terrorem, aliàs textus esset cõrius: qa in fin. dr̃, si pœnitentiarij Papae hẽant specialẽ potestatem à sede Apostolica dispensandi cũ istis, qp pñt cum eisdem dispensare. Pœnitentiarij) qui sunt numero xij q ordinantur secundum diuersitates linguarum ibi affluentium. Not. qp duo epi pñt dare clerico literas commendatitias ad ordines, s. episcopus benefici), & ad hoc. j. c. prox Do.
[Prima glossa summat.]
1 ¶ Saepe.] episcopus Italiae vltramontanum non ordinet,

† Vide cõci. Trid. sess. 23. de refor. c. 7. & 8. & Gelasium Papã 1. epla 1. ad epos per Lucaniã. c. 13. refert Gratianus in c. ulti. di. stin. 75.

dinet, nisi de speciali licẽtia Papæ: vel per parentes litteras epi sui, cõtinentes iustam cãm quare nolit, vel non possit illũ ordinare: si secus factũ fuerit, ordinãs punietur pœna condigna, & ordinator manebit suspẽsus: ita ꝙ ẽt à pęnitẽtiarijs Papæ sine ipsius speciali licentia absolui non poterit. Io. And.

a ¶ Sæpe contingit.] fuit igitur prouidendum supra de ap. sæpe, supra eo. lib. de elect. quia sæpe. inf. de resti. spo. frequẽs. ff. de leg. nam ad ea.

b ¶ Clerici.] Nota pro his quæ infra dicam.

c ¶ Excõicationis.] de talibus in excõicatione maiori ordinatis dic vt s. de sent. excom. cum illorũ. & distingue inter regulares & sęculares, & inter scientes & ignorantes ius vel factum, vt ibi.

d ¶ Apostatæ.] qui excõicati nõ [1] sunt. de hoc 23. dist. si qs. supra de vit. & hone. cleri. si quis. de apo. c. 3. nisi in casu. c. vt periculosa. j. ne cler. vel mon. Qui autem in apostasia recipit sacrum ordinem, ẽt si religiosus sit, non dispẽsatur cum eo per aliũ quàm per Papam. supra de apo. c. vlti. [Et eo. tit. c. 1. de triplici apostasia notatur.] quod intellige si vera erat apostasia, per id qđ habes supra e. c. ex parte. & ibi no. apostatæ autem infames sunt. 6. q. 1. infames, & 4. q. 4. si quis à suo. & sic nõ promouendi. 24. dist. quando. Ioan. And.

e ¶ Irregulares.] siue ex crimine, siue ex defectu: puta bigamia, illegitimate, corporis vitio, vel alio defectu. Ioan. And.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

f ¶ Patriam.] de qua inquirere dẽt examinans ordinandos. 24. di. qñ propter patriam ẽt & natiuitatem carius vel vilius emi solet mancipium. ff. de ædil. edic. qđ si nolit § qui mancipia. j. supra de iud. cũ depucati. Sol. nõ loquitur in ordinando [2], qui subtiliter examinandus est, vt supra de pur. can. constitutus.

g ¶ Notitia.] & ideo in his fieri debet examinatio. supra de elect. postquam, cum suis concordantijs.

h ¶ Fugientes.] 19. q. 2. duæ sunt.

i ¶ Huiusmodi ordinans] scilicet sacros.

k ¶ Episcoporum.] abbates [3] ẽt ordines conferunt. 69. dist. quoniam videmus, supra de æta. & qualita. c. cum contingat, sed talibus conferre nõ possunt, quod dic vt infra de priui. abbates in fi. Et præsbyteri conferũt psalmistatum, vt 23. dist. psalmista.

ADDITIO. Quod verum est, si ipsi præsbyteri habent episcopalem iurisdictionem, vel quasi, vt in prædicto c. Abbates. in fi. & vide quod scripsi in prædicto c. cum contingat. super glo. Ioan. And.

[Glo. seq. quærit, arguit contra, & pro, & soluit.]

l ¶ Italię.] quid ecõuerso si eps vltramontanus ordinet Italicum? non vr̃ hęc decre. locum habere, quia pęnalis est, & sic restringenda: & sic proprium non excedit casum, supra eo. lib. de elect. statutum. de pœ. di. 1. pœnæ. In contrarium vr̃, cum per omnia sit eadem ratio vtrobique: ergo idẽ ius: nec videtur ista ampliatio vel extensio [4], sm ea quæ vides s. eo. de elect. si postquã. vbi constõ illa, cupiẽtes, licet pœnalis locum habere declarat in prouisionibus, & appellationibus, & confirmationibus: de quib. ibi cautum non erat. Ad hoc ff. de verbo. obl. l. à Titio. vbi. n. est eadem rõ, & pęnitus oĩmoda similitudo, non proprie dicimus extendere. ff. ad l. Iuliam de adul. l. si postulauerit. ff. de eden. quædam. §. nũmularios. tunc enim pœnæ dicuntur extẽdi, quando ad casum nõ omnino similem extenduntur: & sic intelliguntur contraria. Facit ad hanc quæstionẽ quod notãt moderni & Host. præcipue s. de elec. nihil. & Guli. & Gar. e tit auaritiæ, dubitando credo per primam rõnem, ꝙ hæc decre. in Italicis vltra montes ordinatis, locũ non habeat: & põt essę rõ: quia vltramontanus citra montes existens hẽt duo remedia: vt cito mittat ad proprium epm, vel à Papa saltẽ q sibi vicinus est licentiã postulet: qđ nõ sic facile põt Italicus vltra montes existens: hẽant ergo in hoc casu locum antiqua & moderna iura: istud aũt suum scriptũ casum nõ excedat.

[Gl. seq. quærit. arg. negatiue, & affirmatiue soluit, & contrario respõdet: ponit opinionem contrariam.]

m ¶ Clericũ.] quod dices si laicũ ordinet in clericũ? vr̃ ꝙ tunc locum non habeat per iura gl. proxi. allegata, & ad hoc s. in prin. decre. Sed cõtra inf. c. vl.. cum suis cõcord. & eadem est rõ vtrobique ergo idem ius erit. Sol. credo per vltimo dicta, & de laico in clericũ ordinato hanc constitutionem intelligi: & facit ꝙ dicam j. c. proxi. & lr̃am lege punctando post vltramontanum, & non post clericum: & sic tũc verum intellectum habebis, & licet proœmium de sacris loquatur, constitutio generaliter loquitur, vel dicunt hic sacri ordines large, vt comprehendãtur minores, sic supra de biga. c. 1. de hoc 32. di. in summa. Alij contra.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

n ¶ Existit.] subaudi, vel vbi hẽt domicilium, licet alibi natus fuerit. infra eo. cum nullus. 1. respõso, nisi dicere velis hoc speciale in hoc casu: qđ credo verũ [5]. Et licet aliàs videã vnum ius suppleri per aliud, vt supra eo. de elect. is cui, tñ istud non credo suppleri per illud, aliàs facillimum erit vltramontano infami se facere ordinari: quod vetat hæc constitutio.

o ¶ Litteras.] hic no. duo spãlia: Primo casum in quo scriptura requirit: & hẽs de hoc s. de proba. c. tertio. & dixi j. de censi. c. 1. Scđo ꝙ nõ sufficit licentia, nisi ex primatur cã. & est si. j. de sent. excõ. cum medicinalis.

p ¶ Absque spe.] sim. supra de elect. c. 1. in fi. episcopus ergo super executione secum non poterit dispensare, vt olim poterat. 9. q. 2. Lugdunen.

q ¶ Suspensos.] in casu isto celebrans irregularitatẽ incurrit, & de hoc dicam infra c. proxi. Ioan. And.

r ¶ Speciali.] sic infra de offi. vica. c. 2. & 3. infra de pœni. & remis. c. 2. de reg. iur. in generali. Ioan. And.

s ¶ Dispensari.] quod enim per se non possunt, nec per alios

[Sæpe con]tingit [a], quòd nonnulli clerici [b] vinculo excommunicatiõis [c] astricti, aut apostatæ [d], seu irregulares [e], vel aliàs ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam [f], in qua de his habetur notitia [g], fugientes [h], se in remotis partibus faciunt ad huiusmodi ordines [i] promoueri. ¶ Nos igitur volentes animarum ipsarum periculis obuiare: statuimus, vt nullus episcoporum [k] Italiæ [l], decetero aliquem vltramontanum, clericum [m] ordinare præsumat, nisi à nobis specialem licentiam habeat, vel ab episcopo, de cuius diœcesi traxit originem or-dinãdus, vel in cuius diœcesi beneficiatus existit [n] †: per eius patentes litteras [o] causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare. ¶ Eos vero †, quos contra præmissa contigerit ordinari, manere volumus absque spe [p] dispensationis, super hoc à sede Apostolica obtinendæ, suspensos [q]: ac ordinãtes pænitentia condigna puniri. Omnibus nostris pænitentiarijs inhibentes districte, ne absque licentia nostra speciali [r], cum taliter ordinatis dispensent, vel suas eis tradant litteras, per quas cum ipsis debeat dispensari [s].

---

[1] Accipe hoc dictũ glossæ sanomõ, vt p apostatas intelligam clericos sæculares, q habitu clericali non sunt ipso iure excõicati, sed debent propterea excõicari, nisi se emendẽt. c. tuæ, ex đ aposta. cum alijs in glossa citatis.

[2] Loquit I administratore dignitatis: qui p illa ad agẽdũ admittitur. Fon.

[3] Vide hodie qd circa hoc decreuerit concilium Trid. sessio. 23. de refor. c. 10.

[4] Vide I sonẽ, & doctores in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & Euerardũ in loco à rõne legis larga: & Francum hic.

† al. existit.

† Vide cõcil. Trid. sessio 6. đ defor c. 5. & sessi. 7. de refor. cap. 10. & sessi. 23. đ refo. c. 8

[5] Io. Mo. & Archi. ꝙ per ronem sequentẽ, ad q alle gat Ioan. Mo C. de diuersis rescrip. l. 1. ff. man. l. fi. Ioan. And.

alios poterunt, vt 46. dist. sicut. 23. q. vlt. his a quibus. sicut econuerso. infra de regu. iur. potest quis. & ibi plene dixi. Ioan. And.

Eos qui.] Tria facit: Primo punit ordinantem: Secūdo ratificat pœnas ordinati: ibi, His q. Tertio licētiat clericos ordinādos: ibi, Clericis. Ioan. And.

CASVS. Titius diœcesis Lemouicen. tēpore ordinum celebrādorum se præsentauit epo Pictauien. & petijt ab eo ordinari: Eps Pictauen. fuit incautus, & nō petijt ab eo clerico Titio, an haberet licentiam à suo epo, quem clericum sciebat ipse eps esse diœcesis Lemouicen. & ordinauit eum; vtrū iste Titius ordines receperit? Certū est quòd sic: sed tn̄ est suspensus ab executione suorum ordinum. Sed vtrum episcopus Pictauen. ordinans puniatur? Rn̄det q sic: quia per vnum annum continuum est suspensus ab ordinum celebratione: Or sanctissime. Pater, quæris, quid interim faciāt clerici diœcesis Pictauen. q durāte illo anno volunt ordinari? Rn̄det q ipsi sine licentia proprij epi poterunt ordinari à proximis epis. Alienæ.] i. non suæ: nam *clericus pōt esse alienæ parochiæ* & suæ: quia clericus respectu domicilij habet propriā diœcesim: licet rōne originis sit alienę diœcesis: ideo gl. exponit, alienæ, id est, nō suæ: nec rōne domicilij, nec rōne originis, nec rōne beneficij: nā clericus quātum ad facultatem recipiendi ordines habere potest tres epos, s. episcopum domicilij, epm originis, & episcopum beneficij, vt infra. proxi. Heli. Regnier. Nota primo, q ignorantia affectata æquiparatur scientiæ, concor. sunt in gl. Nota secundo ex illo tex. ibi: Clericis quoque.] quod quis dicitur habere liberam facultatem exercendi actum, qui potest facere sine licētia alterius: pro quo vide notata inf de præben. licet episcopus. Dominic.

† Vide cō ciliū Tri. dē. sessio. 23. de reform. c. 8.

¶ Gregorius decimus. in generali concilio Lugdunen.

¶ *Qui scienter ordinauerint clericum alienum, per annum à collatione ordinum sunt suspensi: & postquam suspensio fuerit manifesta, poterūt subditi sine ipsorum licentia à vicinis episcopis ordinari. Io. And.*

CAP. II.

Eos [a] †, qui [b] clericos [c] parochiæ [d] alienæ [e] absque superioris ordinandorū licentia [f] sciēter [g], seu affectata [h] ignorantia, vel quocunque alio figmento [i] quęsito pręsumpserint ordinare [k]: per annum [l] à collatione ordinum [m] decernimus esse suspensos. His, quæ iura statuunt [n] contra taliter ordinatos in suo robore duraturis. ¶ Clericis quoque parochiæ taliter [o] suspensorum, postquam eorū suspensio fue

1 Idē Do. Fon.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Eos.] Qui scienter ordinauerint clericum alienū, per annum a collatione ordinum sunt suspēsi: & postquam suspēsio fuerit manifesta, poterunt subditi sine ipsorum licentia à vicinis episcopis ordinari. Io. An.

2 Vide cō ciliū Tri. sessio. 23. de refor. c. 5. & 7.

b ¶ Eos qui.] generaliter loquitur, vt comprehēdat quibus competit ordinare, supra de priui. quia circa.

[Placet Dom. Fon.]

3 Est verum, nisi ius vltra præsum- ptionē de scīa ēt sta tueret: nā f tunc p iu ramētum non pba ret igno rātia. c. vi dua. §. de regu. Bar. in l. si cui. ff. de accu sat. Phili. Fonta.

c ¶ Clericos.] de laicis dic vt infra c. vlt.

d ¶ Parochiæ.] id est diœcesis. 9. q. 2. Lugdunen. quādoque econuerso. de pecu. cle. c. 2. Ioan. And.

e ¶ Alienæ.] id est non suæ: siue sit proxima, siue remota. 9. q. 2. c. 1. & c. episcoporum. 71. dist. per totum. supra eo, quod translationem.

f ¶ Licentia.] quam quis dare possit, dicitur infra cap. proxi.

[Glo. seq. quæritur, arg. pro, & soluit.]

g ¶ Scienter.] Sed nunquid scire præsumetur vel ignorare: vr̄ quod ignorare. ff. de proba. l. verius. infra de re gu. iur. præsumitur. Dic q præsumetur sciens, nisi probet ignorantiam 1. Ad hoc supra de elect. innotuit ibi nec probare cogimus, &c. quia quemlibet ordinandū scrutari 2 tenet, vt 24. dist. qui episcopus. 34. dist. quādo. vr̄ autem ad eam probandam sufficere iuramentum 3, vt sup. eo. de elect. vt circa. & c. nulli. Et licet per alios examinet, ex sua negligentia eorum culpa sibi imputabitur. ad hoc, de simo. in tantum.

[Glo. seq. alle. vnam concor. & soluit duo dubia.]

h ¶ Affectata.] æquipollent ergo scientia & affectata ignorātia, de clan. desp. cum inhibitio. & dr̄ affectata, ex quo scire potuit sed noluit: immo dissimulauit. C. de incest. & nupt. l. qui §. Et dico q si iurauit se ignorare, vt dixi in pxi. glo. altera pars habebit necesse probare scientiā vel affectatam ignorantiam: & probabitur hoc per argumenta, vel coniecturas probabiles. supra de renun. c. 2. eo. lib.

i Figmēto.] sic supra eo. de elect. auaritię. vel quia forte dicit sch olaris est, quem bn̄ ordinare possum: vel fingit licentiam datam fuisse: vel dicit epm ordinandi amicum suum, ita q bene habebit ratam. 9. q. 2. Lugdunen. vel scire dissimulauit litteras dimissorias subreptitias esse, vt ibi not. Hug. vel in fraudem cōstitutionis huius aliquem in suum familiarem 4 recepit: vel ei beneficium contulit. hæc & similia sunt figmenta.

4 Quali- ter episco pi possūt suos fami liares ordinare, vi de conci- lium Tri dent. ses- sio. 23. de refor. c. 9.

K ¶ Ordinare.] etiam ad primam tonsuram. 71. dist. primatus. de æta. & quali. cum cōtingat, in anti. quod dic vt infra eo. c. vlt.

[Glo. seq. ponit duas opiniones.]

l ¶ Per annum.] continuum. sup. de elec. prouida. nota ius nouum, quia olim certa pœna contra tales non fuerat statuta secundum quosdam: sed secundū Guil. hic mitigatur pœna: quia olim per annum à celebratione Missæ suspensus erat, & deponi debebat, vt 9. q. 2. nullum. [7. q. 2. eps in diœcesi.] puniuntur ergo in quo peccauerunt. 1. q. 1. si qui episcopi. sup. de his quæ fin. à maio. par. c. quæsiuit. Ioan. And.

m ¶ Ordinum.] oīum ſm Gui. & Gar. & per hanc litteram: & supra eo. vel nō est compos. vbi punitur in collatione oīum ordinum, qui in diaconatu peccauit: & si Papa voluisset, eum tantum illo quem contulit priuari expressisset, vt supra c. litteras. & c. vlt. Nec de iure frui dēt maioribus, qui minorib. caret. ff. de ser. ex por. cui pacto. & de or. ab epi. c. 1. 5.

5 Glo. re- pbat Do minicus: quia iura indefinite loquē- tia restrin gūtur ad casū cul- pabilē. c. si compro missarius sup. de e- lect. Fon.

[Glo. seq. quærit alle. pro & contra, & soluit.]

n ¶ Statuunt.] quod. s. ordinatio rata non habeat quo ad executionem. 9. q. 2. per totum. 71. di. c. 1. quædā iura dicunt eos deponendos. 7. q. 1. episcopus est in diœcesi. Sed nunquid suspēsus est sic o dinatus ab executione, vel an habeat executionē nisi interdicatur? & vr̄ q necessarium sit interdictum supra eo. tit. q translationem. ibi, interdicēda est, & c. Ad idē de off. archi. significasti. Sed §: sicut non tenet sententia data à nō suo iudice, sic nec 6 ordinatio vt 70. distin. neminem. 71. dist. per totum. Sol. dicas illum suspensum ipso iure: sed non illa suspēnsione, quæ irregularitatem inducat: sed suspendendum illa, vt in decr. quod trāslationem. secundum Hosti. Guil. & Gar. vnde & in forma dispensationis, quę talibus datur ab Apostolica sede dicitur, ipso iure ab ordinum executione suspenso. licet igitur suspensi sint à iure, nihilominus & ab homine suspendentur: quod est verum, nisi in casu supra cap. proxi.

6 Intelli- ge quoad executio nē, vt bn̄ notatur i principio glossæ: nā ordinati à non suo episcopo recueramant ordinati: cū recipiant characte- rem.

[Glo. duæ sequentes soluunt duo dubia.]

o ¶ Taliter.] quia scilicet ordinauerūt clericos alienæ diœcesis: & per hoc dico quòd secus erit in alijs casibus, in quibus hoc non inuenitur expressum, ad hoc supra tit. proxi c. 1. de concess. præben. quia diuersitatem, in ant. supra de elect. suffraganeis.

ADDI-

ADDITIO. Habet autem æquitatem hæc pœna, vt sicut alienos sine licentia ordinauerunt: sic & sui sine eorum licentia ordinentur. Ioan. And.

a ¶ Manifesta.] per euidentiam facti. s. de coha.cle. c.vlt. vel quia est iuris notorium, vt in e.tit. vestra. & s. de ver. sig. cum olim. aliàs in dubio à proprio prælato non recedent. 8.q.4. nonne. Io. And.

b ¶ Licentia.] quod n. à iure concessum est vlterius nõ est necesse à iudice postulari. ff. de cond. insti. l. quæ sub conditione. §. vlt. C. de thes. li. 10. l. vna. Io. And.

c ¶ Interim.] s. anno suspensionis durante.

[Glo. sequ. ponit opinionem.]

d ¶ Vicinis epis.] in sua diœcesi: quia nõ intrabunt absq; sua licentia parochiã suspensi, vt credo, secũ dum Guil.

e ¶ Canonice.] s. præcedente debita examinatione, & scrutinio, & tẽporibus debitis. s. eo. tit. de eo. & modo debito, scilicet nõ furtiue, vel per saltum, vel per plures sacros eodem die, vel duob. continuato ieiunio. s. eo. litteras. & c. dilectus.

† al. potestatem.

† Vide cõcil. Trid. sess. 7. de refor. ca. 10. & sess. 23. de refor. c. 10.

rit manifesta, [a] absque ipsorum etiam licentia [b] interim [c] recipiendi ordines ab alijs vicinis [d] episcopis, aliàs tamen canonice [e] liberam concedimus facultatem. †

¶ Bonifacius octauus.

¶ Episcopus originis, domicilij, vel ecclesiastici beneficij commendatitias ad ordines dare potest, inferiores Prælati non, nisi ex priuilegio; nec officiales episcoporum: sed hi qui habent administrationem spiritualium illas bene concedunt.

CAP. III.

Cum [f] † nullus [g] clericum [h] parochiæ [i] alienæ, preter superioris ipsius licentiam debeat ordinare: [k] superior intelligitur in hoc [l] casu episcopus, [m] de cuius diœcesi est is, qui ad ordines [n] promoueri desiderat oriundus: [o] seu in cuius diœcesi beneficium obtinet ecclesiasticum: [p] seu habet (licet alibi natus fuerit) domiciliumq; in eadem. [r] ¶ Inferiores quoque Prælati, [s] religiosi vel alij, nisi eis quòd suos clericos, aut subditos, [t] possint à quo voluerint episcopo [u] facere ordinari, à sede Apostolica specia-

Cum nullus.] sunt quattuor partes, quæ patent per § Et determinat notata per Host. in summa huius. §. à quo. in prin. & per Innoc. de cle. peregri. super tit. aliàs. sup. cap. 1. Io. And.

CASVS. Dictum fuit s. per discursum huius tituli, q clericus promouendus ad sacros ordines nõ potest promoueri ab alio, quam à proprio episcopo, nisi de licentia proprij epi: dubitatur quis dicatur proprius episcopus quantum ad dandam facultatem recipiẽdi ordines ab alieno episcopo: & ẽt quantum ad facultatem ordinandi: Rñdet, q clericus maxime beneficiatus dicitur habere tres episcopos: s. episcopũ originis, episcopum domicilij, & episcopum beneficij: & oẽs isti possunt ordinare, & dare licentiam recipiẽdi ordines ab extraneo episcopo: & ideo quilibet istorum dicitur proprius episcopus. Sed quid de alijs prælatis inferioribus, vtrum possunt dare licentiam recipiendi ordines ab alio, quàm ab episcopo? Rñdet q non: nisi sibi fuerit specialiter concessum à sede Apostolica, vt ipsi possent facere ordinari clericos vel subditos suos à quo mallent episcopo, dummodo catholico: Sed quid de officiali epi, vtrũ possit dare facultatem recipiendi ordines ab alio epo? Rñdet q nõ regulariter, eo ipso q est officialis: nisi de hoc fieret expressa mentio in creatione officialis. Sed quid de vicario generali epi? Dicendũ q si eps sit absens in remotis partib. vicarius suus generalis poterit dare illam facultatem. Sed quid? ponamus q in hac diœcesi est Prioratus dependens à monasterio Clunacen. abbas Clunaceñ. contulit Prioratũ in hac diœcesi existentẽ alicui de illis partibus, & iste Prioratus est manualis: quia reuocabilis ad nutũ abbatis: vtrũ prior & suus cõsocius possint se facere ordinari ab epo Pictaueñ. Rñdet, q sic: licet ille Priorat' sit reuocabilis ad nutũ abbatis Clunaceñ. No. primo q appellatione parochiæ comprehenditur diœcesis. fi. s. prox. Not. secundo quo ad potestatem ordinandi potest qs habere tres iudices superiores. Dominicus.

[Prima glossa summat.]

f ¶ Cũ nullus.] episcopus, originis, domicilij, vel ecclesiastici beneficij commendatitias ad ordines dare põt: inferiores Prælati nõ, nisi ex priuilegio: nec officiales episcoporum: sed hi qui habẽt administrationem spiritualiũ, illas bene cõcedunt: & possunt epi ordinare priores prioratuum non exẽptorum, & ipsorum socios quandiu morantur in illis, licet inde non fuerint oriundi.

g ¶ Nullus.] generaliter loquitur, vt dixi s. cap. proxi.

h ¶ Clericum.] vel laicum. infra. capit. proxi.

i ¶ Parochiæ.] id est diœcesis.

K ¶ Ordinare.] s. c. proxi. cum suis concor.

l ¶ Hoc casu.] s. in danda tali licentia, hoc dixi, quia multis alijs modis dicitur quis subditus alterius, & de eius foro: quod dic vt s. de fo. compe. c. vlti. & ff. de iudi. hæres absens. §. 1.

m ¶ Episcopus.] ergo non inferior. vt inf. §. proxi. & est si. sup. eo. de ele. cum ex eo.

n ¶ Ordines.] quoscunque minores, vel sacros.

o ¶ Oriundus.] dicitur enim quis ibi domiciliũ retinere, vnde oriundus est. ff. de sena l. pen.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

p ¶ Ecclesiasticum.] ad differentiam alterius beneficij vel prouentus sæcularis 1: & talia ecclesiastica beneficia sine institutione canonica obtineri non possunt, vt inf. de reg. iur. c. t. cũ suis concor. & intelligo siue istud sit beneficium p q quod ordinem recipit, siue non: cum generaliter & non distinguẽdo loquatur: vnde nec distinguere debeo. 2. q. 5. consuluisti. s. de transla. inter corporalia.

1 Idẽ tñ ẽẽt in talibus c. q a nonnulli de magi. Phil. Do. Fon.

q ¶ Domicilium.] põt quis habere domicilium in pluribus locis. ff. ad municipal. l. assumptio. §. iuris prudentibus. de fo. compet. ex parte. B. in antiq. supra de rescript. dilectus 2 quod verum est, si in vtroq; se æqualiter collocauit, vt ibi. & inf. de sepul. c. 2. aliàs ibi dicetur habere domicilium, vbi maiorem partem rerum suarum habet. ff. ad munic. eius. §. vlt. C. vbi se. vel cla. senatores. aliàs sola domus possessio, quæ in ciuitate alia comparatur, domicilium non facit. ff. ad munici. libertus. § sola.

r ¶ In eadem.] subaudi, vel dominus Papa. supra cap. 1. & infra §. proxi. ipse enim ordinarius est singulorum. 9. quæstio. 3. cuncta per mundum. Et Roma communis est patria. ff. ad municip. Roma. & ibi potest quilibet conueniri, vt supra de foro compet. cap. vltim.

s ¶ Prælati.] puta abbates, archipresbyteri, vel archidiaconi. & habes de his sup. de off. archi. significasti. dixit enim canon, litteras episcopi necessarias: & non inferioris. 71. dist. extraneo.

t ¶ Subditos.] laicos.

u ¶ Episcopo.] dum tamẽ catholico, & habes de hoc priuilegio sup. de præscri. veniens.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

liter sit indultū [a], vel officialis episcopi (cum ad hoc se ipsius officium non extendat [b]) huiusmodi nequeunt licentiam impartiri. ¶ Episcopo [c] autem in remotis [d] agente, ipsius in spiritualibus vicarius generalis, vel sede vacante, capitulum [e], seu is [f] ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi.

¶ Possunt episcopi ordinare Priores Prioratuum nō exemptorum, & ipsorum socios, quandiu morantur in illis, licet inde non fuerint oriundi. Io And.

¶ Religiosi [g] vero à suis superioribus in non exemptis Prioratibus deputati Priores, & eorum socij [h], possunt à locorum diœcesanis, quandiu morantur in ipsis Prioratibus ordinari licite, licet non sint de eorum † diœcesibus oriundi [i].

¶ Idem.

¶ Episcopus seu alius inferior primam tonsuram infanti non confert, nisi religionem intret: nec homini illiterato, nec homini alterius diœcesis, absque sui Prælati licentia; nec etiam coniugato, nisi religionem intret, aut ad sacros promoueatur legitime: aliàs contra faciens punitur vt hic h d Zen.

CAP. IIII.

NVllus † episcopus, vel quiuis alius [k] infanti [l] (nisi forte religionem intraret [m]) seu illiterato: sed nec absque sui superioris [n] licentia homini [o] diœcesis alienæ [p] clericalem præsumat conferre tonsuram [q]: nec etiam coniugato, nisi volenti religionem intrare, aut ad sacros ordines promoueri: prout est sacris canonibus diffinitum [r]. ¶ Qui vero contra fecerit (vt in eo, in quo peccauerit [s] puniatur) per vnum annum [t] à collatione clericalis tonsuræ duntaxat [u]

a ¶ Indultum.] subaudi, vel nisi habeāt ex cōsuetudine pscripta, vt hoc facere possint: in hoc casu bene ualet cōsnetudo sm Ioan. qui hoc not. 9. q. 2. epm. & facit qđ not. Ber. s. de offi. archid. significasti. nec em cōsuetudo reuocatur p nouā constitutionē. s. de constit. c. 1. eo. lib.

b ¶ Non extendat.] nisi habeat speciale mādatum ad hoc, vt j. đ off. vica. c. 2. & 3.

c ¶ Episcopo.] sup hoc vide q not. Ber. & moderni de off. archi. significasti.

[Gl. seq. quærit, ponit opi. & soluit.]

Locus qñ dicat remotus.

d ¶ Remotis.] quem locū dicis remotū? Dicunt qdā de citra & vltra mōtes, p de cr. s. de elec. nihil. sed hoc est falsū, q solū talis locus dicatur remot': qa aliud ē dicere. valde remoti, vt ibi, & aliud, remoti, vt hic: sicut aliud est decre. cautio qa tūc intelligit nuda cautio, vt C. de ver. sig. sancimus. & aliud sufficiēs cautio: & tūc itelligunt pignora vel fideiussores. ff. mā. si mādat. §. vl Sed vr q remoti dicant ex puinciam. s. đ elec. corā, C. de pscrip. x. vel xx. an. l. vl. vr vltra duas dietas. s. de rescrip. nōnulli. vr vltra vnā vt eod. tit. statutum. Satis crederem hoc arbitrariū iudici, qs locus dicat remot'.

† al. ipsorum.

ADDITIO. Concor. Host. de sent. excom. relatum. & Archid. j. de testa c. 2. 2. respon. Hodie talib. vicarijs datur super hoc expressa potestas: ita q etiā episcopis præsentibus tales licētias concedūt. Io. An.

e ¶ Capitulum.] quod tunc in spiritualibus administrat, vt s. tit. proxi. c. vlt. & penult.

f ¶ Is.] puta visitator. 61. dist. quoniam. s. tit. proxi. c. vlti. s. de elec. is cui.

g ¶ Religiosi.] etiam exempti, vt aliqua fuerit dubitatio, & per hoc quod dicit, in non exemptis: vel fuerit dubitatio: qa non erant perpetui & hoc est verius.

ADDITIO. Facit cle. de suppl. negli. præla. c. 1. §. præmissa. per quam reprobatur opinio dicētiū, q in beneficijs ecclesiasticis non perpetuis episcopus talis beneficij non dat commendatitias Ioan. And.

h ¶ Socij.] non enim ibi debent esse soli: quia, væ soli, &c. Ecclesiastici. 4. 7. q. 1. illud. & de sta. mon. monachi. & probatur eo. tit. quod Dei timorem.

i ¶ Oriundi.] quia tunc possent ratione originis, vt s. 1. respon. & sicut possunt ordinare, ita dico q commēdatitias ad ordines dare, vt ibi.

NVllus episcopus.] Duo facit: Primo prohibet, secundo punit: ibi, Qui vero, Dominicus.

¶ Dictū fuit in c. eos. s. eo. q eps extraneus non pōt ordinare extraneos clericos sine licētia pprij epi: sed qđ de laico, vtrum extraneus eps possit laico cferre primā tōsurā impune? Rñdet q nō: immo est suspēsus p vnū annū à collatione primæ tōsuræ (Diffinitū.) vt si vir velit promoueri ad sacerdotiū, q fiat cū cōsensu vxoris suæ: q sit antiqua, & voueat cōtinētiā, nā si esset iuuenis, opporteret q intraret religionem.

k ¶ alius.] puta abbas [1] vel psbyter, qui psalmi statū cōferre possunt. 69. dis. qm. 23. dis. psalmista

ADDITIO. Vidē q dixi s. c. 1. sup gl. puta, abbates. Io. A.

1 Vide circo hodie qđ hodie sanciuerit cōcilij Trid. ses. 23. de refor. c. 10.

l ¶ Infanti.] s. mino ri vij. annorū: septenni ergo pōt cōferre tōsurā. 28. dist. de his & 77. dist. ī singulis. & facit s. đ elect. ex eo. de pb. super inordinata. & quod ibi not. Ioan. And.

m ¶ Intraret.] ergo minor vij. ann pōt religionē intrare [2]: quod verum est. Saltem per oblationem parentū vel tutorū: sed pcise non obligatur, vt s. de regula. quia in insulis. & c. ad nostram. & dic vt j. de reg. is qui. & ca. non solum. & c. seq. Ioan. And.

† Vide cōcil. Trid. sess. 23. de refor. c. 4

2 De materia huius glossæ vi de plenissime p B. Tho. 2. 2. q. 189. art 5.

n ¶ Superioris.] vt s. c. pxi. 1. rñ. Io. An.

o ¶ Homini.] laico: qđ apparet: qa pfert primā tōsurā. Olim volebant quidā dicere, q clericū alterius epi quis nō pōt ordinare, sed laicū sic: & hoc dicebāt p decr. s. eo. eos qui. & hoc falsum erat, vt 71. dist. primates. vbi etiam de laico expressum erat

ADDITIO. Intellige de laico, qui non trāstulit domicilium, vt ibi not. Ioan. And.

p ¶ Alienæ.] i. non suæ: quia etiam si alienæ essent, dummodo & suæ, nihilominus poterit ordinare.

q ¶ Tonsurā.] p q immunitate gaudet, & clericalis ordo cōfert. s. de æta. & qualit. cū cōtingat. Io. And.

r ¶ Diffinitum.] quod dic vt not. s. de conuer. coniugat. coniugatus.

ADDITIO. Et hic terminant quæ ibi not. Io. And.

s ¶ Peccauerit.] de his quæ si. à ma. par. cap. qsiuit.

[Glo. seq. quærit, & remittit.]

t ¶ Annum.] integrum & continuum. s. de elect. puida. eo. lib. Quid si sit bissextus? Dic vt notat Io. 55. di. c. 2. & Ber. s. de verb. sig. quæsiuit.

u ¶ Duntaxat.] i. tātummodo. Et nota p eo qđ dixi s. eo. tit. & lib. eos qui quia si ibi Papa voluisset solū illos esse priuatos à collatione ordinis, quē iniq; cōtulerunt, hoc expressisset, sicut & hic fecit. Ad idē s. eo. litteras. & c. dilectus. & s. de deci. ad audiētiā. Et intelligo hoc verum quando solam clericalem tonsurā contulit: aliàs etiam in vlterioribus quos cōtulit, punietur per iura supradicta. & 1. q. 1 si qui.

[Glo.

[Glo.seq.quærit,& soluit.]
a ¶ Suspensum.] ipso iure.sed nunquid tonsuram licebit tunc ab alio episcopo subditis suis recipere? Dic quòd cum hoc non reperiatur expressum, non videtur sic licere.

DE AETATE ET qualitate, & ordine præficiendorum.

Cōtinuā-do Dom. Heliæ.

¶ Dictum fuit. s. de qualitate & ætate ꝓ mouēdorū ad sacros ordines:nūc est vidēdum de ętate,& qualitate, & ordine pficiendorum,i promouendorū ad bñficia ecclesiastica obtinēda:ideo cōpetēti ordine annectitur hęc rubrica de ætate,& qualitate,&c.

Ermittimus.]Nō diuiditur qa breue.

¶ Pro intellectu huius capituli præsupponendum est primo quod habetur in cap.cum in cunctis.§.inferiora. de elect.in anti.videlicet,quod in promouendis ad beneficia ecclesiastica etiam simplicia, requiritur quod talis xxiiij. annum compleuerit,& attigerit xxv.

CASVS. Vacante aliqua dignitate simplici, i.sine cura,quia obtinens eā non habebat iurisdōnem in foro pænitentiali nec contentioso:eps illā dignitatē affectabat ꝯferre titio minori xxiiij. annorū:quærit an possit eps dispēsare cū ipso Titio minori, & sibi ꝯferre illā dignitatē? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ sic:dū tñ non habeat ille Titius aliū defectū:quia si esset illegitimus,habilitatio spectat ad Papā quo ad sacros ordines & dignitates:licet eps posset dispensare in minoribus ordinibus:vel ēt si iste Titius minor xxiiij. annorum sit legitimus filius,& in matrimonio natus, sed pater eius habuerat illam dignitatem.Nota primo ex hoc textu:ꝙ de lege cōi minor xxiiij. annorum non potest obtinere dignitatem vel personatum:etiam si sit simplex:hoc est, non habeat iurisdictionem in foro pænitentiali vel contentioso. Nota vlterius,quod episcopi possunt dispensare in simplici dignitate vel personatu super defectu ætatis. Nota finaliter, quod ad hoc vt episcopus possit dispensare,requiritur ꝙ ille compleuerit annum xx. & attigerit xxj. Idem dicimus in promouendis ad abbatiam.c. indemnitatib. sup.de elect.eo.lib.

[Prima glossa ponit,quid determinet.
b ¶ Permittimus.] Determinantur per istud c. notata per Ber.sup.de elect cum in cunctis.§.inferiora.& eo. ti.cum dilecti.& sup.eo. tit.indecorum.& c.præterea. per ipsum & modernos.

ADDITIO. Et in Spec.tit. 2. §. nunc de episcoporum.ver.53.Ioan.And.

[Glo.seq.tripliciter opponit,& respondet.]
b ¶ Permittimus.] videbatꝰ permissum ēt in citeriori ætate.arg.à ꝯrio illius decre.s.c.indecorū. & arg.directo illius decre.eo.tit.ex rōne, & arg. à pari illius eo. tit.præterea.nam in decret. ex ratione. dispensant cum decennis;in decre.præterea.dispensat in ordine: ergo pari ratione in ætate, vt ibi notat Host. Sed ad primum dic,ꝙ arg. à ꝯrio non procedit vbi reperitur in iure ꝯrium, licet aliàs sit fortissimum; de his quæ fi.à præla. cum Apostolica. in fin. sed contrarium reperitur sup de elect.cum in cunctis,§. inferiora.ergo non procedit argumentatio illa. Ad decret. ex ratione,dico illud fuisse ex speciali mandato Papæ. Ad decre.præterea.dico valde maius esse pati defectum in ætate,quàm in ordinibus, vt per te vides:ꝙ probatur de insti.c.2.inf.eo.lib.& de præb. si pro clericis,noua sit igitur hæc permissio.
c ¶ Episcopi.] inferioribus credo vetitum,& facit s. tit.proxi.c. 3.1.& 2.respon.sup.de elect.cum ex eo.

TITVLVS. X.

De ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Episcopus dispensat cum maiore xx. annis in dignitatibus & personatibus non curatis, si aliud non obstet.hoc dicit.Dominicus.

noverit se suspensum a.

CAP. VNICVM.

Ermittimus b †, vt episcopi c cum his,qui vigesimum annū copleuerint d, quòd dignitates, vel personatus, quib.animarum cura nō imminet e,valeant obtinere: possint (si † aliud non obstat canonicum f) libere dispensare g.

[Glo. seq.inducit tria similia.secunda pars reci. per quæstionem.
d ¶ Compleuerint.] nota nō sufficit attingere, sicut in epō s. de elect.cū in cūctis & in abbatissa.s. de elect.indemnitatib. 1. responso. & in delegato s.de offic.de.leg.cum vigesimum. Et quod dixit hic Papa de xx.ann. idem, si voluisset, dicere potuisset de citeriori vel vlteriori tpe: quia ista talia, sunt illa de quibus dicit lex, quòd non omnium quæ à Principibus fiunt,rō dedi potest. ff.de legibus. non omniū. & de hoc supra de rescri.si quādo. tamen satis æque concordando ad alia iura de xvij. ann.constituisset.sicut in procuratore ad negotia dicimus infra de procura.qui generaliter.§.vlti.& sicut de aduocato ff.de postu.l.1. & 3. quęst.7.§. tria. sed vt prædixi,sic placuit Principi: & sufficit sic scriptum esse.ff.qui & à qui.prospexit.6.q.3.scriptum est in lege. supra de fe.c.2 in principio.
e ¶ Non imminet.] in illis ergo secus:sicut & in parochialibus ecclesijs.sup.eod. de elect. licet canon & hoc forte voluit dicere Io. qui not. de ꝗ electi. cū dilecti.in ant.ꝙ in minoribus dignitatibus simplex episcopus dabit veniā ꝗ ætatis: vel forte aliter intellexit.
f ¶ Canonicum.] quia non sunt illegitimi, non corpore vitiati,nec bigami,nec criminosi.Ioan And.
[Gl.seq.primo quærit & remittit;secundo quærit, & ponit duas opi.contrarias.]
g ¶ Dispensare.] sed nunquid promouendo dispēsatꝰ de hoc vide 51.dist.q in aliquo.54.dis.si seruus.in prima gl.81.dist.si quis sine.1 q.1. ecclesia.in antiq. de concess.præb.litteras.de schis.fraternitatis, & per modernos de fi presbyt.veniens,& de cleri. coniu.diuersis.Et satis est euidens argum. quòd promouendo nō dispensat 1: quia punitur promouens.s.de elect.nihil est, sed hic determinatum est de patiente defectū in ætate. Quid de patiente defectum in ordinib. si eligatur ad tales personatus vel dignitates sine cura;nūquid necessaria est epi dispensatio,vel an de iure cōi ad illa talis eligi possit? Tenent Inno. Ber.& Cōpost. ꝙ de iure cōi ad illa talis eligi possit 2: arg.à contrario decre.cum in cunctis. §. inferiora. & dicit idem eodem argu.per decre.sup.eo.præterea. Ad c.60.dist. per totum,respondent illa correcta, ꝯria consuetudine:vel cum ibi dicatur in archidiaconum non debere quem assumi,nisi sit diaconus:in præpositum nisi sit presbyter:patet illa correctio per decre.cum in cūctis.§. inferiora.quę de ordine nihil dixit:& per id ꝙ ibi dixit:si moniti nō fuerint, &c. & hoc notat Inno. in prædicto §. de re iud. cum olim,& Compost.eo.tit. dudum 1. Ad decret.dudum 2. dicunt quòd idem iudicium est quo ad pluralitatem:vel allegatio fuit illa Hostiensis ꝯ.in decr.prædicta præterea, & in decr. cū in cunctis. pro quo facit quod notat Ber. de his, quæ fiunt à maiori par.cap.ex ore.in glo.quia erat,& hæc opinio expressa erat indecisa ipsius decr. ex ore.& ꝓbatur optime de elect.dudum 1.in antiq.Ad id quod dicitur.de capitulis.60.dist.per totum,in quibus dicitur quod

Rōnē de arbitrarijs reddere non cogimur.

† Vide cōcil. Trid. sess.24. de refor. ca. 11.

† In manuscriptis ita:si aliud canonicum non obsistat.

1 Si nō pcedat causę cognitio. Philippus.

2 Idem Archid.

tur ꝙ archidiaconus,diaconus, & ꝑpoſitus presbyter dēt eſſe:dico ſecundum Hoſt.ibi ſubaudiendum, vel ſubdiaconus,cum in epiſcopum etiam poſſit eligi. de æta.& quali.à multis.

DE FILIIS PRESBYTERORVM, & alijs allegitime natis.

¶ Sub Bulla fuit ; & alijs nō legitime natis:& merito:qa nigrū ꝺ primis expreſſe non loquit̄:& ꝑꝑ plura inf. dicēda in diſpēſationis formā ꝗ̄ reſcripti. in Spe. eo.tit.in fi. Io.And.

† In aliquot antiquis codicib. de ſunt hæc verba: & alijs illegitime natis.

Continuatio dn̄i Heliæ.

Dictum fuit ſ̄.titulis præcedentib. de ꝑmouēdis ad ordines & bn̄ficia eccleſiaſtica : verū qa poſſet dubitare aliquis,vtrū filij p̄sbyterorū de lege cōi ſine diſpēſatione poſſint promoueri ad ordines vel bn̄ficia eccleſiaſtica:ideo cōpetēti ordine ponit̄ de filijs presbyterorum promouendis ad ordines vel beneficia,quid iuris ſit videamus.

TITVLVS XI.

De filijs præsbyterorum,§& alijs † illegitime natis.§

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Cum illegitime natis diſpenſant epiſcopi in minoribus ordinibus , & beneficio ſine cura : dummodo ſit tale , in quo aliàs diſpenſare poſſint: in alijs diſpenſatio Papæ requiritur .Ioan.And.

IS qui.] Sunt duo dicta:ſecundum ibi, Ille vero.Dom.

¶ Gloſſa intelligit iſtud c. ꝙ diſpenſatus vt poſſit obtinere(non obſtante defectu) beneficium curatum virtute diſpenſationis, non poſſit ſimul obtinere duo beneficia : ſed tūc iſtud c.non contineret difficultatem per c. de multa de præb.in antiq.vbi dr̄ , ꝙ quis non poteſt ſimul tenere duo beneficia,etiam ſi eſſet legitime natus:ideo in hoc reprehenditur gloſ.noſtra. Sed dicunt moderni quod iſtud c.intelligitur,quod illegitimus diſpenſatus,vt poſſit obtinere quodcunque beneficium,nō poteſt obtinere duo beneficia,etiam ſi vellet dimittere primū,ſi illud ſemel acceptauit : quia expirauit ſua diſpenſatio in primo beneficio acceptato,vt ca. non poteſt.inf. de præben. vbi ſi quis ſit diſpenſatus ad plura beneficia,eſt verificata ſua diſpēſatio in primo beneficio accepto,vel duobus primis obtentis:ergo idem in caſibus huius cap.

CASVS. Certum eſt ꝙ in promouendo ab beneficiū, ēt ſimplex,requiritur ꝙ talis ſit procreatus ex legitimo matrimonio.ca.cum in cunctis.de elect. in antiq. idem eſt in promouendo ad primam tonſuram:ita ꝙ illegitime natus ſine diſpenſatione non poteſt promoueri ad ordines,etiam ad primam tonſuram,vt dixi:Sed quæritur vtrum ſolus Papa poſſit diſpenſare? Reſpondet,ꝙ non:immo aliquotiens ſufficit diſpenſatio epiſcopi,ſ.quando talis illegitimus vult promoueri ad minores ordines,vel ſi vult promoueri ad beneficia ſimplicia:Si autem vellet promoueri ab ſacros ordines, vel ad beneficia ſuſtinentia adminiſtrationem,vt dignitatem,vel perſonatum,vel curata,requiritur diſpenſatio Papæ.Sed quid ſi Papa diſpenſat cū illegitime nato, vt poſſit acceptare quodcunque beneficium,etiam ſi immineret illi cura animarum?Accidit ꝙ illi illegitimo fuit collatum vnum beneficiū illud acceptauit: poſtea fuit ei collatū aliud pinguius beneficium,vtrum poſſit licet accipere?Dicit Romanus Pontifex ꝙ non, ſ̄m veriorem intellectum:quia diſpenſatio ſua eſt verificata in primo beneficio obtento,licet gl.aliter intelligat.Sed Dominicus de ſancto Gem. & moderni doctores in hoc reprehendunt gl.quia tunc iſtud cap.non contineret dubitationem: quia legitime natus non pōt obtinere duo beneficia curata.c.de multa.alleg.ergo multo minus illegitime natus:& hæc ſunt vera,niſi in diſpēſatione fuiſſet dictam, ꝙ obtento illo bn̄ficio,poſſet aliud acceptare, & primū dimittere,vt fit quotidie.Heli Regniet. Nota primo, ꝙ vbi ſubſūt plura impedimēta ꝑ remotionē vnius nō ſequit̄ remotio alterius:licet em̄ tollatur illegitimitas, nō per hoc tollunt̄ alia canonica impedimēta:Ad hoc ſ̄. de vſu pallij,ex tuarū.& de priuile.paſtoralis.Nota ſcd̄o,ꝙ cū illegitimo,vt promoueat̄ ad ſacros ordines, vel obtineat beneficium curatum , ſolus Papa diſpenſat.Dom.

† al.itat patit̄ in natalib.

CAP. I.

IS, qui [a] defectum [b] patitur † nataliū ex diſpenſatione [c] epiſcopi [d] licet poteſt(ſi ei aliud canonicum [e] non obſiſtat) ad ordines promoueri minores ; & obtinere beneficium [f], cui cura non imminent animarum : dummodo ſit tale [g], ſuper quo per ipſum epiſcopum valeat diſpenſari:¶ Ad ordines quoque

[Prima gloſſa ponit ſummam,& quid declaret.]

a ¶ Is qui.]cum illegitime natis diſpenſant ep̄i in minorib. ordinibus, & bn̄ficio ſine cura:dummodo ſit tale in quo aliàs diſpenſare poſſint:in alijs diſpenſatio Papæ requiritur. Si diſpenſatū fuerit cū aliquo ꝙ nō obſtāte illo defectu poſſit ad curatū bn̄ficium promoueri:prætextu illius diſpēſationis, nō poterit duo beneficia inſimul obtinere. Emanauit ad declarationem eorum quæ notantur ſ̄. eo.tit.c.pæn.& vlt.

ADDITIO. Et Guil.in Spec.tit.2.§. nunc de tēporum.in vlt.col.qui tenere voluit, quod ex cā epiſcopi diſpenſare poterant in ſacris : fatebatur tamen curiam tenere,quod hic dicitur.Io.An.

[Glo.ſeq.ſoluit dubium.]

b ¶ Defectū.]indiſtincte intelligo,prout iacet de quocunque defectu,ſiue ſit ſpurius,ſiue adulterinus,vel naturalis 1,licet aliàs quo ad ſucceſſiones diſtinguatur:nec ita de facili diſpenſetur cum vno ſicut cum reliquo:& ſic intelligatur ſup.de renun. niſi cum pridem.§.perſonæ vero,&c.Eſt.n dignus venia qui alieno vitio laborat,C.de natura.lib.l.legem.

ADDITIO. Idem Archi.alleg.28.q.1.idololatria. ſup.de cle.coniu.c.2.Idem Io.Mona.Ioan.And.

1 Et rō eſt ſ̄m Philippū hic,qa ptās diſpēſandi, cuius effectus non in ep̄m, ſed in alium deriuatur dēt late interpretari.

c ¶ Diſpenſatione.] nunquid promouendo diſpēſet? Vide remiſſiones,quas dedi ſup.c.proxi.Ioan.And.

d ¶ Epiſcopi.] in contrarium:videbatur ſup.eo.litteras.vbi Papa cum talibus in clericatu diſpenſat : ſed ratio eſt,quia petitum fuit à Papa : nam & epiſcopus poterat,vt notat Ber.eo.tit.c.vlt.

e ¶ Canonicum.] facit quod dixi ſup.c.proxi.

f ¶ Beneficium.] intelligo ſimplex:etiam ſi ſit canonia eccleſiæ cathedralis , ſecundum Archid. quia in perſonatu,vel dignitate etiam ſine cura,vt ſup. c.proxi.non credo quod diſpenſare poſſit . c. ad hoc 2 eo. tit.de præb.c.vlt.& de hoc de elect.dudum 2.

2 Idē Dominicus. Font.

[Gl.ſeq.ponit tres lecturas,& opiniones circa primā.

g ¶ Tale.]quia nō paternum 3 immediate, ſuper quo nō pōt ep̄s ēt cum legitimo diſpēſare ſ̄m Vinc.ſ̄.eo. ex tua.Gof.in ſumma huius tit.§.circa aliud.Bar.Brixien.56.diſ.in ſumma.Ber.& Pet.de Samp.in prædicta decre.ex tua.& Inno.eo.tit.c.vlti. ſ̄m Io.qui hoc notat 56. diſt.in.ſumma,& Tan.in dicta decre.Sed dixit Vincen.ꝙ ſi tn̄ eſſet ep̄s hoc facere nō auderet. Goff. ſup.de elect.innotuit.Ray.in ſumma huius tit.& Hoſtien.in dicta decretali tenent contrarium 4 Ad decr.pe.ſep.eo.tit.reſpōdent,quod de illegitimo loquitur:de tali forte beneficio loqui voluit hæc littera.

3 Vide oīno concil. Trid. ſeſ.25. de ref. c.15.

4 Qui tn̄ fatet̄, ꝙ curia tenet primum.Io.And.

Vel in-

Vel intelligas de beneficio quod habeat ecclesiã curatam annexam: ad hoc ꝭ. de preb. super eo. Vel de beneficio quod ex priuilegio, consuetudine, vel statuto requirat sacrũ ordinẽ: q̃a cum in ordine tali dispẽsare non possit: ergo nec in beneficio, ꝑ illũ ordinẽ requirit. de constit. trãslato. 1. q. 3. si q̃s obiecerit. & c. si quis prę bendas 1. Et est simi. quod dixi ꝭ. de rescri. si eo. tempore.

ra beneficia virtute illius secundæ dispensationis? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ non: immo est subreptitia: quia tacuit id quod si expressisset, nõ obtinuisset secũdam dispensationem Papæ, vel saltem cũ maiori difficultate: quia verisimile est, ꝙ Papa non voluisset eũ prosequi tanta beneficiorũ multitudine.

† In aliquot antiquis codicibus ita: vel bñficia, super q̃b. neq̃t, &c. abiq; illis verbis: curã animarũ habẽtia. 1 Idẽ Archid. q. alleg. ff. de leg. 1. sed & si res. & ꝭ. de pb is cui. Et idẽ Ioan. Mo. q. dicit idem vbi statutũ iuratũ ꝑ sedẽ Apostolicã ꝯfirmatũ, nõ acq̃rit illegitimũ. I. A. 2 Secũdũ Gof. ꝭ. c. fi. & ĩ sũ. e. ti. vers. pẽ. I. An.

maiores a, vel † beneficia curam animarum habentia, super quibus nequit episcopus dispensare sine dispensatione sedis Apostolicæ b, ꝓmoueri nõ põt.

¶ Si dispensatum fuerit cum aliquo, quod non obstante vllo defectu possit ad curatum beneficium promoueri: prætextu illius dispensationis non poterit duo beneficia insimul obtinere. Ioan. And.

¶ Ille vero, cum quo per sedem c dispensatur eandem, vt præmisso non obstante defectu d, valeat ad beneficium, etiam si curã animarum habeat, promoueri: nequit prætextu dispensationis huiusmodi (quam exorbitantem à iure oportet veluti odiosam e restringi) nisi vnicum beneficium obtinere f.

¶ Idem.

¶ Si ille, cum quo super defectu originis in curato beneficio fuerit dispensatum, eo tacito super pluralitate dispensationem obtineat; non valet dispensatio. Ioan. And.

CAP. II.

Si is g, cum quo fuit per sedem h Apostolicam dispensatum, vt non obstante defectu i natalium, quem patitur, ad

a ¶ Maiores.] hoc intellige de sæculari clerico: nam in regulari secus est: q̃a de iure talis ꝓmouerĩ ad sacros. ꝭ. eo. tit. c. 1. 56. dist. c. 1. & c. nasci. & hoc tenet Io. 56. di in summa Ber. ꝭ. e. c. vl. Gof. in summa huius tit. §. circa filios. nec per hoc intelligit dispẽsatũ in episcopatu arg. de sen. excom. q̃a periculosum. de cõcess. pb. dilectus. in ant. vbi de hoc ꝑ Inn. & Host. 12. dis. nos ꝯsuetudinẽ. & ꝭ. e. prox. ADDITIO. Idẽ hic Archidia. quod idem Compost. ꝭ. de elect. cum in cunctis. & Gali. in Spec. tit. 2. §. fi. ver. quid & si dispensatum. Et de his quæstionibus ad materiam, ibi vide in versi. si præcedentibus. & versi seq. Ioan. And.

[Glo. seq. soluit dubium & remittit: secundo quærit, & dupliciter soluit.]

b ¶ Sedis Apostolicæ.] nec sufficit dispensatio legati, vt ꝭ. eo. tit. c. pen. & dic vt ibi. Sed quæro quare eps dispensat in criminalibus ab adultero citra. & nõ in defectu? Sol. 2 Facilius deletur irregularitas ꝓueniẽs ex crimine: purgatur enim per pænitentiam: nõ sic in defectu. 26. dist. deinde. vel maior est irregularitas ꝓueniens ex origine, q̃ ex crimine, quia prima ex natura, secunda ex accidenti: sed naturalia immutari non possunt. 6. dist. §. vlti.

c ¶ Per sedem.] eadem ratione dico idem de illo, cũ quo dispensatur per episcopum, vt possit ad minores ordines, & ad beneficium sine cura licite promoueri, cum eadem sit ratio.

d ¶ Defectu.] propter hoc à sæcularibus non repelli tur honoribus. ff. de decuri. l. spurij. & l. generaliter. §. spurios. Ioan. And.

e ¶ Odiosam.] ꝭ de reg. iur. odia. cum suis concor.

f ¶ Obtinere.] Concor. ꝭ. de præb. non potest. 3. respõso. cum suis concor.

Si is cum quo.] Decidit casum, & rationem interserit: ibi, Cum nõ sit verisimile. Ioan. And. aliter autem diuidi non potest: quia tota littera pendet. Dominicus.

¶ Dispensatio addita dispensationi non valet: nisi in dispensatione secunda fiat mentio de prima.

CASVS. Titius illegitime natus à sede Apostolica obtinuit dispensationem, vt possit promoueri ad sacros ordines, & ad beneficium ecclesiasticum etiã curatum: deinde assecuto beneficio curato, virtute suæ dispensationis videbat beneficium curatũ aliud sibi conferendũ: vnde accessit ad Papã, vt posset obtinere duo beneficia curata, & in illa dispensatione nõ fecit mentionem, ꝙ esset illegitime natus: Papa fecerat ei gratiam ad obtinendum beneficium curatum: an valeat ista secunda dispẽsatio, ita vt posset obtinere plu-

Nota primo illud ad quod allegatur textus iste, ꝙ dispensatio addita dispẽsationi nõ valet: nisi in scda dispẽsatione fiat mẽtio de prima. Not. magis specifice ꝙ si ille cũ quo fuit dispensatũ sup illegitimitate ad beneficiũ curatum, velit obtinere secundam dispensationem ad pluralitatem beneficiorum obtinẽdorum in futurum tẽpus debet in secũda dispensatione super pluralitate beneficiorũ obtinendorũ in posterum, facere mẽtionẽ de prima. Nota vlterius, ꝙ litteræ impetratæ ad plura beneficia obtinenda, si constiterit ipsas esse subreptitias, non valent ipso iure. Sunt autẽ litteræ subreptitiæ, quæ sunt impetratę tacita veritate: Secus vero est in litteris iustitiæ: Nam valet processus virtute illarũ factus: si nõ excipiatur de surreptione: Nam tales litteræ nõ sunt nullæ ipso iure, cap. si motu proprio. ꝭ. de præben. Sed quæritur quot beneficia potest obtinere ille, cũ quo est dispensatum sub hac forma: videlicet: Sixtus seruus. &c. dispẽsamus, vt duo, vel plura beneficia possis obtinere: Dicendum est, ꝙ cum dispensatio sit odiosa & exorbitans iure communi, debet restringi inquantum fieri potest: ideo dicẽdum est, ꝙ dispensatio sub prædicta forma, solum extendit ad tria beneficia. Sed quid si Papa dispensauit sub hac forma. Dispensamus vt possis obtinere duo, vel plura beneficia? Dicendũ ꝙ talis dispensatio solum extenditur ad quattuor beneficia: videlicet ad duo ratione dictionis, duo: & alia duo ratione verbi, plura.

[Prima glossa summat.]

g ¶ Si is.] si ille cũ quo super defectu originis in curato beneficio fuerit dispensatum, eo tacito sup pluralitate dispensationem obtineat: non valet dispẽsatio. Ioan. And.

[Glo seq. soluit dubium.]

h ¶ Sedem. quia alius nõ poterat. ꝭ. cap. proxi & eadem ratione idem credo in episcopo, ꝙ si dispensauerit cũ tali, ꝙ possit ad minores ordines & simplex beneficium promoueri: & postmodũ tacito defectu impetretur dispensatio: super pluralitate talium beneficiorum, non valet dispensatio propter eandẽ rationem: quia non est verisimile, &c.

[Glo. seq. ponit tres casus prohibitionis.]

i ¶ Defectu.] iste defectus tribus de causis ordinũ & beneficiorum promotionem impedit: primo ob ordinis prærogatiuam. 26. dist. cap. pe. & vlti. de exces. prælat. in antiq. inter dilectos. C. de digni. neque famosis. lib. 12. Secundo ob detestationem paterni criminis, quod punitur in filio, vt per id puniatur pater. 24. q. 3 cum ergo. §. sed qui. ff. de eo quod me. causa. l. isti qui dem. §. vlti. Tertio propter incontinentiam paternã, quæ timetur in filio. iuxta illud; Sæpe solet similis filius,

Illegitimus trib. rõnib. ab ordinũ & beneficiorũ ꝓmotione repellitur.

filius,&c.6.q.1.cap.sunt plurimi.§.verum,& ideo stylus est curiæ; si paterne non sit,&c.defectus autem est sed non culpa.56.dist.nasci.& de purg.canon.accedẽs.
ADDITIO. Ex his tribus insurgit quarta, scandalum scilicet illorum,inter quos promouetur.Io.And.

omnes a ordines promoueri valeat, & obtinere beneficium, etiam si curam habeat animarum,dispensationem aliam (tacito de prædicto defectu b) postmodum obtineat à sede c præfata,vt duo d †, aut plura beneficia similem curã e habentia possit recipere, si ei aliàs canonice conferantur, & ea simul licite retinere:talis dispẽsatio (cũ non sit verisimile sedem ipsam, cum illo prædictum patiente defectum, voluisse, si hoc fuisset expressum,eidem in pluralitate beneficiorum huiusmodi dispensare) veluti ꝑ subreptionẽ obtẽta, nullius penitus est momẽti f.

a ¶ Ad omnes ordines.] caute ponitur hoc in dispẽsatione 1 & super hoc vide ꝙ not.Ber. & moderni.s̃.eo. litteras.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Defectu.] natalium,super qđ dispẽsatione habuerũt. sed nonne sublatus erat ille defect⁹ ꝑ primã dispensationẽ:perinde igit̃ debet haberi ac si illegitimus nõ fuisset:& sic est ȷ̃.ff. de ædil.edi.l.qđ ita. 50.dist.ferrũ.in anti. de rescri. eam te.in fi. ff. de nata. resti.l. quæris.Littera infra cum non sit verisimile, &c. soluit ȝ. Nec obstat. l.quod ita.quia hic de origini naturali defectu loquitur, ibi de morbo accidentali,q facilius tollitur, vt s̃. dixi. c. proxi. Sed c. ferrum.loquitur quoad salutem animę: & de peccatis quæ[per 2 pænitentiam] purgantur. A Deo: quẽ nil latet.Sed hic prima dispensatio latebat,ſm Io.Mo. Et sic c.eam te.& l.quæris. loquuntur de quadam plena restitutione natalium.

ADDITIO. Non obstat secundũ Io. Mo.in auth. quomo.na.effi.sui.§.tribus.& §.adoptionis.coll.7.qa ibi de temporaliũ bonorũ successione:hic de spũalib. q̃ sũt digniora.de maio.& obed.solitæ,in ant.Io.An.

[Glo.seq.ponit duas opiniones.]

c ¶ Sede præfata] alius enim dare non posset:ad hoc facit ȷ̃. de præb.super eo. & c.non potest.&c.cũ singula.hoc tenet.Ber.de elect.dudum 2.in antiq. Bart.Brixien.70. dist. sanctorum. & Inno.s̃.de præb.de multa. Hostiensis autem dixit, ꝙ in dispensatione, quæ hẽt fieri propter necessitatem, vel vtilitatem ecclesię,eandem potestatem habent episcopi post decre.de multa. quam primo habebant,per prædictũ c.sanctorum.sed illam,quæ habet fieri ob prærogatiuam personæ,facit solus Papa : & sic intelligit ipse Pet.de Sam.& Abbas dictam decre.de multa.in fi.sed primam seruat curia: & de hoc in prædictis iuribus.21.quæst. 2.si quis iam traslatus.

d ¶ Duo.] ex talis dispensationis virtute prima duo quæ habuit,solum retinere poterit, vt ȷ̃.de præben nõ potest.2.respon.

e ¶ Curam.] incurato enim & simplici, bene dispẽsant episcopi,secundum omnes, vt not.in decret.dudum 2.de elect.

f ¶ Momenti.] Nota litteras subreptitias ipso iure nõ valere. de hoc dic vt not.s̃.de resc.ad audientiã 2.

2 Quia si nõ poneret,venirẽt solũ minores gl.in c.litteras. eo. tit.Pet de Arch. Fõ.

† Vide ꝯcil. Trid. ses. 7. de refor. c.4. & ses.24. de refor. c.17. & ꝯcil. Laterã.sub Innocẽt.iij. c.29.

2 Hæc duo verba:ꝑ pœnitentiã: desũt in antiquis codicib.

DE BIGAMIS.

¶ Visum est supra tit.proxi.de fil presby. qualiter nõ possunt promoueri ad ordines vel beneficia : verũ qa dubitare posset aliquis de bigamis,an bigami possint promoueri ad ordines vel beneficia: ideo annectitur rubrica, de bigamis.

TITVLVS XII.
De bigamis.

¶ Gregorius x. in concilio generali Lugdunensi.

¶ *Bigamus nudatus est omni priuilegio clericali, & astrictus sæculari foro : nec valet consuetudo in contrarium: & prohibetur sub anathemate, ne tonsuram deferat. Ioan.And.*

CAPIT. VNIC.

ALtercatiõis g † antiquę h dubiũ præsẽtis declaratiõnis oraculo decidentes, bigamos i omni

ALtercationis.] Tria facit : Primo declarat: Secundo reprobat:ibi,Et coerctioni. Tertio prohibet:ibi,Ipsis quoque

ADDITIO. Quòd Lamech fuerit primus bigamus, habetur Gene.4.& 31.q.1. quomodo virginib. Ioan.And.

CASVS. Certũ est ꝙ promoti ad primã tõsuram gaudẽt pluribus priuilegijs; nã nõ tenentur subire onera sordida,nec ꝑsonalia. l. placet. C. de sacrosan.eccle.c. nõ minus.de immu. eccle. in ant. Item si committant delictũ non puniunt̃ per iudicem laicum, sed remittuntur ad iudicem ecclesiasticũ, Ponamus ꝙ aliquis clericus promotus ad primã tonsuram effectus est bigamus vere vel interpretatiue:qa ȝxit cũ duab. vel cũ vna corrupta: an talis sit priuatus omni priuilegio clericali? Rñdet Romanus Põtif. ꝙ sic:Sed clerici vxorati retinẽt adhuc duo priuilegia, s. vt non possint distringi per laicum iudicem: Item retinent priuilegium cap. si quis suadente.17.q.4. Sed vtrum bigamus possit portare insignia clericalia? Rñdet ꝙ nõ: ideo nõ potest deferre tonsurã, nec habitũ clericalẽ: Et si deferat, põt moneri sub pœna excõicationis ne amplius deferat, & si nõ desistat,ẽ excõicãdus:immo ſm l.cõmittit crimẽ falsi.l.eos q § qui se ꝑ milite.ff. ad l.Cor.de fal.Not.primo ꝙ ad Papã spectat declarare dubia iuris, q̃ sunt inter doctores. ad hoc.s̃.de rescr. sup lrĩs.& q fil. sint legi.ꝑ venerabilẽ.Not.scđo,ꝙ q̃s põt dici nudus,qui priuatur aliqua qualitate incorporali.ad hoc ȷ̃.de resti.spo frequens.Dominicus.

[Prima glossa summat.]

g ¶ Altercationis.] Bigamus nudatus est omni priuilegio clericali,astrictus sæculari foro : nec valet cõsuetudo in cõtrarium:& prohibet̃ sub anathemate,ne tonsuram deferat.Ioan. And.

[Glo.seq.ponit opi.quas decre.determinat.]

h ¶ Altercationis antiquę.] hoc ideo dicit, qa olim super hoc erant opiniones : Dicebat Hug.ꝙ bigamus gaudebat priuilegio clericali & canonis : qa tenebat̃ portare tonsurã s̃.de vi.& ho.cle.clericus si tonsura.& erat de foro ecclesiæ.arg.31.dist.dictũ.& ad minores ordines ascendere poterat.34. dist. si q̃s viduã 2.in fi. à ȝrio sensu. & c.lector.ea dist. 3 Io.& alij.ȷ̃.ꝑ c.74. di.quisquis.& ibi hæc altercatio: vbi dr̃. q̃squis clericus viduã aut secũdã vxorẽ duxerit:omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox denudetur, laicali sibi tantũ cõmunione concessa:& per illud, denudetur,videbatur non esse priuatus, sed priuandus:præsens ergo constitutio declarat hoc.si.C.arb. tute.l.veteris.C. de posthu.hære.in stit.l.quod certatum.C.de fur.apud antiquos.

i ¶ Bigamos.] vere vel interpretatiue, vt qa duas vxores habuit 4 vel cũ vidua vel corrupta cõtraxit.s̃.eo. de bigamis.26.dist.deinde.& hoc verum est de his, q sic in minoribus ordinibus contraxerunt : secus si in sacris s̃.eo.nuper,à nobis.

† Vide Anchar. cõsi. 124. & de multiplici ꝑna bigamorũ agit Ioan.Mõtaigne tract. de bigamia, q.5.

3 Vbi de hoc & plenius s̃.c. 2. Frã.dicit ꝑ hoc cõcilium epos ẽt in minorib.dispẽsare non posse. Io. And.

4 Et ꝑcedit hoc ẽt si scđa nõ fuit vxor ꝑp aliqđ impedimẽtũ, qđ ȝhens ignorabat licet Archid. hic ȷ̃. de hoc dixi.s̃.e. tit. nuper super ver. quãtũ in ipsis. Io. And.

a ¶ Omni

a ¶ Omni priuilegio.] quod multiplex est. 27. q. 4. si quis suadente. s. de fo. compe. c. 2. & hoc quo ad personam. Item quod non vexentur aliquib. vexationib. in persona vel reb. C. de episc. & cleri. l. 1. & 2. & l. generali. & sup. de vi. & hon. cle. c. vlt. & ideo dr omni priuilegio: & comprehendit etiam priuilegium fori: & hoc sequitur.
b ¶ Addictos.] id est astrictos. C. de epi. audien. l. addictos.
c ¶ Consuetudine.] quae erat in quibusdam locis Franciae: nō ergo valet cōsuetudo in hoc casu, sicut nec in illis. sup. de cōsue. c. 1. & 2. s. tit. de elect. qa saepe. de de qua dic vt 8. dist. frustra. & cōsue. c. vl.
d ¶ Anathemate] interminatio est, nō canō latae sniae 1 quod probat de iure pat. relatū de quo dic, vt s. de sagit. c. vno, de simo. sicut tuis. & per Ioan. 63. dist. Salonitanae.

1 Idē Ancha. Fon.

priuilegio a clericali declaramus esse nudatos: Et coerctioni fori saecularis addictos b: consuetudine c contraria non obstante. Ipsis quoque sub anathemate d prohibemus deferre tonsuram, vel habitum clericalem.

TITVLVS XIII.

De officio vicarij.

¶ Innocentius quartus.

¶ *Successor officialis excommunicati, excommunicatus non est, nisi in crimine damnato communicet: illa autem quae exercet illo excommunicato manente, non ualent, si iurisdictione solum ab eo recepta hoc facit. Ioan. And.*

CAP. I.

Romana e ecclesia: & infra. ¶ Cum Remensis archiepiscopus in officialem alicuius suffraganei sui excommunicationis f sententiam ex aliqua rationabili g † causa profert: illos, qui vices ipsius h gerunt, propter i hoc excommu-

rerēt maiorē excōicationē. Not quod eps excōicatus non pōt exercere ea quae sunt iurisdictionis: & sic non pōt conferre beneficia: qa collatio beneficiorum est iurisdictionis. c. transmissam. de elect. in ant. Sed vtrum capitulum vel superior possit tunc conferre beneficia vacantia? Certe non. c. quia diuersitatem. de cōcess. pb. in antiqua collatio beneficiorū nō deuoluitur ad capitulum vel superiorē, nisi data negligētia: sed modo epi scopus excōicatus non pōt dici negligens, quia ēt si ipse vellet conferre. non posset.

† Vide S. cil. Trid. sess. 25. de refor. c. 3.

ADDITIO. Posset ergo excōicari, vt hic propter poenam. 11. q. 3. nemo episcoporum. Item extraordinarie puniri. in auth. de san. epi. §. pē. coll. 9. C. de epis. audien. l. minime. insti. de iniu. § 1. Io. And.

DE OFFICIO VICARII.

¶ Dictum fuit supra per discursum titulorum praecedentium de promotione clericorum ad beneficia ecclesiastica: verum quia sic promoti quandoque hēnt sub se vicarios: ideo ad nos informandum annectitur rubrica de officio vicarij.

Romana.] Sententia excōicationis in aliquē promulgata ex propria culpa, non est ad eius vicarium extendenda, hoc dicit sm Zen. Et tria facit Io. Mo. primo statuit: Secundo rōnem ponit: Tertio tacitae quaestioni respondet Secunda: ibi, Cum non. Tertia, ibi, Et tamen. Ioan. And.

CASVS. Cum archiepiscopus Burdegalēsis officialem Pictauen. excōicat aliqua rōnabili cā: officialis Pictauen. non pōt exercere iurisdictionem episcopi Pictauē. Ponamus quod officialis ipse excōicatus aliquē sibi substituit: vtrū ipse substitut' sit excōicatus exercendo iurisdictionem epi Pictauen? Rñdet quod non, nisi sit participans cum officiali in crimine damnato, c. si concubinae. de sent. excom. in antiq. vbi dr, quod participans in crimine pp quòd aliquis fuit excōicatus: incurrit maiorem excōicationē. Sed quid; Ponamus quod substitutus exercet iurisdictionē ipsius officialis, an valeat gesta per ipsum officialem? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione: quia aut iste substitutus suscepit iurisdictionem ab officiali excōicato, & tūc nō valent gesta per istum substitutum: quia si officialis non valuit per se exercere iurisdōnem, nec ēt potuit alijs cōmittere: aut substitutus ab alio suscepit iurisdōnē, & non ab officiali excōicato: tunc valebūt gesta p ipsū. Alij intelligūt quod officialis excōicat' de facto substituit alium officialem: quod facere non pōt. l. praetor. ff. de iuris. om. iudi. & talis substitut' de facto ab officiali excōicato nō est excōicatus, sed tn̄ nō valēt gesta per ipsum. Nota primo ex hoc, c. quod qs sine cā rōnabili nō dēt excōicari: vnde excōicatio nō fertur ab homine nisi p inobediētia vel cōtumacia: & licet delictū praecedens sit causa mediata, tn̄ cōtumacia est cā immediata excōicationis. Nota insup ex hoc tex. iuncta gl. quod officialis epi potest excōicari sub nomine dignitatis, & tn̄ excōicatio nō extenditur ad successores, nisi participarent cū excōicato in crimine dānato, vt dicto c. si cōcubinae. alleg. quia tunc incurrerēt maiorē excōicationē.

[Prima glossa summat.]
e ¶ Romana.] successor officialis excōicati, excōicat' non est, nisi in crimine damnato cōicet: illa aūt quae exercet illo excōicato manente, non valent, si iurisdictione solum ab eo recepta hoc facit. Ioan. And.
f ¶ Excommunicationis.] maioris: nam excommunicatus minori, ea quae sunt iurisdictionis exercet, vt sup. de cleri. excom. mi. si celebrat.
[Glos. seq. recitetur per quaestionem.]
g ¶ Rationabili causa.] aliter non dēt ferri excōicatio nis snia. inf. de sen. excō. cū medicinalis. & potuit esse rationabilis cā, cum officialis epi peccat in his quae sunt iurisdictionis: quia idem est consistorium epi, & sui officialis: tūc archiepi eos sicut epi punire pnt. inf. de appel. Romana. 1. respon. Si vero officialis epi aliquid possideret vel faceret vt priuatus: tunc archieps eum plus punire non posset, nisi sicut alios subditos eporum, casibus not. sup. de off. ordi. pastoralis. & hoc probetur inf. de fo. com. Romana. §. 2. & vlt.
[Glo. seq. primo litteram exponit: secundo format duas quaestiones, & illas soluit.]
h ¶ Ipsius.] officialis vel officialatus: nec putes quod officialis alium officialem generalē dare possit 2. Ad hoc sup. eo. cleri cos. vbi de hoc per Host. & Gar. licet specialem causam delegare possit, & etiam plures. ff. de iudi. l. cum praetor. posito tamen quod generalem officialem dederit: sicut interdum fit de facto: ille tn̄ excommunicatus non est, vt hic dicit. Vel hic non dr quod officialis ipse officialem dederit 3: sed eps alium officialem dedit excommunicato primo: quaeritur an excōicatus sit secundus? & videbatur quod sic: cum lata esset sententia in officialem: ad hoc respondet. Quaerit solet, quid si quis delegauit causam, postea excōicatur: nunquid expirauit delegati potestas? De hoc recurre sup. de off. deleg. licet. & quod non expiret, bene facit inf. tit. proxi. si is cui 4. si vero eps est excommunicatus, nec ipse, nec ipsius officialis (cum eorum idem sit consistorium) de causis cognoscent: quid ergo tunc fiet? adeatur Papa, vt prouideat. sup. eo. lib. de supplen. negli. praela. c. 1.
i ¶ Propter hoc.] scilicet quod gerunt vices officialis ex cōmissione episcopi vel ipsius officialis facta ante excommunicationem. Vel dic vt sup.

2 Immo de cōsuetudine faciunt, cū consensu epi ad tps Philipp. Fonta.

3 Immo hoc dicit hic Phil.

4 Posset responderi, quod res non erat integra. Philip.

a ¶ Ob id.] scilicet, quòd gerunt vices eius.
b ¶ In crimine.] quia tunc eadem sententia sunt ligati. sup. de sen. excom. si concubinæ.
c ¶ Qui.] ita construe: qui scilicet officialis nõ arcta tur distinctione censuræ ecclesiasticæ: & pro eo quod suũ, &c. ergo si ideo essent excõicati, tũc successores eadem snĩa ligarẽtur. Pone in terminis: Excõicauerat archieps epm: monuerat officialẽ ꝙ de causis non cognosceret, qui nõ desidebat: excõicauit eum; successor participauit in crimine damnato vnde ligatus est. Idem ẽm Innocen. in illo qui in officialatu sibi deseruit, vel stat iuri coram illo. Io. And. Alia littera ẽ in plurali, exercent & arctantur: quasi dicat, eo ꝙ vicegerentes exercent officialis officium, non ligantur sententia.
d ¶ Ipsi.] scilicet vicarij officialium.
e ¶ Vices.] officialis saltem nunc excommunicati.

nicationis vinculo non astringit: Cum non communicent ob id [a] officiali eidem in crimine [b], qui [c] ecclesiæ censuræ districtione, pro eo, quòd suum exercent officium, non arctantur. ¶ Ea tamen, quæ ipsi [d] gerendo huiusmodi vices [e] agunt, eo taliter [f] excommunicato manente (si iurisdictionem tantum [g] recipiunt [h] ab eodem) non possunt obtinere vigorem [i].

¶ Bonifacius Octauus.

¶ *Ex generali commissione non potest officialis inquirere, corrigere, deponere, & punire subditorum excessus.* Ioannes *And.*

f ¶ Taliter.] aliàs tũ, aliàs tamen: & dic, taliter, id est, etiam propter aliam cãm, non propter officialitatem.
g ¶ Tantum.] ergo si ab episcopo, secus: quia officiali excommunicato, si episcopus alij committat, tenet commissio, vt superius dixi.
h ¶ Recipiunt.] 1 de facto: quia de iure ille iurisdictionem demãdare non potest, qui excommunicatus est. 24. q. 1. audiuimus. de re iud. ad probandum.

1 Placet Dominico.

i ¶ Vigorem.] non. n. potuit excommunicatus quod non habebat, committere. 1. q. 7. Daibertum de iure pat. quòd autem. In casu tamen excommunicatus vtitur iurisdictione. inf. de hære. præsidentes. & est specialis 2 casus in odium hæresis.

2 Vide Eymericũ in direct. par. 3. q. 22 & Gõdissaluũ tract. de hæret. q. 19. nu. 8.

LIcet.] Primo ponit dictum; Secundo excipit: ibi, Nisi. Ioan. And.

CASVS. Episcopus Pictauen. fecit & creauit sub terminis generalibus Titium suum officialem iurisdictionis: vtrum Titius officialis virtute generalis cõmissionis recipiat potestatem ab epo inquirendi crimina, & puniendi excessus? Rñdet, quod non, nisi in commissione habeat specialem & liberam facultatem corrigendi crimina, & puniendi excessus: sed ꝓ istis criminibus esset recurrendum ad epm: ideo libellans in criminib. qui litigat coram officiali, debet dicere in suo libello: coram vobis officiali specialiter constituto ad inquirendum excessus, puniendum, deponendum, &c. nam ista tribuunt sibi potestatem. Nota primo, quod per commissionem officij generaliter factam episcopo, datur potestas cognoscendi de causis. Nota secundo, quod in generali mandato non includitur potestas cognoscendi de causis criminalibus: Ad hoc clem. non potest. de procura. Dominicus.

[Prima glossa posuit summam: & vnde tractat, & quid approbat.]

k ¶ Licet.] ex generali commissione nõ põt officialis inquirere, corrigere, deponere, & punire subditorum excessus. hoc dicit, & fuit hæc decretalis tracta de quadam extrauaganti Alexãdri quarti, quæ incipiebat, Dudum, vbi quidam officialis epi abbatem depo suerat; qui appellauit ad archiepm: & officialis archiepiscopi sententiam confirmauit: appellatum fuit ad Papam: & Papa prædictas sentẽtias infirmauit 3. quod hic dicitur tenebat Hostiensis de instit. ex frequentibus. in antiq.

3 Per hãc glo. soleo ponere exẽplũ in decr. cãm 2. de iudi. ꝙ similitudo causæ reddit iudicẽ suspectũ qñq; vt ibi scripsi su per ver. pœna. Io. And.

CAP. II.

LIcet [k] † in officialem [l] episcopi [m] per commissionem officij generaliter [n] sibi factam, causarum cognitio transferatur: potestatem tamen inquirẽdi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos à suis beneficijs, officijs † vel administrationibus amouendi, transferri nolumus in eundem: Nisi sibi specialiter hæc committantur [o].

† Nota ꝙ genus nõ includit quamlibet spẽm comprehẽsã sub illo, qñest dare aliq rõnẽ, qua re nõ includatur ad hoc ꝙ not. glo. inf. de excep. pia.

† Dictio, officijs. deest in antiquis codicib.

¶ Idem.

¶ *Ex generali commissione officialis beneficia conferre non potest.* *Ioan. And.*

CAP. III.

CVM IN GENE-

ADDITIO. Et Gul. in Spe. de inquisi. ad fi. 1. col. Io. An.
l ¶ Officialem.] qui interdũ missus Dominicus appellat. de reg. cap. 2. de frigi & malef. c. 1. Officialis iste ordinariam hẽt iurisdictionem: interponit. n. decretũ in alienationib. rerum minorum, & emancipationibus, & omnia, quę ad iurisdictionem pertinẽt, expedit. C. de offi. eius, qui vicẽ, al. iu. ob. l. 2. & inf. de iudi. c. vlti. sed talia cum causæ cognitionem requirat secundum leges, non delegantur. ff. de offi. procõsu. l. nec quicquam. §. 1. ergo sequitur ꝙ ex iurisdictione ordinaria hoc facit, nõ ex delegata, ẽm Innoc. & Host. qui hoc not. sup. eod. tit. sua. & Guli. in Spe. de ordi. in prin. Goff. contra in summa istius titu. Primum tene: & adde rationem decre. sup. eo li. de cõsue. c. 2. & quod ibi dixi, licet autem negari non possit eos iurisdictionem habere ordinariam: tamen non in omnibus recurritur ad eos sicut ad dantes: hinc est, quod de casibus hic & inf. cap. 1. expressis, sine speciali mandato se non intromittunt, nec etiam de spiritualibus: vnde litteras commendatitias ad ordines dare non possunt, vt su p. eod. lib. de tempo. ordi. cum nullius. §. 1. 4. Nec officialis archiepiscopi præsente, vel vicino archiepiscopo in suffraganeum excommunicationis, suspensionis, vel interdicti fert sententiam. infra de offic. ordi. cap. 1. in fi.

Officialis epi hẽtiurisdõnem ordinariam.

4 Nec ẽt ad eos recurrit, si appellet à delegato episcopi: & alias fallẽ tia ponit hic Phil. Fon.

m ¶ Episcopi.] vel cuiuscunque alterius, cum eadẽ sit ratio.
n ¶ Generaliter.] non ergo tantum valet genus quo ad singula, quantum species. de hoc 23. dist. quamquã. de offi. ordi. si sacerdos in antiq.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

o ¶ Committantur.] sed pone, episcopus dedit vicarium generalem: & in mandato expressit aliquod de istis, quòd requirit speciale mandatum, secuta clausula generali: & omnia alia, quæ per nos possunt etiam si mandatum exigant speciale: quæritur an talis omnia specialia possit? Et dicit Host. sup. de offi. archi. significasti, per ipsam decre. & per decr. sedes. supra de rescri. & per l. ff. si quis cautio. sed & si. §. quæsitum, & per ea quæ not. de commo. cap. vno. quod omnia poterit 5: quod satis videtur ad instar procuratoris, vt inf. de procu. qui ad agendum. §. 1. secus si aliquod de specialibus non expressum fuisset, vt ibi 1. responso.

5 Dissimilia, vel minora expressis. Phil.

CVm in generali.] Præmissa duplici ratione ponit dictum, à quo secundo excipit: ibi, Nisi. Io. And.

CASVS. Episcopus Pictauen. Titium suum officialẽ siue vicarium in spiritualibus & temporalibus constituit, creauit & ordinauit: Certum est ꝙ virtute generalis commissionis ipse Titius officialis nõ recipit potesta

rali [a] concessione nequaquam illa veniant, quæ nõ esset quis verisimiliter [b] in specie concessurus [c]: nec regulariter [d] donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera [e] est concessa: officialis †, aut vicarius generalis episcopi beneficia conferre non possunt [f]: Nisi beneficiorum collatio ipsis specialiter sit commissa [g].

potestatem inquirendi, & puniendi excessus, vel deponendi, vt dicitur supra c. proxi. Sed nunquid virtute generalis cõmissionis recipit potestatem conferendi beneficia spectantia ad suam collationem? Respondet q non: nisi collatio beneficiorum ei specialiter committatur: Nota primo quod in officialem ex generali cõmissione trãsit iurisdictio in causis ciuilibus: sed virtute generalis commissionis nõ habet potestatem inquirendi, & corrigẽdi crimina, nisi ei specialiter mandetur potestas inquirẽdi, & corrigendi, & puniendi excessus. Nota vlterius quod collatio beneficiorum vocatur donatio: sed cõtra hoc facit: quia donatio nullo cogẽte imperio ex mera liberalitate confertur: sed collator compellitur conferre beneficium vacans intra sex menses: aliàs priuaretur potestate conferendi, igitur, &c. Dicendum, quod collatio beneficiorũ vno respectu est donatio: videlicet in cui conferendo: puta mihi, vel tibi, vel illi: sed alio respectu, scilicet in conferendo simpliciter, nõ dicitur donatio: cum ista collatio fiat aliquo cogente imperio, ne perdat potestatem conferendi elapsis sex mensibus: ex quo sequitur, quòd si ille in quem fit collatio, sit ingratus non potest repelli: licet secus sit in meris donationibus ciuilibus. cap. penult. inf. de dona. l. fi. C. de reuocan. don. Nota quod procurator omnium bonorum, cum libera administratione & generali potestate, vt possit facere ea, quæ constituens faceret, non potest dare bona spectantia ad dominum: quia tali generali commissione est intelligẽda ista clausula: excepta alienatione bonorum nostrorum gratuita. Nota principalem effectum huius c. qđ vicarius episcopi non potest conferre beneficia, nisi ad hoc episcopus dederit ei specialem potestatem. Vtrum episcopus possit alicui dare facultatem conferendi beneficia ad collationem ipsius spectantia? Dicendum quòd sic, vt hic dicitur: sed non intelligitur, quòd episcopus possit dare potestatem ad conferendum beneficia proximò vacatura, quia fieret fraus concilio generali, ne cõferantur beneficia proxime vacatura: quod est contra vicariatus speciales, qui cõmuniter dantur.

† Not. ar. pro & cõ, q idẽ est dicere officialis, q vicarius: de quo hic p Domin.

[Glossa prima ponit summam, & quid declaret.]

a ¶ Cum in generali.] ex generali commissione officialis beneficia conferre non potest. Declarat notata per Goffredum, Innocentium & Hostiensem de p̃ben. dilecto.

b ¶ Verisimiliter.] Nota inspiciendum quod est verisimile, concordat sup. tit. 2. c. vlt. & habet hoc locum etiam vbi est generalitas, vt hic, & vbi est obscuritas, vt inf. de reg. iur. inspicimus.

c ¶ Concessurus.] ad idem inf. de poe. & remis. si episcopus. & inf. de reg. iur. in generali. cum suis cõcor. & idem in obligatione. C. quæ res pigno. ob. pos. l. 1.

[Glo. seq. ponit tres casus contra regulam.]

d ¶ Nec regulariter.] secũda rõ huius dicti: & ideo dicit, regulariter: quia casualiter secus, vt si iusta rõne motus donauerit, vt puta magistro: vel si donare ei permissum sit: vel ratione personæ ipsius, cui concessa est administratio, vt si sit filius senatoris. ff. de administr. tut. cum plures. §. cum tutor. ff. de tute. & ra. dist. l. 1. §. 1. & ff. de dona. l. filiusfamilias 1. 1. respõso. 2. & 3. de hoc not. ff. de pac. contra iuris, in fin.

1 Vide Bart. in l. filius. alleg. in gl. in ver. liberam. c. grãdi. de suppl. negli. prela. eo. li. Fo.

e ¶ Libera.] in conferendis beneficijs est liberalitas in cui dando: sed non in dando, secundum ea quæ not. sup. de præben. relatum. & cap. inter cætera.

[Gl. seq. opponit de duobus capitulis, quib. r̃ndet.]

f ¶ Non possunt.] in contrarium videbatur per decre. supra de insti. ex frequentib. & supra de præb. dilecto. sed illa iura non obstãt: quia in decre. ex frequentibus. non dicitur, quod officiales possint conferre: sed quod possint confirmare; & hæc sunt diuersa vt patet in c. se de vacante. quod bene confirmat ab episcopo cõfirmandos. ꝭ. de maio. & obed. cum olim. inf. de insti. c. 2. & tñ non confert beneficia ad solius episcopi collationem spectãtia ꝭ. ne se. va. illa. & ꝭ. eo. tit. c. vnico. Ad idem ꝭ. de præbẽ. cum in illis. Decret dilecto. non dicit quòd approbatio ibi facta per generalem procuratorem valuerit.

† In quodam manuscripto ita, Innocẽtius iij. in concilio Lug.

g ¶ Commissa.] nota pro his quę not. Io. Ber. & Host. supra de concess. præben. constitutus. dixerunt enim, quòd episcopus non potest specialiter conferre collationem alicuius præbendæ, quæ nondum [2] vacat: quia id posset fieri in fraudem vacaturarũ: qui enim non posset mihi promittere primam vacaturam, daret fratri vel amico meo potestatem conferendi primam: & hoc esse non potest: & sic intelligitur decre. prædicta constitutus. in fi. Sed generaliter committere collationem beneficiorum ad se spectantium bene potest, vt hic. & 19. q. 1. statuimus. [scilicet ei quẽ facit vicarium, super quo vide quod not. inf. tit. 2. cap. pen. in fin. antepenult. glo. & inf. de præben statutum in glo. fin.] Et perpetuo etiam posset hoc ius committi alicui dignitati: vel in genere, vt sup. de insti. cum venissent. vel in specie, vt sup. de dona. pastoralis. 16. q. 2. visis.

2 Vide Concilium Tri. sessio. 24. de refor. c. 19.

ADDITIO. Tene quod scripsi de censi. cum venerabilis in ant. super fin. 2. glo. ver. tamen hoc puto. Ioan. And.

TITVLVS XIIII.

De officio & potest. iudicis delegati.

¶ Bonifacius octauus †.

¶ *Conseruator à manifestis defendit iniurijs, & iudicialem indaginem non exercet.*

CAP. I.

STATVI-

DE OFFICIO ET POTESTATE iudicis delegati.

¶ Superiori tit. dictum fuit de officio vicarij: verum quia iudex delegatus gerit vices iudicis delegantis, & quodammodo dicitur eius vicarius quantum ad causam sibi commissam: ideo post rubricam præcedentem ponitur hæc rubrica, de officio & potestate iudicis delegati.

STatuimus.] sunt duæ partes. In prima p̃missio. In secunda: ibi, Nec ad alia prohibitio Ioan And.

CASVS. Romanus Põtifex aliquos religiosos vel alios exemit à potestate iudicis ordinarij & eos recepit i sua tutela, & custodia, dãdo eis cõseruatores: Quæritur de p̃tãte illorũ conseruatorum? R̃ndetur, quod potestas eorum in hoc cõsistit, vt illos quibus sunt deputati, defendant à manifestis iniurijs. Sed quid si iniuria non sit manifesta: sed requirit plenam causæ cognitionem: vtrum conseruatur possit se impedire? Respondet q non: sed pro hoc est recurrendum ad ordinarium. Et ista vera sunt, nisi in priuilegijs istorum religiosorum, vel aliorũ quib. dati sunt conseruatores, aliud diceretur, videlicet, vt

possent

possent cognoscere de iniurijs & alijs casibus: etiã si requirerent iudicialem dignitatem, & cõiter in priuilegijs apponitur illa clausula. Nota primo, quòd officium conseruatorum est defendere illos, qui eis cõmittuntur à manifestis iniurijs & violentijs. Nota insuper, ꝙ conseruatores simpliciter deputati non possunt se impedire de his, quę sunt occulta & dubia. Sed q̃d si offensa manifesta negef, vtrum conseruator possit cognoscere an sit manifesta? Rñdet glossa ꝙ sic: aliàs q̃libet posset impedire iurisdõnem ipsorum cõseruatorum, quia quilibet conuẽtus semper negare iniuriã manifestam: Vnde qñ dubitatur de iurisdictione alicuius iudicis, ad eum iudicem spectat cognoscere an cognitio ad eum spectet vel non. l. si quis. ff. si quis in ius voc. non ierit.

† Vide Pet. d' Ancha. conf. 87. incip. omissopri mo dubio & cõs. 123. incip. in primo dubio. & Iasonẽ consil. 145. incip. circa duo. vol. 4.

mus a †, vt cõseruatores b, quos plerunque concedimus, à manifestis iniurijs, & violentijs defendere c possint quos eis committimus defendendos: Nec ad alia, quę iudicialem † indaginem d exigunt, suã possint extendere potestatem.

¶ Alexander quartus.

† Nota ꝙ potestas data alterũ defendendi, ne cessariò n̄ includit concessionem potestatis d' fendẽdi, cum indagine iudiciali. Domi.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Statuimus] conseruator à manifestis defendit iniurijs: & iudicialem indaginem non exercet.

[Glo. seq. recitetur per sex quęstiones.]

b ¶ Conseruatores.] quia materia conseruatorum in tit. isto hic & inf. c. proxi. & c. vlt. posita est: nota conseruatores delegatos esse 1 & vt dicebat Ber. de istis conseruatoribus per iura antiqua parum vel nihil habebamus: Possunt tamen dici cõseruatores epi, qui habent conseruare & defendere viduas, pupillos, & orphanos, & alias personas miserabiles 2 ab oppressionibus & iniurijs. de fo. comp. ex parte B. & c. ex tenore. in ant. 87. dist. c. 1. & 2. 23. q. 5. administratores. sup. de censi. licet. sup. eo c. significantibus. Scire debes (secundum Inno. & Host.) quod isti conseruatores interdum dantur, vt aliquos defendant ꝯ latrones vel praedones, interdum ꝯ eos qui eorum priuilegia infringunt: interdum latius, vt defendant ab iniurijs & offensis: & in nullo dictorum casuum habent iudicialem indaginem, vt hic, & inf. eo. c. vlt. De manifestis ergo solummodo habent cognoscere. Et intellige manifesta illa, quæ notoria sunt, & ita patẽtia, quòd nulla probabili tergiuersatione celari possunt, vt de ver. sig. ea parte in ant. de cohabi. cle. mu. c. vlt. Sed quid si negetur offensa notoria? negatione videtur fieri res dubia. C. qui. ad li. procla. non li. l. 3. Dic quòd bene ꝓbationes recipiet conseruator an factum sit notoriũ, vt sic videat an sit sua iurisdictio 3. ff. de iudi. si quis ex aliena. sup. de rescrip. super litteris. aliàs. n. istorum officium esset inutile: & si inueniet factum notoriũ, procedet: aliàs desistet, non. n. habet potestatem simpliciter defendendi iniuriam: sed qualificatã. notoriam. s. habet ergo conseruator reuocare reum: & si confiteatur factum, bene quidem: si neget, super notorio probationes recipiat: si autem confiteatur factum, sed dicit se id suo iure fecisse: dicunt quidam, quod vlterius se intromittere non debet. Alij contra dicentes quod probationes recipit super notoria offensa 4 Ad hoc sup. de elect. bonæ. aliàs facile esset conseruatorum officium deludere: vnde si videatur conseruatori probabilis negatio, non procedat: aliàs puniat sicut notorium. Dicebat autem olim Ber quod sicut delegatus recusari poterat, sic & conseruator: postea mutauit dicẽs, quod quia in notorijs non admittitur recusatio vel appellatio: conseruator autem nõ cognoscit nisi de notorijs: ergo recusari nõ poterit. sup. de appel propos uit. & c. cum sit. Dixit ẽt talem cõseruatorem inuocare posse auxilium brachij sæcularis supra de offi. ordi. c. 1. & c. quoniam. & 23. q. 5. administratores.

1 Item Ioan. An. & Pet. de Anch. q̃ a eorum officiũ expirat quo ad nõ cœpta.

2 Quæ dicãtur personæ miserabiles tradũt Doctores in c. 1. de post. plat. & in c. super quibusdã. de verb. sig & Bart. in l. cũ aliæ. ff. de leg.

3 Idẽ Pet. de Anch. Fonta.

4 Idẽ Pet. de Anch. Fonta.

ADDITIO. A tempore Inno. hoc tenentis: & hoc placet Hostien. & Archid. & ex eadẽ rõne dicebat Inno. quòd procedere poterit parte per contumaciã absente: remittit ad notata de cohabi. cleri. & mulie. vestra. Ioan. And.

¶ In coactionibus & pœnis Pontificali dignitati defertur.

[Gl. seq. declarat an iniuria cõmissa & cõmittenda, &c.]

CAP. II.

Quia Pontificali e dignitate præditis f ob reuerentiam sacri officij g, quod exercent, plurimũ deferri cõuenit, & eos plꝰ alijs honorari decet h:

c ¶ Defendere.] hoc intelligi põt de cõmissa & committẽda: pone enim paratos ad exercitũ & violentiam inferendam illis, quorum conseruator est: Prohibere poterit, excõmunicare, & punire de senten excom. sacro. & inf. eo. tit. Romana §. caueatur. In cõmissa defendent per districtionẽ ecclasticã, cõpellẽdo iniuriatores vt satisfaciãt læso: & et sæculare brachiũ inuocando, vt superius dixi.

Cõseruator põt d' fendere, nõ tm̃ ab iniuria cõmissa, sed etiã à cõmittenda.

d ¶ Indaginem.] idest, causæ cognitionem, seu ipsius examinationem: quia dubia sunt; & si de talibus se intromittant, pœnam incurrunt de qua inf. eo. ca. vlt. §. vt autem, nec valet quòd agitur, vt ead. decr. §. vlt. quæ est glo. istius.

Quia Pontificali.] Præmissa causa ponit constitutionem in genere, quam secundo specificat; ibi, Quòd tertio excipit: ibi, Nisi. Ioan. And.

¶ Istud ca. emanauit ad declarationem cap. sane. & c. pastoralis. eo. tit. in ant. vbi dicitur, quod iudex delegatus potest rebelles comprimere, & coercere episcopos. si non obediant in eis quæ spectant ad suam iurisdictionem: tamen deferre debet dignitati episcopali, & mittigare illas pœnas: istud cap. ponit quo ordine debet mitigare illas pœnas.

CASVS. Delegatus Papæ cãm subdelegauit epo Pictauen. episcopus nõ vult acceptare: Certum est ꝙ delegatus potest eum punire: sed tamen debet mitigare pœnam. Sed quæritur quam mitigationem debet ipse delegatus seruare: Rñdet ꝙ non debet ab initio episcopum excõicare: sed debet ei primo interdicere ingressum ecclesiæ: postea si illam pœnam contemnat, debet eum suspendere ab officio sacerdotali. postea ꝓcedere ad pœnas grauiores: tamen si delegatus primo processerit ad excõicationem, tenet excõmunicatio, licet non bene faciat: quia iste tex. loquitur de honestate: veruntamen posset esse tanta contumacia, quod delegatus inciperet ab excõmunicatione. Heli. Reg. Nota primo argu. ꝙ illa quæ exerceret episcopus rõne dignitatis episcopalis, dicuntur competere ex officio, & non ex ordine: & sic non videtur episcopatus ordo: de quo per glo & ibi dixi sup. in prœmio huius libri. Nota secundo, quòd appellatione iudicis non comprehenduntur conseruatores: quod nota pro iuribus loquentibus de iudicibus. Dominicus.

[Prima glossa summat, & dicit quid exemplificet.]

e ¶ Quia Pontificali.] in coactionibus & pœnis pontificali dignitati defertur. Exemplificat quod habetur sup eo. sane 2. c. pasto: alis. in principio.

ADDITIO. Guliel. hanc decretalem allegabat sub tit. de priuileg in Specul. de senten. prolat. §. vt autẽ. versi. quandoque. Ioan. And.

f ¶ Præditis.] idest, præ alijs dotatis.

ADDITIO. Archid. exponit idest, sublimatis & ornatis. Ioan. And.

g ¶ Officij] concor. inf. de sent. excom. quia periculosum. & 11. q. 3. absit.

h ¶ Decet.] inspicimus quid deceat, sic sup. eo. li. de elec. cum non deceat. cum suis concor.

ADDITIO. Et decentia proprie respicit honestatem. sup. de vot. magnæ. Ioan. And.

a ¶ Iudi-

vt cum à iudicibus a, vel cōseruatorib. à sede Apostolica deputatis contra eos, ad coactiones aliquas siue pœnas fuerit procedendum, gradus & modestia in huiusmodi processu seruetur: Ita quòd (eis quadam condigna reuerentia supportatis) ingressus b primo ipsis ecclesiæ, vel sacerdotale c interdicatur ministerium: ac deinde ab officio suspendantur, subsequenter aggrauetur censura ecclesiastica contra eos. Nisi forte aliter d fieri suaserit nimia contumaciæ proteruitas, siue culpa.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Delegato procedente cum duobus subdelegatis non in totum: ad Papam non ad condelegatos appellari debet. hoc dicit. Ioan. And*

CAP. III.

SI e duo ex tribus f à sede Apostolica g delegatis, duobus h alijs non in totum i subdelegauerint vices suas, ipsique†

a ¶ Iudicib.] potest referri ad hoc quod ĩ. sequitur, deputatis, vel puncta hic, & iudicib. quibuscunque. Ioan. And. [Idem Archid.

b ¶ Ingressus.] & si durāte tali interdicto in ecclesia solemniter celebrat, irregularis efficitur. ĩ. de senten. excom. is. cui 1.

†. Et si morit', nō est in cœmeterio sepeliēd' Archid.

ADDITIO. Et ibi dicam quod hic dicit Archid.

[Glos. seq. obijcit, & dupliciter soluit.]

c ¶ Sacerdotale.] si ne quo Pōtificale officiū exerceri nō potest. s̃. de exces. pla. ex litteris. [Scias ꝙ suspensus à Pōtificalibus tantum, in illis celebrando nō fit irregularis, sm Guil. in Spec. de leg. §. iusta. vers. q̃d si q̃s eps. Sed vr̃ ꝙ ab ipso principio isti arcti' ꝙ reliqui puniri deberēt s. q. vlt ca. quia iuxta. §. presbyteri. quæ est lex. C. d' episco. & cle. l. patri. vbi dicitur, ꝙ multo maiori pœna sunt digni, quibus cū plurimum honoris per nostrā iussionem delatum est, occulto reperiūtur in crimine: lex illa loquitur de illo, qui deliquit in eo, in quo honorabat', scilicet in sacerdote: qui in testimonio dicendo honoratur, vt nō torqueatur: & ideo verū. tacuit, vel falsum dixit. Vel dic quòd minor pœna maior est in maiore, secundum ea quæ. not. de cle. vena. cap. 1.

d ¶ Aliter.] vt scilicet non supportetur tanta modestia, vt quia iniurias vel contumeliosa verba ꝓfert in iudicem. s̃. de pœn. dilectus. Quid si iudex nō seruata forma huius decre. statim excōmunicet, vel suspēdat epm̃ vel superiorem, tenet ne sentētia? Dic ꝙ sic: licet reprehændendus sit iudex, ꝙ hanc modestiam nō seruauit 11. q. 3. c. 1. s̃. de senten. excom. sacro.

ADDITIO. Vide quod dixi in decre. sane. super verbo, interdicat. Ioan. And.

SI duo ex tribus.] non diuiditur. Præmitte ꝙ si delegatus Papæ subdelegat non in totū, facit gradū, ita ꝙ de eius subdelegato ad ipsum subdeleganté debeat appellari, vt. ĩ eo. si delegatus. & s̃. eo. super q̃stionum. Sed istud fallit in casu huius decre. Dominic'.

¶ Secundum dominum Heliam hoc ca. sic summat': Si appellatum fuerit ab vno trium delegatorū, nō appellatur ad duos delegatos, sed ad Papam. hoc dicit.

CASVS. Papa commisit causam tribus iudicib. delegatis, videlicet decano, archidiacono, & archipresbytero: duo fuerūt impediti: vnde ipsi vices suas sub delegauerunt: qui subdelegati processerunt cū tertio delegato in tanto, ꝙ deuentum fuit vsque ad sententiam, quam contra te tulerunt: vis ab illa sentētia appellare: vtrum possis appellare ad delegatos? Videt' ꝙ sic: quia appellare vis à subdelegato, ergo est appelādū ad delegatos, si in totum vices suas non cōmiserunt, sed aliquid sibi retinuerunt: Rñdet Romanus Pōtifex, ꝙ licet delegati subdelegauerint vices suas, & nō in totum: eo tñ ꝙ illi subdelegati non processerunt soli: sed cū tertio delegato, qui est par illis delegatis: ideo non pōt appellari ad delegatos: Nā nō appellatur à pari ad parem, & ideo à subdelegatis est appellandum ad Papam: ac si omnes delegati simul de causa cognouissent, & sic si delegati in totū subdelegassent causam, non appellaret' ad delegatos. l. vnica. C. qui pro sua iurisdi. iudi. da. vel non da. pos. secundū litteram, quæ habet; ad nos iure iudicia remeabūt, q est cōmunis littera, licet aliqui habeant in littera; ad eos. & tunc ille tex. intelligitur quando delegati sub delegauerunt in parte, & non in toto. Nota Primo ex hoc ca. ꝙ delegatus Papæ potest subdelegare. l. à iudice. C. de iud. ca. pastoralis. alleg. s̃. eo. l. & quia. ff. de iuris. mo iud. Nota vlterius, ꝙ delegatus Papę subdegādo pōt retinere aliq̃d de iurisdictione: ita ꝙ nō desinit oĩno esse iudex rōne cui' est appellādū ad ipsū delegatum: & iste est vnus casus ĩ quo nō pōt appellari ad Papā omisso medio: & illud procedit, siue delegat' reseruauit sibi sententiā siue tā tum executionem, Nota insuper principalem effectum huius ca. ꝙ si aliqui de legati subdelegēt, q̃ subdelegati ꝓcedūt cū vno ex principalib. delegatis, appellandum est non ad subdelegantes: sed ad Papam, propter mixturā paris respectu illorum subdelegatorum. Et ex hoc infertur aliud notabile, quod vbi duo permiscentur quorum vnum sit potentius altero, potentius attrahit ad se naturam minus potentis, etiam si minus potens in numero excedat potentius. Ad hoc supra de consec. vel al. aqua. Dom.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

e ¶ Si duo.] edita est hæc decretalis ad declarationē eorum, quæ notant Ber. Inno. & Host. s̃. eo. super quæstionum. §. si vero. ad finem.

ADDITIO. Hanc. decr. prolixe glossauit Archi. de glossa decre. super questionū. & expeditus. ĩ. eo. si delegatus. quæ postea cancellauit. Ioan. And. & Guli. in Spec. de appel. §. nunc tractemus. versi. quid si tres, Ioan. And.

f ¶ Ex tribus.] idem de vno, & multo fortius: quia maior dubitatio est quādo duo ex tribus subdelegāt, q̃ quādo vnus tantū: videbatur enim inspici debere maiorem numerum: quia ergo duo erant subdelegati & tertius delegatus: quia maior pars hui' iurisdictionis subdelegata erat, non videbatur appellandum ad primum delegantem: sed secus est, vt hic vides: cū em̃ in hoc casu diuersis respectibus emergant aduersa: eligere debemus quod minus in se habet captionis. ff. de reg. iur. quotiēs. captiosum enim esset si de pari ad parem appellaretur: ad Primum ergo appellari delegātem debebit.

ADDITIO. Dicit Ioan. Monachus, quòd cum hoc casu simus extra. § porro. cap. cum. plures. infra eo qui est exceptio à regula illa. 2. q. 6. ad Romanam. tenenda est, regula hoc casu expresse non vitiata. Ioan. And.

g ¶ A sede Apostolica.] ideo dictum, quia delegatus ab alio non delegat. s̃. eo. pastoralis. & ca. vlt. C. de iudi. à iudice.

h ¶ Duobus alijs.] idem si subdelegarent illi collegæ: sed de hoc videbatur dictum supra eo. super eo. §. si vero. secundum vnam lecturam, quæ ibi amplectenda est: quia si ibi quæreretur de eo qui totū subdelegauerat, non erat quæstio: quia per præcedentia decisa erat.

i ¶ Non in totum.] benedicit, quia si in totum subdelegassent: non esset q̃ō: quia tunc semper appellatur ad primum delegātem. s̃. eo. super quæstionū. § porro.

† Nota ꝙ plures diuersā iurisdictionē habētes, ĩ vna cā iudicāt & tūc ad appellationē ĩter ponēdā inspicit' dignior iurisdictio. s. ꝑcipim' ad fi. C. d' appel. vbi āt discordāt ĩ snĩa stat' numero. ca. fi. s. de re iud l. fi. C. de cā largi. lib. 11. Anch. Font.

a ¶ Condelegatos.] nota quia si in rescripto esset clausula, ꝙ si non omnes: & duo committerent: tertius se excusaret, nec committeret, in hoc casu ab illis duob subdelegatis ad delegatos subdelegātes appellaret, & non ad primū delegantē: cessat em rō: & 1 hoc videt voluisse hæc littera.

1 In antiqs libris ita: & hoc voluit hęc littera.

subdelegati cum delegato [a] tertio in causa processerint delegata: si appellatur ab ipsis [b], non ad condelegatos [c], sed ad primū delegantem tantummodo appellari debebit.

b ¶ Ab ipsis.] delegato & subdelegatis

c ¶ Condelegatos.] quia appellatio est de minori ad maiorem prouocatio. &c. hic autem partim appellaretur de pari ad parem: quod esse nō potest: adde quod dixi supra eod. lib. de consue. cap. 2.

¶ Idem.

¶ Tres casus ponit, in quibus suspicionis causa coram arbitris non tractatur: Primus, cum recusatur vnus ex delegatis datis cum clausula; quòd si non omnes: Secundus cum recusatur delegatus episcopi: Tertius, cum recusatur officialis. Ioan. And.

SI contra.] Sunt tria dicta quæ patent: Secundum: ibi, Cum autem. Tertiū: ibi, Idem est. Dominicus.

¶ Istud ca. emanauit ad limitationem iurium dicentium, ꝙ cum iudex recusatr vt suspectus: sunt eligendi arbitri: fallit in tribus casibus hic enumeratis.

CASVS. In causa, quam eram tecum habiturus, impetraui à sede Apostolica duos delegatos: videlicet decanum & archidiaconū ecclesiæ Pictauieñ. cū clausula: ꝙ si ambo interesse non poteritis, alter vestrum negotium exequatur: accidit ꝙ coram istis delegatis feci te citari & obtuli libellum, cui petij ꝑ te respōderi: Tu comparens proposuisti, ꝙ habebas vnū iudicē tibi suspectum: quia erat consunguineus meus: vel cū consultus fuerat causam & opinionem suam, dixerat, illa causa est probabilis: quæritur coram quo iudice debeas illam causam suspicionis probare: & vtrū sint eligendi arbitri? Respondet ꝙ non: sed illam causam suspicionis debebis probare coram suo coniudice. Et hoc verum quando illi duo delegati sunt dati cū clausula, ꝙ si ambo: Si autem essent simpliciter dati, tunc assumendi essent arbitri secundum iura antiqua: qa si non potest condelegatus cognoscere in principali, nec in accessorio. Sed qd si quis vellet recusare officialē epi, vel delegatum episcopi: vtrum sint eligendi arbitri? Certe non: sed est causa suspicionis ꝓbāda coram episcopo, qui officialem delegauit. Nota primo, ꝙ cum causa est delegata duobus simpliciter, neuter eorū siue altero potest procedere, etiā in causis emergentibus siue incidentibus: sicut nec possunt procedere in principali: vnde recusatio est causa emergens: & tamen alter sine altero non potest cognoscere quādo sunt dati simpliciter. Si autem dati fuerint cum clausula, ꝙ si non omnes, tunc tota iurisdictio apud aliū remanet: nō solū quo ad principale, sed quo ad emergentia & incidentia. Nota vlterius ex hoc c. causa in quibus non recurritur ad arbitros pro causa suspicionis probanda, videlicet cum recusatur alter delegatorū, vel officialis epi, vel eius delegatus: & sic officialis non est delegatus episcopi: sed habet iurisdictionē ordinariam. Nota finaliter, quòd causa recusationis debet exprimi coram iudice qui recusat: probatio autem coram ipso fieri non debet, ad hoc s. de app. cum speciali. Dominicus.

[Prima glossa ponit summam, & quid prima pars declaret.

d ¶ Si contra.] tres casus ponit, in quibus suspicionis causa coram arbitris non tractetur: Primus cum recusatur vnus ex delegatis datis cū clausula: quòd si nō omnes. Secundus cum recusatur delegatus episcopi. Tertius cum recusatur officialis. Et reprobat prima pars: quod nota Innocentius supra eod cum super. & approbat quod ibi not. Hostiensis & Abbas. Et probatur olim per decisam ipsi' decretalis & ipse Hostiensis s. eo. super quæstionū. §. q vero. & j. de appel. legitima, & Gui. in Spec. de recusat. §. vlt. ver. qd si vnus.

CAP. IIII.

SI cōtra [d] vnum ex duobus [e] iudicibus cum illa clausula: quòd si ambo interesse non possunt [f], alter eorum in causa [g] procedat: à sede Apostolica [h] delegatis, suspicionis causa legitima [i] proponatur: causa ipsa suspicionis coram non recusato coniudice (ad quem ex vi prædictæ clausulę debet ipsius causæ cognitio pertinere) probari [k], & ab eo expediri debebit. Vbi ve-

e ¶ Ex duob.] idē si ex pluribus, cum eadem sit ratio.

f ¶ Non possunt.] est ergo necesse ꝙ de eius impotētia pateat anteq̄ collega ꝓcedat. s. eo. in anti. prudenti ā. secus cū scribitur, vt j. eod. cumplures. 1 rñso.

[Glo. sequēs obijcit, & soluit.]

g ¶ In causa.] principali: vnde non videbatur ꝙ de impedimēto cognoscere deberet, quod sibi commissum non videbatur: sed cognoscit an sua sit iurisdictio. ff. de iud. si quis ex aliena. s. in ant. de rescri super litteris. sic & hic cognoscit an collega suspectus sit vt sic videat, an sit iudex sine illo ex culpæ vigore.

h ¶ A sede Apostolica.] idem videretur in delegatis ab alio: Nec obstat. j. §. proxi. quia ibi loquitur secundum hanc rationem, vbi vnus solus est delegatus: [Vel plures sine clausula.]

ADDITIO. Quod hic dicitur in delegatis à Papa idē est in delegatis ab alio: Nam & ordinarius & delegatus principis opponere possunt hanc clausulam: sm Goff. in summa huius tit. versi. item quid si ordinarius: Nam & in compromisso apponitur. s. eod. vno de legatorum. secundum Archid. punctum tamen glo. non tangit. Ioan. And.

i ¶ Causa legitima.] recusatur iudex propter vnicam cām, s. propter suspicionem. j. cap. proxi. sed illa ex multis causis insurgit. pone exemplum s. eo. causam quæ. & c. cum R. & ca. insinuante. de iudi causam quæ. vt lit nō contest. accedens. 1. & 2. de appel. ad hæc si in vna. & cap. postremo. cum si. Ioan. And.

Suspicio sola iudicem recusari facit

ADDITIO. De quibus vide in Spec. tit. 1 §. superest. dicit hic Archid. ꝙ iusta causa esset recusandi, si procurasset sibi causam committi: vel si prius ꝑ actorem consultus, respondisset eum ius habere, per l. Prætor. ff. de iurisdi. om. iud. alleg. quod not. Inn. s. de offi ord. irrefragabili. vt ibi scripsi. super glo. vel per decanum. & dicam post Host. j. de app. legitima. Ioan. An.

[Glo. seq. quærit & soluit, & ponit opi. nno. secundo quærit. argu. pro & soluit contrarium: tertio obijcit, & soluit.]

K ¶ Probari.] bene dicit coram quo habeat probari: & per quem habeat expediri: sed non dicit corā quo habeat proponi: Corā quo ergo proponetur, an coram ambobus: an coram altero tantum? Satis videtur per istam decr. ꝙ coram omnibus sit proponenda: & corā collega probanda: olim dicebat Inno. s. eod. cum sup ꝙ licet bonum esset, ꝙ coram omnibus proponeretur: sufficiebat tamen si proponeretur tantum coram recusando: cum arbitri deberent cognoscere, ꝙ hodie posset locum habere in delegatis datis sine clausula vt j sequitur. [Vel cum clausula, quod si nō oēs, tu cum altero. & is ad quem sermo dirigitur, recusatur. Et idē in clau-

Recusatio alicuius delegatorū, an debeat ꝓponi corā oibus an corā recusando tātum.

in clausula de qua ꝭ.eo.coram Archi.qđ placet.] Sed nunquid medio tpe pendente probatione corā collega poterit ipse collega in principali ꝓcedere?& vr̃ ꝙ sic:quia medio tpe ille cognoscere non pōt:ergo ex vigore clausulæ collega cognoscere poterit. Sed dic ꝯ:quia primo ꝯstare dēt de impotentia, anteꝗ̃ solus procedere possit ꝭ.eo. prudētia, sed pēdente cā suspicionis ille vult interesse:nec adhuc apparet eū nō posse: igiť collega in principali non procedet. Sed Io. Card. sentit ꝯ, & dicit, ꝙ medio tpe est locus dictæ electioni, ꝙ si non oẽs,&c.sed dic ꝙ expectari dēt finis causæ.ad hoc optime. ff. de excu. tut. l. diximus.circa princ.Sed nonne honor est iudicē esse,vt ꝭ.de appellatio. vt debitus, & C.qñ prouo.nō est ne.l.omnem honorem,& maior honor vr̃ solus iudex esse quàm cum alio,ad hoc inf de concess. præben.c. vlt.videtur ergo collega suspectus in pronunciando facilius illum suspectū,vt solus iudex remaneat.Sed dic ꝙ licet iudici debeatur honor: tñ idest onus,vt ꝭ. eo.pastoralis.ibi,exonerare,&c.& ff.de mu. & ho.l.vlti.§.iudicandi.vnde non est ibi tanta suspicio 1:quia non præsumitur quis appetere onerosa : & ideo taciturnitas in his nō habeť pro consensu. ff.de procu. filiusfami.§.inuitus.& dixi de hoc inf.de reg.iur. is ꝗ tacet.Præterea si male pronunciat in hoc casu,nō de est appellationis refugium inf.eo.ab arbitris.

ADDITIO. Et si non appellaret grauatus, transiret interlocutoria in rem iudicatam,vt scripsi post Inno.& Hostien.in decre.prudentiam. post princ. super ver.constare.Ioan.And.

a ¶ Clausula.] ex quo.n. simpliciter dati sunt : vnus sine altero procedere non potest.supra eo.causam matrimonij.& c.vno delegatorū,impedito ergo vno,ita quòd non possit committere, alij procedere nequeunt Ioan.And.

b ¶ Cum autem.]hoc notat Ber.ꝭ.eo. super quæstionum.§.quem vero.in vlt.glo.& Hosti.ibidem.

[Glo.seq.dat simile:quærit de ratione,& rñdet.]

c ¶ Episcopi.]idem in subdelegato delegati Papę,qui delegauit non in totum,vt in prædicto §.quem vero. [Vnde quod post Inno.dixi in pręalle.decr.super quęstionum.ad fi.super ver.auditores.ibi tenet ꝙ ēt si totū delegauit,anteꝗ̃ subdelegatus citet, ꝓponetur:& probabitur recusationis cā coram delegato. bene.fa. inf.c 2 De materia vide quod scripsi ꝭ. de appel. cum speciali.in gl.proprium.& in Spec.de recu.§. finali.in fin.] Si aũt ipse episcopus recusaretur, eligerētur arbitri.ꝭ.de appel.cum speciali.Sed quare tunc nō aditur superior sicut & hic?Ratio,quia iurisdictio ordinaria fauorabilis est. Item non ita de facili pōt haberi superior ordinarius,licet interdum possit 2:sed ad ea quæ frequētius,&c.ff.de legi.nam ad ea. sicut nec sic de facili pōt adiri Papa : & ideo si recusatur delegatus ipsius,itur ad arbitros:omni ergo casu Papa laboribus & expensis partium voluit prouidere 3 Io.An.

d ¶ Idem.] scilicet,quòd coram episcopo probabitur causa recusationis, & hoc notat Hostien.inf. de appel.legitima.

[Glo.seq.notat,obijcit,& soluit.]

e ¶ Appellari. 4] nec valet consuetudo in ꝯrium,vt ꝭ.eo.li.de consue.c.2.Et sic nota,ꝙ licet quo ad quadam sit idē consistoriū epi & sui officialis,non tñ quo ad omnia.ad idem ꝭ.tit.proxi.c.2. &. 3 Sed nonne appellatio & recusatio sunt paria?vt sup. de appel.super eo.2.responso. Dic ꝙ istud intelligitur quo ad modū, vt ibi not. sicut non admittitur frustratoria appellatio, ita nec frustratoria recusatio:vnde recuso & si nō grauer,tñ nō appello, nisi grauer: appello à iudice, in quem consensi, quū tñ nō recuso,in multis alijs est dissimile & quo ad casum nostrum est ratio:quia licet de natura appellationis sit, vt eatur ad maiorem,vt dixi ꝭ.c.proxi. non sic in recusatiōe, vt patet. sup.1.& responso. & in hoc itur ad arbitros,vt sup.eo suspicionis.& de appel. cum speciali.

Vbi vero nō est dicta clausula [a] in rescripto : debet super hoc ad arbitros recursus haberi. ¶Cum autem [b] ipse † delegatus episcopi [c] recusatur : recusationis causa coram episcopo est probanda. ¶ Idem [d] est si officialis recusetur eiusdem : licet ad ipsum, ab eodē officiali nequeat appellari [e].

¶ Idem

¶ *Distinguit tria tempora ad sciendum, an iudex suspectus committere possit : quia aut non est proposita recusatio, & tunc in totum per eum facta commissio tenet : Aut est proposita, sed nondum pronunciatum super ea : & tunc volente recusatore, committere potest : aliàs non : Aut iam pronunciatum est illum esse suspectum : & tunc etiam volente recusatore committere nequit. Ioan. And.*

CAP. V.

IVdex [f] ab Apo-

IVdex.] sunt tria dicta:secundum ibi, post recusationem.tertium:ibi,Extunc.Dominicus.

CASVS. Cum essem habiturus tecum litem,à sede Apostolica impetraui delegatū,corā quo feci te conueniri:iste delegatus erat tibi certa rōne suspectus: anteꝗ̃ cā suspicionis fuisset per te proposita corā eo, ipse iudex cām subdelegauit,an possit ? Certe sic:Sed quid si cā fuit proposita, & fuerunt electi arbitri:sed anteꝗ̃ arbitri cognoscerent de cā suspicionis,ipse causam principalem commisit cuidam iudici, & ipsum subdelegauit:vtrum possit?Rñdet ꝙ sic,si subdelegauit in totum te reo consentiente. Sed ponamus ꝙ iudex recusatus noluit subdelegare:sed expectauit sententiā arbitrorū,qui pronunciauerunt cām suspicionis esse sufficienter probatā:vtrum poterit subdelegare post pronunciationem arbitrorum consentiente recusatore?Rñdet ꝙ non:quia definit esse iudex per ꝓnunciationē arbitrorum:& ideo non pōt subdelegare,ēt de consensu partium, quia priuatorum consensus non dat iurisdictionem ei,qui nulli præest iudicio.l.priuatorum cōsensus.C.de iurisd.om.iud. Nota primo ex hoc textu practicā, quam dēt obseruare iudex delegatus,qñ cognoscit suspectum:quia quamꝗ̃ nolet facere iniustitiam,cautela est,ꝙ anteꝗ̃ de cā se intromittat,ꝙ cām ipsam in totum subdeleget:nam si semel intromisit de cā,non poterat amplius subdelegare:nisi de consensu recusatoris.Nota insuper, ꝙ cā suspicionis semel proposita,non potest delegatus causam subdelegare,nisi de cōsensu recusatoris. Nota vlterius, ꝙ si arbitri pronuncient causam suspicionis esse sufficienter probatam,tunc iudex recusatus definit omnino esse iudex : ideo de causa non potest amplius se intromittere, etiam subdelegando. Nota præterea,quòd plus impedit exercitium actus sentētiæ prolatio,quàm sola probatio rei super qua deferēda est sententia. Nota finaliter, quòd etiam de cōsensu partium non potest fieri prorogatio iurisdictionis, quæ non habetur in personā iudicis. vide sup eo.tit. significantibus.Dominicus.

[Prima glossa ponit quid declaret,& summat.]

f ¶ Iudex.] declarat notata ꝑ Ber.ꝭ de appel. secundo requiris.in gl. penult.& per modernos ibidē. & de appel.l.cum speciali.& per Goffred. in summa de appellat.§. dubitari.& eo.tit.postremo.& Guli.in Spec. de recusa.§.vlt.vers.sed quid si is iudex.Et distinguit tria tpa ad sciendum,an iudex suspectus committere possit

† Dictio, ipse, de est in antiquis codicibus.

1 Nota gl. ꝙ in dubio iudex nō præsumitur se pronūciaturū iudicē:dū vere iudex nō est Domi. Font.

2 Idē Pet. đ Ancha. Fonta.

3 Per istā rōnem dicit Pet.de Ancha. si eps est ꝓ cul absēs, cundū es se ad arbitros.facit c.vltra. 3. q.3. Font.

4 Ad hãc gl.dicit Pet.de An. rōnē : q a appello consensuit, iurisdōnē, ꝗ in epo & vicario eadē est: sed recusatio adhæret. n. vicarius, sit suspectus, non ideo principalis : nec ècontra.Bal.in l. 1. C si quacūq; prędit.potest.Font.

10
20
30
40
50
60

possit: quia aut non est proposita recusatio, & tunc in totum per eum facta commissio tenet: aut est proposita, sed nondum pronunciatum super ea, & tūc volēte recusatore, cōmittere pōt: aliàs non: aut iam pronunciatum est illum esse suspectum: & tunc etiam volente recusatore committere nequit.

a ¶ Ab Apostolica sede.] ideo dictum, q a delegatus ab alio nō delegat, vt dixi s. eo. tit. si duo.

b ¶ Legitime.] aliquas concordantias dedi sup. cap. proxi.

[Glos. seq. obijcit quattuor modis, & trib. alle. pro. & dicit hæc per distinctionē concordari.]

c ¶ Proponatur.] in ꝯrium videbatur, q a inefficax est apud ipsum iurisdō, ex quo elidi pōt: quia nihil refert an aliquod ipso iure inefficax sit, an per exceptionē. ff. de reg. iur. nihil interest. ff. qui ex caus. in pos. ea. l. Fulcini. §. si in diem. si ergo inefficax est iurisdictio in delegante, ergo & in delegato, qui vicibus eius fungitur. ff. de iurisd. om. iud. l. solet Prætor. & ff. de offic. eius cui man. est iuris. l. 1. §. qui mandatam. Item pars iurisdictionis est delegare ff de iurisd. om. iud. l. 3. in fi. Cum ergo alias partes iurisdictionis aggredi non possit: ergo nec istam: inspicimus. n. an delegans cognoscere valuerit, vt demum delegatio valeat. C. qui pro sua iuris. l. vna. hinc est quòd si Proconsul committat cām antequam ingrediatur prouinciam, quia tunc cognoscere nō pōt: nec delegatus ab ipso, nisi tunc demum cum ingressus fuerit ff. de offic. proconsul. obseruare. §. vlti. Item delegatus præuenire non potuit diligentiam recusantis. ad hoc s. de appel. sæpe. & c. oblatæ. Item exceptio q̄ obstat venditori & emptori. ff. de contrahen. empt. l. dolia. §. 1. [Facit clemen. religiosus. §. j. de procura.] Pro ista parte facit, quia causa suspicionis personam afficit: vnde ꝯ subdelegatum non competit 1. ff. de diuer. & temp præscrip. l. an vitium, & personales exceptiones personas nō egrediuntur. ff. de excep. exceptiones: vnde mutatione personæ viriū aboletur. 2 q. 1. cito. s. in ant. de fil. presby. ex transmissa. ff. vti pos. si duo. §. non videor. Item videmus quòd ordinarius ēt recusatus delegat. sup. de foro compe. si quis cōtra, de appel. cum speciali. Item licet iudex sit suspectus, dum tñ non recusetur: tenet eius processus 2. vnde tria tempora distinguens hæc decret. altercationem determinat.

d ¶ Nequit.] intellige cum incœperit subdelegatus vti iurisdictione. inf. cap. proxi.

ADDITIO. Idem Io. Mona Et respicit. gl verbum. recusari; non verbum, impugnari, vt sit sensus, quòd si re integra subdelegatum reuocaret, quod potest vt ibi, adhuc recusari posset. Item & si subdelegatus nō recipit subdelegationem. Ioan. And.

e ¶ Quod posset] s. recusari, & facta commissio impugnari. Ioan. And.

f ¶ Aliquid.] quodcunque sit illud. ad idem j. c. 2. ex quo. n. sibi aliquid reseruauit, saltem in reseruato iudex remanet 3. Item de suspicione subdelegati habet cognoscere. Item reuocat ad se iurisdictionem, supra eod. super quæstionum. ff. de iudi. l. iudicium, vnde adhuc recusari potest, & commissio impugnari.

g ¶ Recusatoris.] nō est ergo necessarius consensus aduersarij: hēt. n. delegatus hoc à lege, vt delegare possit: Impeditur autem in hoc ex facto recusantis 4: volēte ergo illo, hoc poterit, etsi aduersarius contradicat. s. eo. tit. cap. vlt.

h ¶ Super ea.] ergo ista non sunt paria per oīa, aliquid esse probatum, & secundum probata esse iudicatam.

ADDITIO. Ad idē ff. de ijs qui no. inf. athletas. §. calūniator. & §. seq. & l. non alia. 1. respōso. Io. And. s. de verb. sig. c. cum olim.

i ¶ Extunc.] id est, ex quo pnūciatū fuerit illū esse suspectum.

K ¶ Desierit.] s. eo. in litteris & c. significantib. & c. venerabili. ff. de re iud. l. iudex.

l ¶ Assensu.] cum em̄ ibi desinat iurisdō, nō est q d prorogeť 5. de quo dic vt s. eo. P. & G.

(Text) Stolica [a] sede datus, quanuis legitime [b] recusari valeat vt suspectus, potest licite vices suas cōmittere, antequam recusatio cōtra ipsum proponatur [c]: Et si in totum commiserit, recusari vlterius, aut facta per eum commissio impugnari nequibit [d] quod posset [e], si sibi de iurisdictione aliquid [f] reseruasset.

¶ Post recusationem quoque propositam, committere (nisi de recusatoris [g] procedat assensu) non potest: sed eo volente hoc potest, etiam si iam recusatio eadem sit probata: dummodo pronunciatum non fuerit super ea [h]. Extunc [i] enim (cum omnino iudex esse desierit [k]) nulla etiam cum illius assensu [l] potest fieri commissio per eundem.

¶ Idem.

¶ *Delegatus subdelegans, etiā in totum, re integra causam reassumere poterit: hoc dicit. Io. And.*

CAP. VI.

Qvamuis alicui [m] vices tuas in cā tibi

Qvamuis. ponit dictum, cuius rationem reddit. ibi, Cum iurisdictio. Ioan. And.

¶ Delegatus Papæ, qui in totum subdelegauit, pōt re integra cām illā reuocare: & alteri subdelegare. Idē si subdelegatus moritur, hoc dicit. Præsupponendum pro intellectu c. q delegatus Papæ subdelegans in totum, videtur à se abdicare iurisdictionem cum limitatione huius c. si subdelegatus incœperit vti iurisdictione: ita quòd re non est integra.

CASVS. Ego iudex delegatus inter te & Titium, vices meas Caio in totum cōmisi, nihil retinendo de iurisdōne: & ista subdelegatio fuit præsentata Caio subdelegato: tñ non vsus est adhuc iurisdictione: an potero ergo reuocare illam subdelegationem? Rñdet q sic, ex quo res est oīno integra, & non incœpit vti iurisdōne: Sed q d si subdelegatus re integra est mortuus, nunquid potero cām reassumere, vel alteri subdelegare? Rñdet q sic: quia non est abdicata à me iurisdictio cum effectu: ex quo subdelegatus non incœpit vti iurisdōne sibi subdelegata: & res est adhuc integra. Nota primo ex hoc textu argumentum à ꝯrio sensu, q delegatus qui subdelegauit in totum, potest cōmissionem reuocare: & reuocando extinguitur iurisdictio subdelegati. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Nota vlterius effectum principalem huius c. q si subdelegatus cœpit vti iurisdictione, ēt per citationem decretam, licet reus non sit citatus, ita q res desijt esse integra, delegatus non potest reuocare commissionem: & in eo non habet locum l. alleg. iudicium soluitur. ff. de iudicijs. Et sic solus actus per quem inducitur vsus iurisdictionis, perpetuat iurisdictionem, de quo hic aliquid per Dominicum.

[Prima glossa ponit quid declaret, & summat.]

m ¶ Quamuis alicu i.] declarat notata sup. eo. super quæstionum. §. si vero. in glossa patet & sup eo venerabili. in glo. penult. & vlti. & ibi etiam not. per modernos, & Guli. in Speculo. tit. 1. §. restat. vltra mediū. & Hostien p ene in summa eod. tit. §. delegari. versi. sed nunquid potest reuocare. Et hoc dicit. Delegatus subdelegans, etiam in totum, re integra, causam reassumere poterit.

(Marginalia) 1 Idē Pet. de Anch. Fonta.

2 Nota à ꝯrio, q si recuset, non tenet. Bart in l. quia poterat. ff. ad Tre. Phil. Do. hic, fallit tñ si procedat de cōsensu. tex. hic: aut si recusatio notorie est iniusta. Philippus hic. Fon.

3 Et sic nocere posset. q cōsiderā dū ē, D. Ancha. l. Labeo. ff. de statu libe. Fō.

4 Tex. Bar. in l. 1. C. siqua prædi. po te. Pet. d Anch. F.

5 Et dicar idē, si iudex se pnūciat incōpetētem. in c. significā tib. s. eo. Anch. F.

a ¶ A sede

a ¶ A sede Apostolica.] quia delegatus alius nō pōt.
b ¶ In totum.] quod si reseruasset, iudex remanebat: vnde non erat sic dubitandum in eo casu: videbatur enim in totum committendo ita esse officio suo functus, quod resumere non posset, ad hoc ṡ.cap.proxi.in fi. cum suis concordan. & hoc dixit Tanc.& Ber.olim.secutus est eum, sed postea mutauit, vt patet per supradictas glossas.
c ¶ Vsus fuerit.] qualitercunque: 1. ad idē supra eo.cap.licet vndique.
d ¶ Efficaciter.] vides enim in casu couerso: pone quod moritur subdelegās re integra: certum est quod subdelegatus non procedet. ṡ. eo. licet. ergo patet, quod adhuc efficaciter iurisdictionē nō hēt: retinet delegatus ēt, pōtatem compellēdi, nisi maliciose seipsum, &c. ṡ.c pastoralis. Aliud ergo est in procurato re qui habet mandatum ad substituēdū: quia dando substitutum, qui mandatum suscepit: amplius re integra nequit cām reassumere, aliud in delegato, vt hic vides: & est expressum ṡ. de procurat. is qui.& quæ sit ratio diuersitatis, ibi dicam.

1 Dic tu pcitationem Phi. Font.

à sede Apostolica [a] delegata, in totum [b] commisisse noscaris: si tamen antequam ille iurisdictione vsus [c] fuerit, commissio huiusmodi per te reuocetur ab ipso: vel eum rebus eximi contingat humanis: causam ipsā resumere poteris: Cum iurisdictio (ex quo ipsa vsus non extitit) non censeatur in eum efficaciter [d] transiuisse.

¶ Idem.

¶ *Si delegatus subdelegauit quotiens abesset, vel donec reuocaret: & mortuus sit, re non integra, subedelegatus procedit: Et semper de subdelegato ad delegatum, qui sibi aliquid iurisdictionis reseruauit, appellari debet: etiam post sententiam, hoc dicit. Ioan. And.*

ADDITIO. Et addam quod hic dicit. Ioan. Mona. Ioan. And.

Sidelegatus.] Sunt tria dicta: Primo ponit primum dictum cum sua determinatione: ibi, Dum tamen. Secundo secundum: ibi, Idem, cum causæ redditione: ibi. Nam talis. Tertium: ibi. Ad eum quoque. vbi tria coniungit: quæ in fi. fortificat: ibi, Etiam si.

CASVS. In causa quæ moueri sperabatur inter te, & me, & impetraui iudicē delegatum forte decanum Pictaueñ. qui decanus considerans quòd non poterat commode causam nostram examinare, alteri vices suas commisit sub hac forma: Tibi in tali cā vices nostras committimus, quotiens nos abesse contigerit, vel donec duxerimus reuocandas: iste subdelegatus incœpit vti iurisdictione, & causam examinare postea delegatus est mortuus: vtrum subdelegatus poterit causam finire & terminare? Respondet quod sic: si ante mortē delegantis res desierat esse integra, hoc est: quia subdelegatus incœperat procedere in causa. Sed quæritur ad quem est appellandum: vtrum ad subdelegantem, vel ad Papam? Respondet cum distinctione: quia vel subdelegatus subdelegauit in totum: & tunc non est ad ipsum recurrendum: sed est appellandum ad primum delegantem: aut iste delegatus subdelegans sibi aliquid reseruauit de iurisdictione: puta sententiam vel executionem ipsius causæ: & tunc appellatur ad ipsum subdelegantem, & nō ad Papam. Nota primo quòd delegat⁹ Papæ potest vices suas cōmittere, etiam sub conditione: nam ista verba: quotiens me abesse cōtigerit, habet vim cōditionis, id est si me abesse contigerit aliquibus assignationibus. Nota quòd delegatus mortuus dicitur abesse. Et sic patet quod verbum, abesse, verificatur in absentia temporali: & in absentia perpetua & naturali: quod nota pro statutis, quæ faciunt metionem de absentia. Nota vlterius, quod morte mandantis expirat mandatum. ṡ. sol uit. Insti. man. l. mandati. C. man. ēt si mandans alio respectu erat mandatarius. Nota quod cum appellatur à subdelegato principis, appellatur ad subdelegantem, nisi ille delegatus subeelegasset in totum: nam tunc esset appellandū ad prinpipē primū delegantem. l. vnica. C. q pro sua iuri. sm lect. quæ habet, ad nos. Nota insuper vnum, in quo non potest appellari ad Papā omisso medio: videlicet cū appellat à subdelegato delegati Papæ: q. nō subdelegauit in totum vices suas.

CAP. VII.

SI [e] delegatus [f], quotiés eū abesse [g] contigerit, tibi cōmiserit vices suas: poteris eo rebus humanis exempto (cum & tunc cēseatur abesse) commissum tibi negotium (dum tamen illo viuente iurisdictione vti [h] cœperis) libere diffinire. Idem [i] poteris quando tibi vices etiam sub ea forma commisit, donec eas duceret reuocandas [k]. Nam talis commissio per quam censetur etiam sententiæ prolatio (nisi antea fuerit reuocata) committi [l] ne-

[Prima glossa summat, & dicit quid approbet.]

e ¶ Si delegatus.] si delegat⁹ subdelegauit quotiens abesset vel donec reuocaret & mortuus sit re nō integra, subdelegat⁹ procedit: & semper de subdelegato ad delegatum, qui sibi aliquid iurisdictionis reseruauit, appellari dēt, etiā post sentētiam. hoc dicit. Approbat primū dictū notata per Inn. & Hostien. ṡ. eo. licet vndique. in princ.
f ¶ Delegatus.] apostolicæ sedis. vt ca. proxi.
g ¶ Abesse.] idem dicebant prædicti Doctores p l. ff. de verb. sig. l. mulieris. §. fin. vbi dicitur abest ea res, quę in rebus humanis non est: sed nō conuertitur: est ergo de significatione vocabuli, à qua recedendū nō est nisi vbi res aliter salua esse non pōt. ff. de legat. 3. l. nō aliter. immo tūc vere & finaliter abest, s. nō reuers⁹
ADDITIO. Per hunc modum ergo si in rebus humanis est, non abest: res enim quæ in rebus humanis est, potest abesse: Sed res quæ in rebus humanis non est, non potest non abesse: ponderatur enim diuersus modus abessendi, vt no. ff. de procura l. præsens. de quo hic etiam per Archidia. Ioan. And.
h ¶ Vti.] qualitercunque: etiam citra litis contestat, ṡ. eo. relatum. & ca. licet.
i ¶ Idem.] scilicet commissum tibi negotium libere diffinire.
k ¶ Reuocandas.] reuocare iurisdictionis est. ff. de iudi. l. iudicium soluitur. retinendo ergo reuocādi potestatem, aliquid de iurisdictione retinuit.
[Glo. seq. ponit contrariam opi. Inno. & rationem qua mouebatur: & ei respondet.]
l ¶ Committi.] reprobatur lectura Innocētij & Abbatis, qui not. ṡ. eo. si pro debilitatē, quod per talem commissionem non transferebatur sententiæ prolatio: quia per illā clausulam, donec duxero. &c. videbatur sententiā retinuisse, vt illa clausula aliquid operaretur: quod esse debet. de leg. 1. l. si qñ quis vxori. ad idē ṡ. de priuil. si Papa 1. responso. in fi. Cōtrarium tenebat ibi Hostiensis. cuius opinio hic approbatur: nec obstat quod dicitur, quòd clausula debet aliquid operari: satis enim operatur: quia reuocare poterit delegans, quod simpliciter vel totum committendo nō potuisset 2. Itē quia ex vigore clausulæ illius ad eum appellabitur, vt dicitur in fin cap.
[Glos. seq. quærit arg. pro & contra, & soluit.]

2 Adde tu quod si delegat⁹ aliquid faciat, adhuc nō vr reuocare: dūmodo prius hoc ptestet: neque protestatio illa est facto ꝯtria. Io. And. in regula, ī generali Ph. Font.

a ¶ Mor-

quaquam morte [a] committentis expirat: ex quo res integra non existit. ¶ Ad eum quoque, qui vices suas committit, donec reuocet: vel qui executio nem sententiæ † tātū [b], aut quicquid aliud de iurisdictione sibi reseruat: non ad delegantem primum appellari debebit: Etiam si post sententiam fuerit appellandum.

¶ Idem.

¶ Plurium delegatorum insolidum quilibet cognoscit: Et vno cognoscente, alij nisi ex causa, se non intromittunt: Et perpetuatio vnius, perpetuat quo ad omnes. hoc dicit. Zen.

CAP. VIII.

CVm [c] plures sub illa forma [d]: vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum Apostolicum exequantur, aut alia consimili [e] iudices vel executores à sede Apostolica [f] deputari contingit: ipsorum quilibet iniunctū potest libere [g] adimplere mādatum. ¶ Porro vno [h] eorū

a ¶ Morte.] quia si delegatus vsque ad suæ voluntatis beneplacitum subdelegauerat? Videretur prima facie ꝑ decre. s̃. de rescrip. si gratiose. quòd illo mortuo expediret iurisdictio. Contrariū videtur ꝑ hanc decr. ad hoc s̃. de bap. maiores. C. de vsufr. l. ambiguitatem. Nec obstat illa decr. q̃ ĩ odiosis. & restringendis loquitur. hic aūt fauorabile puto: melius est enim hūc iudicē ꝓcedere, quā nouo & incognito cām delegare l. ff. de vaca. mune. l. p̃tor. §. vlt. arg. 19. q. 3. monasterijs. & s̃. de renū. c. 1. & licet hoc videaт̃ æquū: primū videtur verius ad idē ff. loca. l. 4.

[Glo. seq. ostēdit duas opiniones reꝓbatas.]

b ¶ Tantū.] hic reprobatur opinio Tā. qui dicebat delegatū sibi reseruare nō posse tantū executionē sñiæ: & reprobatur opinio Ber. & Inno. qui dixerūt, ꝙ licet executionem reseruare possit si tamen appelleт̃ à sententia, non appellabitur ad eum, sed ad primū delegantem. Super hoc vide quod not. s̃. eod. super q̃stionum. §. porro. in glo. 2 [Et in Spec. de appel. §. nūc tractemus. ver. sed quid si delegatus. & ver. seq.] Approbatur autem opinio Host. qui hoc quod dicit, ibi not. & supra eod. quærenti.

† Nota ꝙ executio ē iurisdictionis: iō nō faciēda die feriata. de fer. Dominicus. Fō. 1 Notat Dominicus, ꝙ facienda ē benigna interpretatio ad cōseruandā delegationē. D. & Phi. ꝓbant glo. si tñ clausula sonaret actū positiuū nouæ voluntatis, per mortē nō expiraret. Font.

CVm plures.] Sunt tria dicta; Secundū, ibi, Porro. Tertium: ibi, Iurisdictione, Dominicus.

¶ Cum causa est pluribus delegata cū clausula: quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum: quilibet delegatus recipit iurisdictionē insòlidum: tamē si vnus causam occupauit, alij non possunt eum impedire, nisi occupans differret procedere malitiose.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius capituli ꝙ cum causa est delegata simpliciter pluribus iudicibus: licet iurisdictio sit indiuisibilis: quia est apud quemlibet iudicium insolidum: tamen exercitiū iurisdictionis est apud omnes simul. l. duo ex trib. ff. de re iudi. cap. pastoralis. eo. tit. in ant. Veruntamen Papa consueuit apponere istā clausulam: quod si omnes interesse nequeuerint, alter negotium exequatur: Aliquotiens etiā ponitur ista clausula: quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum negotium exequatur.

CASVS. Cum prætenderem te debitorem meum: impetraui duos vel tres delegatos sub ista forma: Conquestus est nobis talis, quòd Titius super tali re ei iniuriatur: quo circa mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum quod iustum fuerit decernatis: vnde præsentaui litteras meas vni delegatorum, vt mihi decerneret vnam citationem: vtrum iste possit procedere alijs irrequisitis? Respondet quod sic: quia forma suæ iurisdictionis hoc habet. Sed quid: ponamus quòd vnus istorum incœpit procedere in causa: vtrū alij postea poterunt implere? Respondet quòd non, nisi iste qui causam occupauit, non vellet, vel non posset causam finire: quia forte mortuus est, vel est occupatus: vel si malitiose diferret procedere, volens fauere vni parti: tūc potest dimitti, & alij poterūt adiri, & de causa se intromittere. Sed quid si vnus solus incœpit vti iurisdictione: deinde mortuus est Papa: & moritur iste delegatus: volo adire aliū pro parte tua dг̃ ꝙ non possum: quia est res integra quātū ad istū? modo re integra mortuo mandante expirat mādatū? Rñdet Papa, ꝙ iurisdictione ꝑpetuata ꝑ vnū delegatorū. ꝑpetuata est etiam quo ad alios: licet non incœperunt vti iurisdictione. Nota primo ꝙ clausulæ pluriū delegatorū qñque dantur disiunctiue: ita vt ex ꝓpria voluntate quilibet ipsorum possit sine alio ꝓcedere. Nota scđo, ꝙ dictio, plures, includit vltra duo, qñ ex sequētib. illā dictionē apparet loquētem illud voluisse: limita regulam, pluralis. j̃. de reiu. Dominicus.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

c ¶ Cum plures.] declarat & approbat notata ꝑ Hostiēsem s̃. eod. prudentiā. 1. responso.

[Gloss. seq. distinguit ĩter formas: ponit, & probat opinionem contrariam, & respondet.]

d ¶ Forma.] ista forma est bene aduertēda: aliud em̄ est cum scribitur cum clausula, ꝙ si nō oēs: vel, ꝙ si ambo, qa tunc iurisdictio datur cōditionaliter: tunc igiт̃ vnus vel duo iutisdictione vti poterunt: cū constiterit de conditione, & de impedimento tertij, vel collegæ: aliter non valet quod agitur. s̃. eo. prudētiā. in princ. hic vero iurisdictio datur alternatiue 2. vnde quilibet est iudex insolidum vigore alternationis j̃. de reg. iur. in alternatiuis. cum suis cōcor. Dicebant tamen quidā in casu nostro ɔ̃trium, & tali ratione: cum dг̃ in litteris vt oēs, vel duo, vel alter, &c. videт̃ Papa intellexisset: ꝙ si omnes volunt & possunt procedere, oēs procedāt & si non omnes, duo: & si non duo, vnus: ad hoc ff. de admi tuto. l. quidā decedens. §. Papinianus. & gradus disiunctiue interdū considerantur ſm ordinē scriptu. ff ad Trebel. l. hæredes. §. fin. ibi tamen ex certis coniecturis apparebat intentionem scribentis fuisse talē. ad idem. ff. de leg. 2. cum pater. §. penult. & j̃. de p̃b. mandato. s̃. eo. lib. de elect. c. penult. Et si dicaт̃, ꝙ ſm hoc non erit differentia inter hanc clausulam, & clausulā ꝙ si non omnes? Respondebant, immo erit: quia per hanc clausulam, sufficit requirere: sed ꝑ clausulā, ꝙ si nō oes: necesse est de impotentia cōstare, vt in decre. prudentiam. & pro eis facit, quia Papa libentius committit causas tribus, q̃ duob. duobus. q̃ vni, vt ibi: sed contrarium est verum, vt hic patet: vnde nō sunt istæ alternatiuæ ordinis, sed pręstationis: & est regulare: nec potest negari quin si alter solus procedat, mandatum Papæ sit adimpletur. ff. de solutioni. qui res. §. area in fi. & in prædicta regula, in alternatiuis. cū suis concordantijs.

2 Vide not. l. cū quidā. C. de verb. sign. & dic ꝙ disiunctiua inter ꝑsonas grauatas accipitur ꝓprie l. si ex toto. de leg. 1. sicut hic nā iudicatura grauamē est gloss. in ver. ꝓbari. ca. si ɔ̃ vnū. s̃. eo. tit. sed inter honoratas capiт̃ coniūctim. dic. l. cum nisi ɔstaret aliud de mente disponentis expresse. l. Titio aut Seio. de leg. 1. aut tacite l. cū pater de leg. 1 Font.

e ¶ Consimili.] vt si dicatur, ꝙ quilibet eorū insolidum & per se iudicare & exequi possit.

ADDITIO. Vel si dicatur, quòd alter alterū non expectet. vel non requitat. Ioan. And.

f ¶ Apostolica.] idem si ab alio; est enim quo ad hoc eadem ratio.

g ¶ Libere.] id est etiam nō requisito collega: simili modo exponimus illud, libere, quod habetur s̃. de p̃bend. de multa, vt patet j̃. de præben. licet episcopus.

h ¶ Vno eorum.] idē credo de duobus, vel de omnibus, qui simul inchoauerunt quo ad quid: scilicet, ꝙ si omnes incœperunt omnes finiant, nisi ex causa, vt sequitur. [Vide cap. si duo. j̃. de procu. Font.]

a ¶ In-

rum negotium inchoante [a] commissum, alij nequibunt [b] se vlterius intro mittere de eodem [c]: nisi vel infirmitate, vel alia iusta causa illum [d] contingeret impediri: aut si nollet, vel malitiose in eo procedere recusaret [e]. ¶ Iurisdictione vero perpetuata mandatore viuente, per vnum (eo casu quo [f] potest) ex iudicibus delegatis: perpetuata intelligitur quo ad omnes.

¶ Idem.

¶ Executor super gratia facta datur à Papa: mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur Io. And.

SI CAP. IX. SI SVPER GRA-

a ¶ Inchoante.] qualitercunque, etiam si lis nondū sit contestata corā eo. s. eo. gratum. & ca. licet. & s. e. in aut. quamuis. & infra eo. si à subdelegato. aliud in procuratore, qui dicitur occupasse per litis contesta. vt sit melior eius conditio. infra de procura. si duo.

b ¶ Nequibunt.] ecce aliam differentiā inter clausulā: ꝙ si non omnes: & clausulam: vos vel alter quia primo casu quādo vno impedito ꝓcedit alter: cessante impedimento simul procedunt: ille enim impeditus postea veniens, & cū alio volens procedere, admittetur.

ADDITIO. Vt no. supra eo. quoniā abbas. in glo. 2. & ca. coram. in glo. penult. Ioan. An.

c ¶ De eodem.] sic in plurib. procuratorib. datis in solidū ff. de procu. l. pluribus. ff. man. l. creditor. §. duobus. s. de procurato. non iniuste. s. eo. lib. eo. ti. si duo. aliàs sequi posset perplexitas 1, si quilibet per se procedere vellet: quia eodem forte tempore ad diuersa loca citarent. supra de rescriptis. cap. vlti. ibi vnus excōicaret, alter absolueret. s. in ant. de rescri. c. cū cōtingat. & sic se impedirent: sicut duo vsufructuarij. ff. de vsufru. l. quotiens. & necesse esset ad superiorē habere recursum supra eo. cap. 2. & sic contra iura superfluis fatigarentur laborib. & expensis: tutior ergo & melior fuit hæc interpretatio: vt res valeret, & nō periret. supra de verb. sig. abbate. ad idem. ff de admi. tu. l. decreto. ad fi.

d ¶ Illum.] scilicet inchoantem.

[Glo. seq. ponit vnam differentiā ad procur. & duas conuenientias.]

e ¶ Recusaret.] Tunc ergo poterunt alius vel alij ꝓcedere: nō sic in procuratorib. datis insolidum: quia vno occupante, & postea impedito, alij non possunt procedere: nisi dictum fuisset in constitutione, ꝙ nō fieret melior cōditio occupātis infra de procu. si duo. Et quod dixi delegato impedito, collegā hoc casu ꝓcedere posse: verum intelligo, nisi ille qui inchoauit subdelegatū daret 2. Argu. prædi. decre. si duo. puto ēt ꝙ cum collega propter impedimentū inchoantis ꝓcedit ipse inchoans cessante impedimento suo, cām resumere non poterit: nisi & ille impediretur, vel procedere nollet: ad instat eius quod de procuratore diximus in prædicta decre. si duo.

[Glo. seq. soluit quæstionē, quam solutionem multipliciter probat: ponit opinionem contrariam, quam reprobat.]

f ¶ Quo potest.] vt quia scriptum erat cū clausula: ꝙ si non omnes, & collega etiam actu perpetuationis impeditus non poterat interesse: vel scriptum erat cum clausula: vos vel alter. Et patet per hanc litterā, ꝙ si iudex processerat cum non posset, per illum actū, non sit perpetuata iurisdictio: Vnde per hanc litteram, & per decre. prudentiam. terminaui quæstionem de delegato dato in diem vel sub conditione: qui forte volentibus, partibus ante diem, vel conditionem fuerat vsus iurisdictione: deinde mortuus fuerat delegans: an per illū actum perpetuata esset iurisdictio: Nōne iurisdictio vni sub conditione mandatur per clausulam, ꝙ si ambo: & si antequam conditio subueniat, procedit: nihil reputatur egisse. s. eo. prudentiam. in prin. 3. Ergo si ille actus habetur pro nullo nō est perpetuata iurisdictio: & sic perpetuationē inducere nō poterit: vnde satis est ibi casus. Item ex conditionali demādatione nondū est attributa iurisdictio, sed spes iurisdictionis: sicut ex conditionali obligatione sola spes est debitum iri. Insti. de verb. oblig. §. ex cōditionali ergo quod ante conditionem facit: vt priuatus facit, non vt iudex. Item si prorogatur iurisdictio post tēpus requirit ꝙ actor, reus, & iudex consentiant. ff. de iudi. l. 2. & facit quod not. supra eo. P. & G. in principio vltimæ glossæ: & ꝙ recitatur, supra eo. de causis. ita arguēdo de posteriore ad prius in præuētione requiretur cōsensus iudicis: sed iste index nō erat, cōditione vel die nō veniēte, vt dixi: Sicut statulibet, q̄ agit medio tp̄e, facit vt seruus, non vt liber. ff. de statuliber. l. statuliberum. Item video ꝙ terminus hominis non præuenitur. supra de appella. oblatæ, & forma mandati exacta diligentia seruanda est: ita ꝙ ei renunciare nō potest. infra de præbendis. cui de non. Item pendente dilatione, iudicis officiū quiescit. supra de appel. significantibus. C. de dilationibus. siue pars. ad quæstionē bene facit. ff. de verb. oblig. cum filius. ff. de cond. & demon. l multum. ff. de cōdictione indebiti. l. sub conditione. Item bene facit infra de spōn. cap. vno. nam vides ibi, ꝙ spōsalia nulla inducunt publice honestatis 4 iustitiam: & tamen sponsalia conditionalia nō: qa ante conditionem consensum non habent: à simili dicam adhuc minus esse de iurisdictione sub cōditione delata ante conditionē, quàm in aliàs nulla: verū est tamē, quod Host. no. supra eo. licet. ꝙ ad perpetuationem iurisdictionis non requiritur, ꝙ ille actus de iure teneat: quod non est verum, præcipue in casu nostro, cum non possit perpetuari. quod nondum est, sicut nec renasci quod nondum est natū de consec. di. 4. qui in maternis. nec relabi qui nondū est lapsus. infra de hæret. accusatus.

SI super.] Ponit dictum, quòd primo probat ꝑ regulam: secundo per euitationem absurditatis: Secunda: ibi, Ne gratiam.

CASVS. Papa cōtulit mihi canonicatū in ecclesia Pictauensi, quia creauit me canonicū ecclesiæ Pictauēsis: & mandauit canonicis, vt de facto me installarēt: & ponerent me in possessionē canonicatus, ꝑbendam que mihi assignarent, si qua vacaret, alioquin proximo vacaturam: & dedit mihi executorem ad compellendum canonicos: antequam meus executor exequeret̄ mandatū, Papa mortuus est: postea in cōtumaciam canonicorum imploraui officium mei executoris, vt exequeretur mandatum: pro parte canonicorū fuit mihi oppositum, ꝙ potestas ipsius executoris expirauerat per mortem Papæ: ego dico contrariū: quia mea gratia non expirauerat: & executio est accessoria ad gratiam: Consultus Papa respōdet, ꝙ executor poterit facere executionem, licet Papa mādans sit mortuus: & hoc propter rationem textus: quia executio est accessoria ad gratiam iamque factam: ideo secus si gratia non esset iamque facta, sed facienda: tūc enim executor mortuo Papa non posset vti sua executione si res sit integra, & nō incœperit vti sua iurisdictione cap. si cui. infra de præben. Nota primò, ꝙ Papa potest alicui conferre canonicatum sine præbenda: & sic canonia potest esse sine præbenda: tamen non debet esse diu, & tamen præbenda potest esse sine canonia: vt in notabilibus ecclesijs paruuli habent vnam præbendam: non tamē per hoc sunt canonici: & laicus potest esse præbendatus in ecclesia, non tamen per hoc est canonicus. de hoc in cap. cū M. de const. in antiq.

1 Immo licet aliter habet iurisdictionē in habitu: si tū procedat: nō valet actus ipso iure l. 1. ff. de offi. Consul. ꝑ prorogationē tū possent puēti vna ꝓcedere. Anchara. Font.

2 Tunc ille ꝓcederet collegā, nisi collega cū pueniret. Phi. & Dō. Fō.

3 Fa. qđ no. i Spe. de cita. §. 1. ver. sed pone Papa. vbi dicit Guli. pronūciatū ꝑ Papā ꝙ ille cui mādatur ꝙ Titiū moneat vt s. decē dies dimittat beneficiū, aliàs citet illū ad curiā: si simul moneat & citet, nō valet citatio & facit ꝙ no. in cle. attēdētes ī gl. pē. đ statu reg. & vide ꝙ dixi. s. e. lib. đ ele. cōmissa. 1. rū. Et faciūt hæc ad formā illā moneatis: & si necesse fuerit ꝑ cēsuram, &c. I. An.

4 Vide Concilium Trident. sessio. 24. de reformat. cap. 8.

Nota ꝙ si Papa postquam mihi contulerit canonicatū mandat canonicis, vt me inducerent in possessionem actualem : & prębendam si qua vacaret mihi conferrent, alioquin proxime vacaturā : datis ad hoc certis executoribus: & accidit ꝙ Papa moritur antequā executor in negotio processerit: non propter hoc expirauit potestas executoris propter ratione̅ textus. Nota insuper id ad quod allegatur præsens c. ꝙ si quis fuerit creatus canonic' per Papam : mortuo Papa nō expirat creatio canonicatus : & sic p morte̅ Papę nō expirant gratiæ per eū ad beneficia concessæ. Tamen Papa in crastinū suæ confirmationis consueuit reuocare omnes gratias per suum prędecessorem cōcessas ne detur materia captandi mortem. Nota deinde ꝙ potestas executoris nō dicit principalis quo ad gratiam : sed potius accessoria. Nota finaliter, quòd aliud est rem reddi inutilem: aliud eius effectum elongari: & sic patet quod dilatās executionem rei, non semper dicitur facere rem inutile̅ Dominicus.

e ¶ Inutilem.] puta quia gratiam habebat cōtra ordinarium: & nouos executores non impetrat.

f ¶ Longius.] quia necesse habet adire Papā pro cōsequenda iustitia : vel pro nouis executoribus impetrandis.

tia a cuiquam ab Apostolica sede facta b executores fuerint deputati : æquum esse censemus, vt sicut ipsa gratia (licet nondum sit in eius executione processum) morte non perimitur concedentis, sic nec etiam re integra perimatur executoribus data potestas : quam c veluti gratiæ prædictæ accessoriam, naturam sequi congruit principalis d : Ne gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilem e, vel ipsius effectum in tempus longius f (cum illius † dispendio, cui facta extitit) differri contingat.

¶ Idem.

¶ *Duos casus ponit, quibus de subdelegato non in totum appellatur ad primum delegantem : scilicet cum delegatus excommunicatus vel mortuus est.: Alios casus ponit infra eodem, si à subdelegato. Ioan. And.*

CAP. X.

SI is g, cui causa (licet proprio nomine non expresso h) à sede fuerat Apostolica delegata, subdelegauerit non in totum i vices suas alicui : à sub-

SI is cui.] Ponit dictū, cuius cām interserit: ibi, Ne ab solutionem. Io. An.

† al. ipsi

¶ Præsupponendum primo, ꝙ cū appellatur à subdelegato Papæ, est appellandum ad subdelegantem : quando non subdelegauit in totum: fallit ī casu huius capituli.

curatores a simul b (non adiecto, insolidum c) deputentur, vnus sine altero nō debebit admitti d. Secus e si sint insolidū constituti: sed tunc illius melior erit conditio, qui per litis contestationem f negotium primitus occupabit g †. Post occupationē autem huiusmodi, alter se intromittere nequibit vlterius, cum ille litis h dominus sit effectus: nisi dictum in constitutione fuisset, quòd non fieret melior conditio occupantis i: tunc. n. si eum, qui occupauit, infirmari, mori, absentari, vel aliàs impediri cōtingat: aut si ꝓsequi forte nolit, poterit alter suscipere ac perficere nego-

† De occupatione vide quę dicit Lapus alleg. 22.

Nota vlterius, ꝙ procurator per litis cōtestationē efficitur dominus litis: & ad hoc allegatur istud ca. Nota insuper, quod vbi exercitium actus duobus simpliciter, & eodem tempore committitur, intelligitur factū vt simul procedant: ad hoc supra in anti. de offi. deleg. causam. Nota etiam, quod vbi duo habiles concurrūt ad exercitium actus, ille obtinet, qui alium præuenit ad hoc sup. eodem lib. de rescrip. cap. penul. & sic patet, quod vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt. Dominicus. Nota finaliter quid importet clausula, quod non sit melior conditio occupantis, in procuratorio posita: quia præse ruat potestatem procuratoris non occupantis quo ad habitum potestatis, non autem quo ad exercitium: nisi in certis casibus, secundum Dominicum.

[Prima glossa dicit quod determinat.

a ¶ Si duo procuratores.] Emanauit hæc decret. ad declarationem eorum quæ not. Ioann. 2. q. 7. §. forma, & Ber. supra eod. tit. non iniuste. & Accursius ff. eod. tit. l. pluribus. & Inno. & Hostien. supra eod. in nostra. & Guliel. in Spe. eo. tit. §. ratione autem. vers. quid si duo. & versi. seq.

[Gloss. seq. recit per quæstionem.]

b ¶ Simul.] quia secus si diuersis temporibus. ff. eo. l. si quis cum procuratore. §. fi. & supra eo. non iniuste. & hoc ideo, quia dando secundum, videtur primū reuocare, vt in prædictis iuribus: & hoc est verū: nisi exprimat se nolle primum reuocare. ff de leg. 1. si pluribus. ad hoc inf. eod. si quem. Et hoc verum intelligo, 1 si secundus procurator nolit suscipere mandatum arg. instit. quibus mod. testa. infir. §. posteriore. vbi dicit, quòd secundum testamentum rumpit primum, licet ex secundo testamento aliquis hæres factus non sit, vel esse noluerit: sic & hic argu prædictorum iurium. Et hoc tractat Guliel. in Spec eo. tit. §. ratione autem. vers. sed cum dato secundo. Et in eod. §. super. versic. itē quòd licet. dixi, quòd sunt duo procuratoria duorum, nec apparet quod prius. 2

1 Idem Arc. ī c. px. alle. ff. de adm. leg. 1. & si transferā. & l. legatū. 2. §. 1. Io. A.

ADDITIO. Quòd quis dando secundum procuratorem, videatur reuocare primum, licet secundus acceptare nolit: patet etiam ff. de lega. 1. l. plane in princ. & institutio, quibus mod. tolli. obligat. §. præterea, & vide quod ibi nota. in glo. sed quæ. & quod dicam post Dyn. inf. de regul. iur non præstat. contra. ff. de rescind, vend. l. si id quod, primo responso. Dic vt ibi. Ioan. And.

2 Tunc neutrum erit admittēdū: & imputet sibi ꝯstituēs: faciunt no. in c. duobus s̄. de rescr. Do Font.

c ¶ Insolidum.] aliquid operatur: sed non per omnia. quod sonat, vt inf. patet.

[Glo. seq. primo ponit tres casus diuersos ab isto: secundo reddit rationem huius dicti: tertio quærit, & ponit tres opiniones, & approbat vltimam.]

d ¶ Admitti.] aliud in executorib. vltimæ volūtatis, vt inf. de testa. c. vlt. in fi. & in procuratorib. datis ad iudicia spiritualium causarum, vt inf. eo. c. §. sane. & in tutoribus. ff. de administ. tuto. decreto. in fine. & in his de benignitate secus est receptum, vt ibi. Et est rō dicti: quia hi duo cēsentur pro vno. s. eo. li. de elec. c. pen. §. 1. 3 Est ergo hic necesse, ꝙ vterq; admittatur, sicut in iudicibus datis sine clausula. s. in antiq. de offi. deleg causam matrimonij. Sed quid dices: ecce vnus cōfitetur, & alter negat: q̄d erit? Super hoc fuit dissensio: dicunt quidam, ꝙ facta est litis contestatio, & statur confessioni: quod sic probatur: si dominus præsens esset, & confiteretur, & negaret, staretur cōfessioni, quæ contra eum est. ff. de integra. act. de ætate. §. 1. ergo idem in his, qui personam domini repræsentant. Alij dicunt quod eligere potest dominus vtrum stetur negationi, vel confessioni. arg. supra de re iudi. duobus. & ff. de re iudi. duo iudices. Tertij dicunt, & forte melius secundum Inn. quod per talem responsionem non fit litis contestatio: sed procedendum est contra dominum, tamquā contra contumacem, pro eo quod non misit procuratores instructos, supra de iuram. casum. in pertractandis. 4 Prima opinio placuit Hostien. supra eo. in anti. in nostra. Mihi placet vltima: quia concessio vel negatio vnius solius, etiam altero non resistente, non valet, vt supra in princip. Multo minus altero resistente, ad hoc supra eo. li. de elec. c. pen. §. si autem. Et propter euitanda hæc dicebat Ber. supra eo. non iniuste, quod satis erat æquum quod siue adijceretur, insolidum, siue non: semper iudex eligeret idoneiorem: ad hoc. ff. de accu. si plures. ff. de admi. tuto. si plures. sed non est verum, nisi in casu. inf. eod. §. sane. Vincent. autem dicebat ob prædictam causam procuratores tales non admittendos. Sed vera est eius opinio in casu supra eod. lib. de elect. c. pen. §. si autem, aliàs non, vt hic vides.

3 ff. d ꝯ. & demō. cui fundus. Ioā. Mona. & facit ele. plures, ff. iure pat. Io. An.

4 Alias opiniones inuenies de hoc ī Spe de ꝓfes. §. fin. ver. sed pone. Io. And.

e ¶ Secus.] scilicet quia tunc vnus admittetur sine altero.

[Glo. seq. alle. quattuor concor. ponit duos alios modos occupationis: & casum in quo nihil operatur occupatio.]

f ¶ Litis contestationem.] quia tunc demum agere videtur. ff. rem rat. hab. l. amplius. Ad hoc supra in anti. de offi. deleg. relatum & de verb. signi. ex parte 2, & concord. ff. eod. l. pluribus. 5 Interdum autem dicitur quis occupare: quia primo ad sententiam deuenit, vt in actione de peculio, & in noxa. ff. de pecul. si vero ff. de noxa. si quis à multis, quia nō præsumitur quis astrictus: & ideo ibi ante sententiam appellatione non suspensam nullus occupare videatur. argum. C. de actio & obli. l. negantes. & delegatus cum clausula, vos vel alter vestrum: occupat per quamlibet inchoationem iudicialem, supra eo. lib. de offi. deleg. cū plures. aliquando nil operatur occupatio ff. de dam. infect. si finita. §. Iulianus. ff. vt in possess. leg. l. is cui. §. qui prior. vbi omnes æqualiter in possessionem mittuntur: licet partes sibi faciant per concursum.

5 Et ff. de leg. 1. si plurib. in fi. Sed ibi valet occupatio ꝯstitutionis quo ad electionē tm̄ faciendam de relegata, vel ꝓtio. Io. A.

g ¶ Occupabit.] in bona significatione. sic 7. q. 1. factus est Cornelius: alibi in mala. supra eo. lib. de ele. generali. vbi de hoc.

h ¶ Litis dominus.] sup. eo. c. 1. cum scis concor.

i ¶ Occupantis.] & nihilominus ꝯ voluntatem dñi melior fiet ipsius occupātis cōditio, quia statutū iuris

immutare non potuit in totum, ad hoc supra de testa. requisisti. & cap. tua. ff. de leg. 1. l. nemo. si ergo non va let in totũ vt agit, valeat pro ea parte, & eo modo quo valere põt 1. Ad idẽ infra de de despon. impu. c. 1. §. 1. [Et bene facit C. de fideiuss. ñ recte l. & vide ꝙ dixi in ant. đ maio. & obed. solitæ. super gloss. quod quandoque fa cit etiam ff. de vsufr. leg. si alij. cuius ca sum vide in decre. de celebra. Miss. in quadam. super gl. an tepen.] Et determi natum est hic quod dubie tractabat Gui. in Specu. eodem tit. §. ratione autem. ver siculo, quid si dictũ fuit.

l ¶ Non insolidum.] si enim insolidum, non esset spe ciale: quia omni casu iudex eligeret si ambo occurre rent, & simul occuparent. ad hoc supra eo. lib. de elect. cap. penult. §. 1.

m ¶ Intricari.] vt est cõtrarijs responsionibus. Patat igitur viam expeditioni negotij: prouidet domino absenti occurrit partium laboribus & inutilib. expensis: ad quæ omnia tenetur iudex su pra eod. lib. de offic. ordina. vt litigantes de rescriptis. statu tum.

tium ab alio inchoatum [a]: dum tamen ab † alio non fuerit alius substitutus: nam si sit, is præferri [b] debebit eidem.

¶ *Procurator datus insolidum, qui occupauerat negotium, ex impedimento exclusus, non reassumit: nisi altero impedito. hoc dicit Dominicus.*

¶ Cæterum vbi nullo sub stituto [c], alter [d] suscipit negotium prosequendum is qui occupauit primitus ipsum [e] resumere postea impedimento cessante [f] nequibit: nisi forsan illum contingeret † impediri [g].

¶ *In causis spiritualibus ex duobus procuratoribus simul simpliciter datis, iudex eligit magis idoneum: qui solus prosequi poterit, nec alius admittitur, nisi primo legitime excluso. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Sane in electionum, postulationum, prouisionum, & aliorum spiritualium negotiorum causis [h] (cum talia celeriorem [i] expeditionem exigere dignoscantur) volumus specialiter [k] obseruari, vt si plures procuratores simul in eis fuerint non insolidum [l] deputati: iudex (ne propter eorum cõcursum negotia eadem intricari [m] contingat) idoneiorem [n] ex ipsis eligere valeat: & ille solummodo prosequatur, habeatque quicquid cum illo sic electo, factum extiterit, plenam roboris firmitatem: Nec ad prosequendum alius admittatur postmodum, nisi prout eum, qui non occupat negotium, censuimus post occupationem factam ab alio superius admittendum [o].

¶ Idem.

¶ *Procurator, qui renuit acceptare mandatum: pœnitere potest, quamdiu constitutus in eadem perseuerauerit voluntate.*

CAP. VII.

LICET †

a ¶ Inchoatum.] simile supra eo. lib. de offi. delega. cum plu res.

b ¶ Præferri.] est enim constitutus ab eo qui potior est, clausula, non obstan te, vt supra vidisti: excludet ergo illum cum vices potioris gerat. 2. ad hoc 93. distinct. cap. vlti. & 49. distin. cap. 2. infra de præbend. hi qui.

c ¶ Substituto.] ab occupante. Nũquid hunc reuocare pos sit? dic vt dixi supra eo. tit. is. qui.

d ¶ Alter.] collega datus cum eo insoli dum.

e ¶ Ipsum.] negotium.

f ¶ Cessante.] arg. contra supra eo. lib. de electio ne cupientes. §. quod si. & infra de sent. excom municat. eos qui. vbi cessante impedimen to tenetur quis ad hoc, ad qđ prius tenebatur: sed hic iam alius occupauit, & eo casu quo potuit: vnde nec virtus clausulæ hoc operatur, vt vides.

g ¶ Impediri.] & tunc ille assumet, nec ille substitutum dare poterit, cum litem non fuerit contestatus supra eo. cap. 1.

h ¶ Causis.] secus in negotijs ẽt spiritualibus, vt pa tet. supra eo. lib. de elect. cap. penult. §. si autem. quod est contra & ibi dixi.

i ¶ Celeriorem.] de hoc vide quod dixi supra eo. li. de elect. cap. vlt.

k ¶ Specialiter.] Nota ergo ꝙ fauor aliquid inducit ꝰ ius positiuum: quod habuistis in prin. decret. Et no ta per hanc litterã reprobatam illã opinionẽ, quæ vi debatur æqua Bernardo ꝰ. in ant. eod. non iniuste. ꝙ siue esset clausula insolidum, siue non, iudex poterat eligere: sed nõ est verum nisi in spiritualibus, vt hic vides: & facit pro illa opinio. ff. de popu act. l. 2. sed nõ obstat, quia ibi plus tangitur vniuersitas, quàm pri uata persona: & ideo fuit electio magistratus.

n ¶ Idoneiorem.] ff. de accu. s. si plures. [Ad idem ff. de dãn. infect. in reficiendo. cum concordan.] ff. de administr. tut. si plures. & videtꝛ idoneior magis honestꝰ & qui meliꝰ merita causæ nouit. supra de iuramento calũniæ, in pertractan dis.

ADDITIO. Facit C. eod. tit. l. fi. Ioan. And.

o ¶ Admittendũ.] scilicet quando nõ dedit substitutum, & non potest, vel non vult, prosequi.

Licet.] Non diuiditur: quia textus sub vno constru ctu pendet. Dominicus.

CASVS. In quadam causa, quam eram tecum habiturus, Titium procura torem meum consti tui, & ei misi litteras procurationis per aliquem nuntium meum: qui nuntius sibi Titio præsentauit litteras & cum requisiuit, vt onus dictæ procurationis in se assumeret: dixit Titius, nolo acceptare procuratorium, nec onus assumere, & renunciauit procurationi: postea pænitentia ductus, voluit illam procurationem acceptare: Opponebatur pro parte tua, quòd Titius non erat pro curator meus, eo quod renuerat semel accipere pro curationem: quæritur an possis eo prætextu eum repellere: & an possit Titius procurationem reassumere? Respondet, quod si ego constituens perseuerauero in eadem voluntate, quòd certe ipse Titius potest procurationem reassumere & acceptare, & causam meam promouere, ac si ab initio non refutasset. Nota primo, ex isto cap. quòd officium procurationis est officium voluntarium: & ideo non cogitur quis accipere procurationem. l. filius. §. inuitus. ff. eod. titu. l. inuitus. C. eo. & hoc verum in officio procurationis singularium personarum: secus est in officio procurationis regiæ: nam onera publica quis innuitus cogitur suscipere. Insti. de excusa. tut. & cura. circa princ. & cum istud officium sit publicẽ ideo

† al. ita ab illo.

1 Nota ꝙ verba nõ operãtur vt sonãt iure aliter interpretante. Do. & Pe. de Anch. Fonta.

† al. cõtigerit.

2 Neque poterit ab altero reuocari: q̃uis ambo habeãt potestatẽ sub stitutos re uocandi. Phi. Fon. Adde ex Bart. in l. si ante ac ceptũ. §. si. ff. iud. sol ui. ꝙ tũc prior satisdatio eua nescit, & dãs de no uo ꝓ isto satisdare debet. Pe. de Anch. Fonta.

† Ad hũc textũ vide q̃ dicit Alexander cõsil. 81. incip. reuocatur in dubiũ. lib. 5.

ideo quis inuitus illud suscipere cogit.. Et sm Do. qñ dicitur ꝙ officium procuratoris est vile officium, non intelligatis ꝙ reddat vilem vel infamem illum, qui exercet tale officium: sed dicitur vile, eo quòd viles personæ admittuntur ad exercendum tale officiũ: & intelligitur de ꝓcuratione singulariũ personarum: non aũt de procuratione regia: Nã illud officiũ est dignitas: quia habet iurisdictionẽ inter priuatum & fiscũ quia iurisdictio hẽt dignitatem annexã. Nota quòd licet procurator tenuerit acceptare procuratorium, & dixerit præcise, quòd refutabat: tamen est locus pænitentiæ, si constituẽs perseuerauerit in eadem voluntate: ideo dicit glossa, quòd si in constitutione procuratoris dicat dominus, constituo talem: & casu quo noluerit acceptare procuratorem, constituo talem: tunc si primus refutauerit, non est amplius locus pœnitentiæ. Nota vlterius, quòd absens potest constitui procurator. concord. sunt in glo. & in capitu. cupientes. §. ad hæc. eodem libro supra de electione.

is [a], qui procurator [b] constituitur ab absente [c], dixerit præsentatum sibi suscipere [d] nolle [e] mandatum, hoc tamen nequaquam [f] obstante, quandiu [g] constituens in eadem perstiterit voluntate, ipsũ [h] acceptare poterit † quandocumque placebit [i].

¶ Idem.

¶ *Dominus dans procuratorem, quotiens contingit eum abesse, causam tractando, procuratorem non intelligitur reuocare: secus si simpliciter, nisi expresse protestetur, quòd ipsum reuocare non intendit: vel aliàs hoc appareat ex probabilibus coniecturis. Ioannes Andreæ.*

† Idẽ ait Pe. d̃ An. in oĩb. alijs ꝯtibus inter absentes consensu ꝑficibilibus in l. ꝯsensu. ff. de act. & obli. Fon.

Nota insuper argu. quod voluntas semel posita, semper præsumitur nisi contrarium probetur. vide sup. de bapt. maiores. in fine. Dominicus.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Licet is.] Procurator, qui renuit acceptare mandatum, pænitere potest, quamdiu constituens in eadem perseuerat voluntate.

b ¶ Procurator.] ad iudicia vel negotia: non curo, cum non distinguat: & eadem ratio sit vtrobique.

c ¶ Absente.] præsens igitur & absens quis potest constitui procurator, vt hic, & ff. eo. l. 1. sup. de confir. vtil. vel inuti. cum dilecta.

d ¶ Suscipere.] quod si scienter illud sine protestatione recipit, dominum, qui pro eo debite cauerat, super inclusis in procuratorio defendere cogitur, vt in clemen. eo. tit. cap. 1.

e ¶ Nolle.] de nolle & velle quomodo alterum extensiuum, alterum non, vide quod not. ff. de ver. obli. si quis stipulatus sit. 1.

f ¶ Nequaquam obstante.] & sic not. speciale contra regulam inf. de regul. iur. quod semel. cum suis concordantijs.

g ¶ Quamdiu.] si ergo mutasset voluntatem, vel causam agendo, vel alium procuratorem dando: [Vel id verbis exprimendo] secus est, vt dixi sup. c. proxi. in prin. Ad hoc inf. Io. And.

h ¶ Ipsum.] scilicet, mandatum.

[Glo. seq. significat contrarium: soluit, arguit ad simile.]

i ¶ Placebit.] argum. contra, ff. de suc. edic. l. 1. §. qui semel. vbi si ille q est primi gradus dixerit se nolle succedere, statim ius deuoluitur ad eum, qui est secundi gradus. 2 Sed ibi erat ad quem ex renunciatione ius deuoluebatur: hic ad nullum alium, quam ad dominum ipsum procuratorem constituentem: Vnde satis dici potest, quòd de quadam perseuerãtia voluntatis & æquitate, ille vel non desinit esse procurator; vel si desinit, [prout tenet Io. Mona.] iure permittente reassumere põt: & forte statutum fuit, ne contingat ꝑ ꝑ ꝑcuratoris defectum negotia protelari, ad hoc supra c. proxi. Credo tamen per prædictam l. & ꝑ hanc litterã quamdiu, &c. si dominus dixisset, cõstituo talem: qui si renuerit, talem constituo: non haberet tunc locũ hæc decret. Et not. argumen. ꝙ si electus præsentata sibi electione renuat consentire, 3 adhuc electoribus in eadem voluntate manentibus poterit consentire, alias nõ: quod verũ est, quia a principio renuit, & quasi inuiti trahuntur. octaua quæstione prima, qui episcopatum, & capit. in scripturis. Ioann. Andreæ.

ADDITIO. Idem in delegato, & multo fortius cũ ipsius officium sit necessarium, secundum Archidiaconũ allega. supra de rescriptis. sciscitatus. ff. de officio præsid. legatus. C. de excu. mu. lib. 10. l. placuit. §. si qs.

1 Ibi no. differentiã inter futurũ indicatiuũ & futurũ coniunctiuũ: in primo eligens variat vsq; ad litẽ ꝯtest. in ij. non: rõnem dat Dom. Fo.

2 Quod intellige vt ibi, & §. sequen.

3 Infra tẽpus iuris d̃ quo supra, eo. li. de elec. q̃ sit. & vide quod not. & dicã inf. de præb. si tibi absẽti. super gl. pen. quæ loquit in prouiso, ista in electo. Ioan.

CAP. VIII.

SI quem sub ea [k] forma

Ioan. And.

SI quem.] Sunt duo dicta principalia: Secundum: ibi, Secus. Dominicus.

¶ Præsupponendum pro intellectu huius cap. quòd si in aliqua causa mea constitui meum procuratorẽ, qui causam ipsam incœpit procurare: quia obtulit libellum, sed lis nondum est contestata: si ego dominus compaream personaliter, & aliquem exerceam actum iudicialem in causa: videor meum procuratorem reuocare.

CASVS. Constitui Titium procuratorem meum sub hac forma: Titium meum procuratorem cõstituo quotiens me abesse contigerit: quasi dicam, quòd intendo causam ipsam personaliter promouere: sed Titium procuratorem constituto quotiens contigerit me abesse: non potui comparere in primo termino: sed Titius meus procurator comparuit pro me: postea in secundo termino comparui personaliter, & aliquid in causa feci nomine meo proprio: nam aliquem actum iudicialem exercui: vtrum eoipso, quòd comparui, videar reuocasse meum procuratorem? Certe non: aliàs videretur procurator reuocatus per comparitionem domini, & hoc verum, nisi dominus constitutus faciat protestatem, quòd non intendit reuocare procuratorem: sed quòd comparet citra procuratorum suorũ reuocationem: tunc enim talis protestatio impedit reuocationem. Et si feci constitutionem procuratoris simpliciter, & postea in causa compaream: & aliquid in causa nomine meo exerceam: videor regulariter reuocare meum procuratorem: fallit si faciam protestationem, quòd compareo citra ꝓcuratorum meorum reuocationem. Item fallit si est talis actus, qui non poterat exerceri per procuratorem, sed requirit præsentiam meam: quia forte est articulus ad iurandum de calumnia, vel respondendũ positionibus: tunc n. comparendo in propria persona non videor procuratorem meum reuocare.

[Prima glo. summat, & dicit quid approbat.]

K ¶ Si quem sub ea.] Dominus dans procuratorem quotiens contingit eum abesse, causam tractando procuratorem non intelligitur reuocare: secus si simpliciter: nisi expresse ꝓtestetur, quòd ipsum reuocare non intendit, vel aliàs hoc appareat ex probabilibus coniecturis. Decretalis ista approbat, quod not. per Innocentium & Hostiensem supra eodem, capitulo petitio, & vide quod not. ff. mand. qui mutuam. § non ideo.

a ¶ Abesse.]sub hac ergo forma potest dominus procuratorem dare:sic & delegatus Papę subdelegatum. s. de offi.deleg.si delegatus.eod.lib.

ADDITIO. Vtrobique si moritur constituens re integra,mandatũ expirat: tamen aliter dicitur res nõ integra in subdelegato,quàm in procuratore. Itẽ & aliter in procuratore ad iudicia quã ad negotia. de hoc not. C.man. l.mandatum. Ioan. Andr.

b ¶ Assumet.] s.C. de cura.furi.l.penul. ff.mand. l. q mutuã. §.non ideo.

c ¶ Secus.] s. quia non assumet,&infra declarat quare.

d ¶ Ante litem cõtestatam.] tũc reuocatur sine causa & inuitus vt s. eo.ti.& li. c.2.cum suis concordantijs.

[Gl.seq. signat cõtrarium: ponit opin. quam reprobat: demum soluit.]

e ¶ Siue post.]adhoc s.eod.non iniuste.ff. eo.li.l.plurib.ff.manda. qui mutuã.§.nõ ideo minus. Sed cõtra. s.eo.tit.& lib.c. 2. vbi post litem cõtestatam procurator non reuocatur. Sol. quidam dicunt hũc casum addendum s. ꝙ procuratorẽ post litẽ cõtestatã à se nõ reuocat dñs, vt det alium procuratorem: sed si causam tractat, bene:sed ad hoc contradicit finis ipsius decre. quæ dicit ꝙ adesse potest: sed non tractare, & est expressum C.eod.l.procuratoribus.vbi habes, ꝙ post contestationem a procuratore factam non habet dominus potestatẽ prosequendi negotium. Dic ergo & verius,ꝙ decre.ista & supradicta iura loquũtur qñ domino post litem contestatam non contradicitur litis assumptio,vt legitur & not.ff.eo.tit.l.quæ omnia & ideo illa littera, quæ est supra eo.tit.& lib.c.2.ibi, ipso nolente:soluit ꝯriũ:& ita etiam tenent prædicti Doctores in decret.petitio,s.eod.Si autem contra dicitur,tunc locũ habet decret.illa, quòd causa cognita reuocabitur,aliàs non.

f ¶ Assistas.]quod potest eo inuito.supra eo.tit.& li. quamuis.in fine.ff.eo.l. Paulus.ff.de inoff.test.si suspecta.Ioan.And.

g ¶ Manere.] ad idem s. eo.tit.& lib.si duo.& not. pro protestatione:quia hæc saluat,ꝙ sine ipsa perderetur.de hoc s.in ant.de consti.cum M.& de ele. Cumana,& 27.dist.c.1.

ADDITIO Ioan. Mona. remittit.j.de regu.iur.in generali.Ioan.And.

h ¶ Veritatem.] ff.eo.si actor.j. de iudi.c. 1.

i ¶ Accidat.] puta quia vinculis detinetur.supra eodem causis.

k ¶ Opportuna.] pone procurator nõ habebat mandatum iurandi de calumnia,vnde oportuit venire dominum & iurare.j.de iura.calum.c.vlt.

PRocurator.] Tria sunt dicta : Secundum : ibi, Et quamuis. Tertium:ibi, Sane.Dominicus.

1 Idẽ Phi. Pet.ꝺ An. Do intelligẽdũ nõ ꝯdicit a parte, vel ab ipso ꝓcurare: & si ꝓcurator vult, pars põt nolle, q̃a principalis est indiscretus horribilis Bar. in l. fi. §. si actor male ff. eo.Fõt.

quotiens te abesse [a] contigerit, constitueris procuratorem ad causam:non ideo (licet tractes eam postmodum per teipsum) procuratorem ipsum dignosceris reuocare: quinimmo procurator idem procuratoris assumet [b] officium quandocunque te contigerit absentare

¶ Secus [c] si simpliciter à te fuerit constitutus : tunc enim siue ante litem [d] contestatam, siue post [e] ad causam ipsam venias, non vt ipsi procuratori assistas [f], sed vt causam tractes eandem, tractando ipsam eum reuocare censeris:nisi dicas expresse, quòd ipsum vis in officio procurationis (hoc non obstante)manere [g]; vel nisi quòd non animo reuocandi hoc facias, ex aliquibus appareat coniecturis †: vt si forsan aliquis immineat articulus, in quo tu nosti melius veritatem [h], aut si sit procurator ipse infirmus, vel forsitan se absentet, seu quicquid aliud accidat [i], propter quod ipsi causæ tua sit præsentia opportuna [k].

¶ Idem.

¶ *Tria dicit: Primo, quòd procurator ad contrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum: Secundo, quòd talis procurator non substituit: nisi ad hoc mandatum habeat: Tertio quòd si talis procurator reuocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium. Ioan. And.*

CAP. IX.

PRocurator [l] † non

CASVS. Titium feci & constitui meũ pcuratorẽ ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia : & ponamus, vt sit maior dubitatio, ꝙ Titiũ meũ procuratorem constitui ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia, cui potestatẽ faciendi oĩa & singula, q̃ facerẽ & facere possem, si personaliter interessem :quid fecit iste Titius procurator meus:Contraxit matrimonium pro me cum Berta,& forte per verba de præsenti : an sit matrimonium inter me & Bertam ? Respondet, ꝙ non:quia ad hoc non habebat mãdatũ speciale, & ista specialitas attẽditur etiam circa psonam cum qua est ꝯhẽdũ: aliter non est mãdatum sufficiens ad cõtrahendum matrimonium,puta si dicam : constituo talẽ procuratorem meũ ad contrahendũ matrimonium nomine meo cum tali Berta: tũc est matrimoniũ inter nos. Sed ponamus, ꝙ constitui ꝓcuratorem meũ ad ꝯhendum matrimonium cũ tali Berta: pcurator meus fuit impeditus, & alium substituit:iste substitutus protulit verba apta ad contrahendum matrimonium cum Berta:quia dixit nomine procuratorio meo talis accipio te in vxorem: & econtra Berta dixit, accipio te in virũ, vt procuratorem talis:an sit matrimoniũ? Certe non : nam procurator constitutus ad matrimonium contrahendum non potest substituere,cum agatur de maximo præiudicio.Sed ponamus, ꝙ constitui Titium procuratorem meum ad contrahendum matrimonium cum tali Berta : reuocaui pcuratoriũ:sed non notificaui procuratosi, nec Bertæ:ille procurator ꝯxit matrimonium cũ Berta nomine meo:an teneat matrimoniũ ? Rñdet ꝙ nõ:licet dicamus regulariter, ꝙ reuocans procuratorẽ, debet notificare ꝓcuratori, si fuerit procurator ad negotia : Vel debet notificare iudici & parti aduersæ,si sit procurator ad iudicia:fallit tamen in causa matrimonij: quia quamuis reuocatio notificata non fuerit procuratori:tamen nõ valet qđ procurator egit:nec est matrimonium propter defectũ consensus,qui requiritur in matrimonio. Nota primo,casum,in quo requiritur speciale mandatum: alios vide per glo super eod tit. & lib.qui ad agendũ. Nota secundo:ibi.§ & quamuis, quòd procurator datus ad matrimonium contrahendum,dicitur datus ad negotia Dominicus.

[Glossa prima diuidit & summat.]

l ¶ Procurator.] Tria dicit:primo, ꝙ procurator ad ꝯhẽdũ matrimoniũ dẽt habere speciale mandatũ:Secũdo,ꝙ talis procurator non substituit, nisi ad hoc mandatũ habeat:Tertio,ꝙ si talis procurator reuocatus ẽt ignoranter contrahit,non tenet matrimonium.

[Glo.seq.ostendit de iure veteri, &c.signat contrarium & soluit.]

† Nota. Petr. de Anch. ꝙ vna psum ptiotollit aliã.de ꝓ. sũ. litteras. de in inte. rest. l.diu'.Fõ.

† Vide Anc.cõsi. 223. inci. A. duas filias habebat.&duobus cõsi. seq. Ant. But.consi. 64. inci. A. duas filias habuit.& cõsi. seq. & Alex.consi. 146 inci. in cã & lite.& cõsi. 149. inci. viso pcessu. lib.9.

a ¶ Ide-

a ¶ Idoneus.] an per procuratorem possit cōtrahi matrimonium? de hoc non dubitatur per canonem 32.q.2.honorantur.s.de. de conuer. coniu.ex parte.2.& q ele. vel vo. c.veniens ad idē de matrim.cōtract.c.2.ff. de spō.sufficit.& l.vlt.& ff de ritu nup. l.mulierē.oēs enim contractus qui consensu contrahūtur, inter absentes contrahuntur. ff.de contrahen. emp l.1. §.est autem. Sed.s. supra de spon. duo c.1.ibi,corde tamen & ore, &c.Sed dic, φ satis dr ore cōsentire qui per procuratorem 1 cōsentit.s. de reg. iur.q p aliū. Sed an pcurator ille debeat ad hoc habere speciale mādatū, dubitat? Dicebamus aūt φ sic, sicut & ī alijs casib.quos no.s.eo.li. & tit.qui ad agendum.§.vl.& ad hoc facit s.de de spō.ipub.c.1.& Inst. d nup.§ 1.& expssū erat. ff.de rit. nup.l. gnali. & l. mulierē. ADDITIO. Vnde dixit Phi. supra de resti.in integr.co rā.p ius aliquod nō probari,φ in mattimonio cōtrahendo per procuratorem interuenire debeat speciale mandatum. Io.And.

†Et ideo nō deciditur iuramēto per iudicē de lato. Bal. in l. admonendi Fonta.

1 Qui est ī hoc quasi pica,minister & organum dñi. ad hoc ff. de cōsti. pe. l.& licet. de acqui. possef. φ meo.§.p curator. & not. C. si qs alt. vel.sibi.l. multū.in gl penul.

aliter censetur idoneus a ad matrimonium b contrahendum, quàm si ad hoc mandatum habuerit speciale c. Et quamuis aliàs is qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit d: in hoc tamen casu (propter magnum, quod ex facto tam arduo † posset periculum imminere, non poterit deputare e alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum f. ¶ Sane g si procurator antequam contraxerit h, à domino fuerit reuocatus i: contractum postmodum matrimonium ab eodem (licet tam ipse, quàm ea, cum qua contraxit, reuocationem huiusmodi penitus ignorarent k) nullius momenti existit l: cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequiuit m.

TITVLVS XX.

De his, quæ vi metusue causa fiunt.

¶ Gregorius decimus in concilio generali Lugdunensi.

¶ *Excommunicationis, suspensionis, uel interdicti absolutio uel reuocatio per uim extorta non tenet: & extorquens excommunicatus est ipso iure. Ioan.And.*

[Glossa sequens ponit dictum cui signat contrarium & remittit.]

b ¶ Matrimonium contrahendū.] nec ad causam matrimonialem agendam: vt dixi s.eo.tit.& lib.qui ad agendum.§ vlt.secundū Vincen.Sed ad hoc contra.s. eo.tit.accedens.sed sol.vt ibi not.Ber.in fi.vlt.glossæ.

[Glo.seq.quærit,arg.pro:soluit contrarium: Iterum quærit arg.negatiue.contrarium soluit.]

c ¶ Speciale.] sed nunquid si habet generale cū quibusdam expressis, clausula subsecuta, vt s.eo.lib.& tit.qui ad agendum contrahere poterit? vr φ sic per illud cap.Sed contrarium credo, vt ibi dixi.Dico eñ φ illa clausula generalis, quæ sequitur; specialia expressa similia includit, sed non longe maiora 2: vt est in casu nostro: notabiliter enim tali concedi debet:& hoc voluit hæc littera. Ad hoc 12.dist.nos consuetudinē.supra in ant.de rescrip.sedes.C.de diuer.rescrip. l.1.ff.de vi.tri.& oleo. leg.l.vlt. in fi.& ad hoc facit finis huius cap.maxime cum requirat speciale mandatum:& de expressa persona 3, vt statim dicā:& sic dubitatio procedit.Sed quid dices: nunquid sufficit speciale mandatum ad contrahendum, vel requiritur speciale de certa persona & expressa? & videtur φ nō requiratur expressa persona 4. arg. supra. eo.tit.& lib. cap.1.2.responso.Sed dic contra per l. ff de titu.nup.l. generali.ad hoc supra de arbi. innotuit.cum su s concor.& quæ no.29.q.2.in summa.

2 Vt ī cle. nō pōt e. tit. l. An.

3 Idē. Pe. de Anch. Phi.& Domi. Font.

4 Idem Pet. de Anchara.

ADDITIO. Idem Dom.Phil.hic. Bar.in l.fin.ff.de dona.ad quod facit glo.30.q.5.cap.nec illud.quam vide.Fonta.

d ¶ Possit.] libere & quandocunque supra eo.tit.& li.c.1.§.procurator.& ff.mand.si procuratore.

e ¶ Deputare.] & sic fallit illa regula. ad idem.ff.de xi.nu.generali.in principio.

f ¶ Commissum.] concor. supra eod.titu. & lib cap. 1.2.responso.sup.de offi.deleg.is cui.& cap.vlt.§.vices quoque.

g ¶ Sane.] hoc quod dicitur hic notabat Io.63.dist. tibi domino.& 30.q.5.nec illud.

ADDITIO. De hoc ff.de spon.sufficit.per Inno.de spon.sub rub.quæ glo.communiter habetur in cap.Iudæis.per Hostien.in summa,de spon.§.qualiter cōtrahatur.ver.φ si pœniteat Ioan.And.

[Gl.seq.ponit. differentiā carnalis ad spiritale.]

h ¶ Cōtraxerit.] matrimoniū dicitur cōtrahi per mutuū cōsensum: & est verū in hoc casu: secus in matrimonio spiritali: quia ex quo clerici elegerūt, licet adhuc nō sit p mutuū electi cōsensum matrimoniū spiritale contractum, tamen pœnitere non poterunt. supra in ant.de elec. publicato.& c. cū inter canonicos. & facit ad hoc d trās la. inter corporalia.

Matrimoniū p qd cōtrahit.

i ¶ Reuocatus] vel vetitus ne cōtraheret. Quid si iurauerat dñs nō reuocare vel pœnitere? Idē, licet periurus sit:& d eo debeat sibi pœnitentia imponi.de spon.sicut.& c.inter.in fi.defuit.n. consensus:& sic idem iuris, cum eadem sit ratio.

Procurator reuocari pōt licet dñs iurauerit non reuocare.

ADDITIO. Firmitas ergo contractus nec per iuramentum: nec per pœnæ promissionem potest haberi: sed sæpius consului, φ post cōtractum procuratoris fiat ratificatio constituentis.Ioan.And.

K ¶ Ignorarent.] speciale in hoc casu cū aliàs reuocatio procuratoris ad negotia ad ipsum pcuratorē venire debeat: de quo dic vt supra in ant.de rescri.ex parte decani 5. De reuocatione procuratoris ad iudicia dixi.s.eo.tit.& lib.cap.2.

5 Ibi videas Felinū de ista materia. Fonta.

[Glo.seq.signat contrarium.]

l ¶ Existit.] arg.contra ff.de diuor.l. si pœnituit. Reuocatum est ergo mandatum, licet mandatarius hoc ignoret, quamquā agat, ne sine culpa sua dāno afficiatur.ff.mand.si vero nō remunerandi. & l. si mādasse.

ADDITIO. Lex, si pœnituit.in prin. huius glo.allegata dicit, φ si pœnituit me misisse diuortiū, tamen nuncius ignorans pœnitentiam meam, libellū dedit, durat matrimonium: in hoc pro: nisi is qui recipit, pœnitentia cognita, diuertere velit: in hoc contra.Sol.in contrahendo requiritur vtriusque consensus: qđ nō est in diuertendo.C.de repu. consensus.Ioan.And.

m ¶ Nequiuit.] 27 q.2.c.1. & 2 per torū.de spou.cum locū.& c.tua & de despon.impub.c.1. Et est ratio quare furiosus nō cōtrahit: quia non pōt cōsentire.32.q 7 neq; furiosus. & 27.q.2.sufficiat.& s.de spō.dilectus,

DE HIS QVAE VI METVSVE causa fiunt.

[Visum est supra de his, quæ geruntur spōtanea voluntate agentium:& sic valent & tenēt irretractabiliter: vt dicit Iurisconsultus. l.1.ff.de pact.nihil enim est quod magis humanæ naturæ cōgruit, quā pacta seruari quando spōte fiunt: Verum quia aliquando accidit, φ talia fiunt per metū,& dubitari posset vtrum talia teneant irretractabiliter vel nō: ideo post titulos præcedentes ponit titulū de his, quæ vi metusue cā fiunt.

Cōtinuatio domini Heliæ.

Abso-

CAPIT. vnicum.

Absolutionis beneficium a ab excommunicationis b sententia, vel quamcunque reuocationem c ipsius, aut suspensionis d, seu etiam interdicti e

Absolutionis beneficium.] Duæ sunt partes. Secunda: ibi, Ne autem.

¶ Absolutio vel relaxatio ab excōicatione, interdicto, vel suspēsione per metum extorta, est nulla ipso iure: & extorquens absolutionem vel relaxationem, incidit in aliam sententiam excōicationis: & sic est duabus sentētijs ligatus, licet prius nō esset ligatus nisi vna sententia: & sic habet verum illud vulgare: sæpe iactorem ferit sua sagitta.

¶ Pro intellectu huius c. præsupponendum est, ꝙ illa quæ fiunt per metum iustum, qui potest cadere in cōstantem virum, tenent de mero iure: quia in eis interuenit consensus, licet coactus: mō coacta voluntas est voluntas: veruntamen probato iusto metu, ille actus rescindetur proposita actione, quod metus cā, quæ accipit denominationem à capite edicti. l. 1. ff. e. nam dicit prætor: quod metus causa gestum erit, ratum non habebo. Fallit in casu nostri cap.

CASVS. Meus competens iudex ordinarius vel delegatus (nō refert) me excōicauit iuste vel iniuste, vt sit maior dubitatio. Iuste, qa exigente contumacia & præcedenti canonica monitione me excommunicauit: Iniuste, quia nō seruauit debitum ordinem in excommunicatione: hoc facto aliqua die ego inueni excommunicantem solum in loco in quo poteram sibi inferre violentiam, & posito gladio ad guttur, minabar eum occidere, nisi me absolueret, vel relaxaret ab excōicatione. Iste iudex sola vita contentus, videns meam deliberationem, fecit illud ꝙ volui: quia me absoluit à sententia excōicationis iuste, vel relaxauit me ab excōicatione iniusta: quæritur vtrū sim absolutus vel relaxatus? Respondet quòd non: immo remaneo in pristina excommunicatione, & nouam excommunicationem incurro, & sum excōmunicatus duplici excommunicatione. Si iste casus non esset casus specialis, absolutio de mero iure teneret, sed iudex posset agere contra me, vt ipsa absolutio rescinderetur, & poneret in pristinam excommunicationem. Idem est dicendū in sententia interdicti vel suspensionis. Nota primo ex cap. isto casum, in quo gesta per metum sunt nulla ipso iure: quod est contra communem regulam, quæ habetur in cap. abbas. supra eodem in ant. nam si compellas me per metum, vt vendam tibi librum, tu es dominus libri, nec librum à te possū vēdicare, nisi talis venditio rescindatur per actionem quod metus causa: fallit in certis casibus, in quibus requiritur consensus spontaneus & liber, vt in matrimonio: quia cum quis compellitur ad matrimonium contrahendum, matrimonium est nullum: quia licet ibi sit voluntas: quia coacta voluntas est voluntas, non tñ est voluntas spōtanea. Item fallit in absolutione ab excommunicatione, vt hic: nam si excommunicator absoluat per metum, nulla est absolutio: nec est necesse ꝙ rescindatur absolutio: sed potest publicari pro excōmunicato, ac si nullo mō absolutus fuisset. Quæritur quæ differētia est inter absolutionem & relaxationem: quia prima facie videretur quòd essent idem: & sic iste tex. esset superfluus: quia in iure nostro non dēt esse aliqua superfluitas, vt supra in prooemio decret. ibi, resecatis superfluis: & in procemio C. dicit glossa, quod iste text. non ponit superfluitatem: nam verbum, absolutio, respicit secundum aliquos absolutionem præstitam cum solemnitate, scilicet, cum psalmo pœnitentiali: Misere e mei Deus: secundum quod ponit Guil. Duran. Spec. in titu. de imag. sed eorum relaxatio, respicit absolutionem non solēnem: vt dicit gl. Absolutio respicit iustam excommunicationem: & relaxatio respicit excōicationē iniustam, quæ tamen tenet: sed venit relaxanda iuxta ca. sacro. §. de senten. excom. in antiq. Vel absolutio respicit simplicē absolutionem: & relaxatio respicit absolutionē ad cautelam, qñ quis negat se excōicatū: sed tñ petit absolutionem ad cautelam, vtrunque potest saluari secūdum Doctores. Nota vlteri⁹, ꝙ excōicatus potest iterū excōicari. Sed quærit̃ qūo est hoc possibile: quia excōmunicatio ponit aliquem extra ecclesiā, hoc est extra cōionē fidelium: & si sit extra ecclesiam per primam excommunicationem, quomodo potest poni extra per secundam: Nam cum sit extra ecclesiam, nō potest amplius poni extra c. cum frequens. de resti. spol. eo. lib. Dicendum est, ꝙ excōmunicatio habet duos effectus: vt dicit glo. notabilis. c. ita quorundam de Iudæ. in antiq. Primus effectus est, vt ponat excōmunicatum extra ecclesiam: Secundus effectus est, vt teneat eum extra ecclesiam donec fuerit absolutus: Secunda excommunicatio non potest habere primum effectum, & sic intelligitnr contrarium, sed habebit secundum effectū: quia retinebit excommunicatum extra ecclesiam: & quantum ad istum effectum excommunicatus potest iterum excōmunicari. Nota insuper, quòd absolutio à sententijs censuræ, appellatur beneficium.

Nota finaliter textum, quòd canon loquēs per verbum præsentis temporis cum adiectione huius verbi, omnino, inducit canonem latæ sententiæ, vide gl. in c. quàm sit. sup. eo. lib. de elect. Dominicus.

[Prima glossa summat, & quod fuerit dubium declarat.]

a ¶ Absolutionis beneficium.] Excommunicationis, suspensionis, vel interdicti absolutio, vel reuocatio ꝑ vim extorta, nō tenet. Secundo dr̃, qđ absolut. extorquens excommunicatus est ipso iure. Huius decretalis fuit dubitatio: quia regulariter quæ per meū fiūt, valent, & obligant, quod dic, vt no. 15. q. 6. auctoritatem, & supra eo. c. Abbas. fallit in casibus ibi notatis, ad quos adde istum: & quia sicut iniusta excommunicatio ligat: sic videbatur de iniusta absolutione, de pœn. di. 1. vers. verbum.

b ¶ Excommunicationis.] etiam iniustæ: humiliter enim debebat absolutionem petere, non per metum compellere: quia sententia pastoralis siue iusta, &c. 11. q. 3. c. 1. secundum Guil. & Gar.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Archid.

[Glo. seq. ponit triplicem differentiam.]

c ¶ Reuocationem.] differentiam facit inter absolutionem & reuocationem: & potest dici absolutio solemnis, quę fit iuxta formam ecclesię. [De sent. excō. à nobis 2. in fin. Gar. & Archid. remittunt ad no. per Hostien. in summa de senten. excom. §. qualiter hæc absolutio.] Reuocatio uerbalis sine solemnitate: Vel ubi tenuit excommunicatio locum habet absolutio: ubi non tenuit, reuocatio. Vel refertur reuocatio absolutionem ad cautelam.

ADDITIO. Facit de sententia excommunica. sacro. uer. caueant. Ioan. And.

d ¶ Suspensionis.] intelligo indistincte ut loquitur, idest, ab officio siue à beneficio, siue ab ingressu ecclesiæ, infra de sent. excommunicatis. cui.

ADDITIO. De uarijs speciebus suspēsionum no. in Clemen de pœn. cupientes. in glo. no. nouam.

e ¶ Interdicti.] ista tria sunt paria: quia omnia sub ecclesiastica censura continentur, & secum trahunt executionem: unde sequens appellatio non suspendit earum effectum, supra de appe. pastoralis. & c. ad hæc quoniam. infra de sent. excomm. is cui, & in scriptis ferri debent. infra de sent. excommunica. cum medicinalis. §. & hæc eadem.

Istud c. limitat regulā dicētem gesta per metū rescindi per actionē ꝙ metus cā. alias limitationes uide in c. abbas. §. eo. Fon.

Excōicatus iniuste debet humiliter absolutionē petere.

a ¶ Vim.

Vis quid dicatur. a ¶ Vim.] vis est maioris rei impetus, cui non potest resisti. ff. eod. l. in fin. & l. 2. & quot modis sumatur, & quot actiones vel interdicta inducat, not. supra eo. ad audientiam. Metus autem est trepidatio mentis, instantis vel futuri periculi causa. ff. eodem. l. 1. & exigi- Metus quid sit. tur quòd præsens sit metus, licet futurũ sit periculum. ff. eodem. l. metum 2. & quis metus excuset, no. supra eodem. cũ dilectus.

per vim [a] vel metum extorta [b]: præsentis constitutionis auctoritate omnino viribus vacuamus [c]. ¶ Ne autem sine vindicta violentiæ crescat [d] audacia: eos, qui absolutionem, seu reuocationem huiusmodi vi vel metu extorserint [e], excommunicationis [f] sententiæ decernimus subiacere [g].

TITVLVS XXI.

b ¶ Extorta.] sic nec subditi electi à prælatis debent transeun di licentiã extorquere. supra eod. lib. de elect. quorundam.

[Glo. seq. remittit. quærit. arg. pro, sed contrarium soluit.]

c ¶ Vacuamus.] ipso iure hic vacuat̃ q̃ sit per metum, alibi p̃ actionẽ q̃d metus causa, aliàs per cõstitutionem principum, aliàs per iudicis officium: q̃d dic vt no. supra eo. cũ dilectus. Quid in excommunicatione per vim vel metum extorta? Videtur q̃ idem scilicet q̃ ipso iure non valeat: quia par ius ligãdi & absoluendi dominus esse voluit. de pœni. dist. 1. verbũ. ad hoc 11. q. 3. iniustum. Sed dic contra secundum Guil. 11. q. 3. quatuor. potest tamen per exceptionem elidi, vt ibi no. arg. ff. de fur. interdum §. 1.

Excõicatio extorta p̃ vim vel metũ an teneat

1 Glo. sequit Dñicus: sed Phili. tenet primã opi. Font.

d ¶ Crescat.] Nam si negligenter ea quæ male, &c. 35 q. 9 loci. supra de vita & hone cle. vt clericorum.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem, & solutionem.]

e ¶ Extorserint.] si ergo metum intulit, sed iudex absoluere nolit, non habet locum hæc pœna [secundũ Gar. Ioan. Monac. & Archidia.] quia verba, &c. supra de cle. non resi. relatum. cum concor. & optime facit ff. de in ius vo. l. quamuis. aliàs tamen punietur. inferens pro qualitate delicti. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus Ioan. And.

ADDITIO. Principium huius glo. non loquitur de pœna c. si quis suadente. 17. q. 4 quæ bene posset locum habere. Ioan. And.

[Glo. seq. arg. remittit, & arg. tollit: secundo quærit & soluit: tertio soluit tres quæstiones.

f ¶ Excõmunicationis.] Nota excõicatum amplius excommunicari: quod dic vt no. 3. q. 4. Engeltrudam. & de Iudæ. ita quorundam. Si autem non ipse excommunicatus, sed alius metum hunc inferat, non excõicatus erit: & tunc non sumatur p̃dictũ arg. Sed nunquid hoc casu ipse excommunicatus interdictus, vel suspensus incurrit hanc pœnam: dic q̃ sic: si mandauit vel eius nomine factum ratum habuit, supra eo. li. de elect. sciant. infra de senten. excommu. cum quis. Nec dicam istos pœnam euadere: licet absolutor postea ratum habeat illud quod ab initio coact⁹ fecerat quia statim ab initio ligati fuerunt. [Facit supra de senten. excõmu. cũ desideres.] Absolui tamen poterũt per suum ordinarium: cum conditor canonis sibi nõ retinuerit absolutionem. supra de senten. excommu. nuper. & dixi supra eo. lib. de elect. sciant. Et in hanc pœnam incidit, qui per pœnam amissionis rerum ad hoc compellit ipsum excommunicatorem, vt supra eo. cap. Abbas.

1 Vel maioris partis de rebus. l. pp litẽ. ff. de excu. tut. Itẽ subtractiõis magni lucri. Cynus in l. interpositas. C. de trãsac. Phil. Ancha. Fõt.

ADDITIO. Secundum Gar. & Guil.

[Glo. seq. quærit & soluit.]

g ¶ Subiacere.] quid si compulit per vanum metũ, de quo timere non debebat: nunquid tunc locũ hẽt hęc pęna? Dic q̃ non secundum Gar. [& Guil. Fran. & Io. Mona.] quia talis metus nõ inducit restitutionẽ, nec proprie appellatur metus. ff. eo. l. metum. cum legibus seq. & l. nec timorẽ. & quis sit iustus metus, no. supra, cum delicti. Ille ergo metus, qui putatur iustus ad reuocãdum ea quæ per illum fiunt, ille pœnã constitutionis inducit: alius non.

De restitutione in integrum.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam, vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa hoc suadeat. Ioan. And.*

CAP. I.

ECCLE-

ADDITIO. Guil. & Archidia. dicunt hoc relinquendũ arbitrio boni viri. Io. And.

DE RESTITVtione in integrum.

[Dictũ fuit supra tit. prox. de restitutione, quę regulariter petitur iure actionis cõtra ea quę p̃ metũ fiunt: nunc videndũ est de restitutione, q̃ fit officio iudicis nobili, ita q̃ ad petẽdũ illam restitutionem, non est introducta aliqua actio à iure, sed solum potest implorari officiũ iudicis nobile. Vnde sciendum, quòd restitutiones petuntur duplici iure: scilicet iure actionis, sicut in materia tituli præcedentis: vt quando quis per metum compulit me ad aliquid faciendum, tunc petam restitutionem per actionẽ quod metus causa: vel si dolo me induxisti ad illud faciendum, habeo actionem de dolo: Aliæ sunt restitutiones in integrum, quæ petuntur officio iudicis nobili, vt si minor xxv. annis pass⁹ fuit rẽ vsucapi: vel fuit in iudicio auctoritate curatoris, sed per negligentiã omisit facere aliquem actum; iura volunt, ut iudex rescindat illum actũ vel vsucapionem. Idem quãdo quis est absens cã reipublicę: nã tunc potest petere restitutionẽ officio iudicis nobili, & istud fundatur in quadam æquitate. Idem est in ecclesia si fuerit læsa in aliquo contractu ex negligentia p̃lati vel canonicorũ, iura volunt, vt possit restitui. de hoc latius in cap. fin. de offi. iud. in antiq.]

Cõtinuatio domini Heliæ.

ECclesia.] Primo ponit dictum: Secundo ponit exceptionem à dicto; ibi, Nisi. Ioan. Mona.

CASVS. Ego rector alicuius ecclesiæ parochialis feci quendã aduersarium meũ conueniri coram iudice competẽte ordinario vel delegato, pro iuribus meæ ecclesiæ: in causa mea fui negligens: q̃a omisi aliquos testes necessarios: & fui exclusus à productionibus: vel forte negligentia mea nõ produxi instrumẽtũ, taliter q̃ reus fuit absolutus, & ego succubui in cã: nõ est dubiũ quin ego possim petere, vt oẽs p̃cessus & oĩa acta rescindant̃ vsque ad illum statũ, in quo erãt t̃pe quo debebã facere istã productionẽ: Ponamus quod ego fui negligens per quatuor annos ad petendum istam restitutionem: quia elapsum est quadriennium numerandum à tempore sententiæ contra quã volo restitui: vel forte ecclesia fuit data in emphyteusim: certum est quòd ecclesia potest petere restitutionẽ infra quatuor annos. eod. tit. in ant. sed vtrum possit elapsis illi iiij. annis? Respondet q̃ non: quia restitutio solũ durat per quatuor annos: de hoc tex. in l. fi. C. de tẽp. in integ. resti. Et istud verum, quòd ecclesia post quatuor annos nõ debet audiri, nisi causa rationabilis allegaretur: quia forte aduersarius qui obtinuit sentẽtiam contra ecclesiam, fecit cum prælato ecclesię, q̃ non peteret restitutionem infra quadriennium: nam dedit ei intelligere, q̃ in perpetuo possit restitui: tũc si sit causa rationabilis, quę debeat mouere iudicẽ, deberet sibi dare restitutionẽ: vñ iudices, habẽtes metũ im-

imperium, possunt in integrum restituere. l. fin. C. vbi & apud quos in integ. resti. peti possit. Nota primo, ꝙ ecclesia potest petere releuamentum aduersus sententiam: hoc etiam potest minor. C. si aduer. senten. per totum. Nota vlterius, quod ista restitutio potest peti vsque ad quatuor annos, computando à tempore lesionis in maioribus & ecclesia: sed in minoribus istud quadriennium non currit, nisi demum post xxv. annos, & à tpe perfectæ ætatis: vt si minor sit læsus in xv. an. habebit xiiij. annos ad petendum releuamētum: & sic minorib durat vsq; ad xxix. ann. ætatis ipsorum: sed in ecclesia currit à tempore læsionis: nā ecclesia semper est cēsenda minor factus maior. Nota quod cum subest iusta causa, quæ impediuit petere restitutionē infra quadriennium, potest peti post illud quadriennium, vnde notat gl. fin. in vno, quod illud quadriennium non currit, durante vita illius prælati, qui male administrauit: & fuit causa illius læsionis: sed eius successor poterit petere restitutionem post mortem sui prædecessoris infra quatuor annos. Nota vlterius, quod appellatione ecclesiæ comprehenduntur prælati, & clerici de ecclesia: nam ecclesia cum sit res inanimata, non potest petere restitutionem: & sic quandoq; ponitur continens pro contento. De isto nomine qualiter multipliciter sumatur, vide glo. ne prælati vices suas. cap. fin. Nota insuper, quod fraus prælati non nocet ecclesiæ. ad hoc reg. delictum. infra de reg. iur. Dominicus.

...sia a, quæ ad retractandam sententiam b, vel contractum c, per beneficium d restitutionis in integrum, postulat se admitti: si quadriennij e spatium post sit lapsum, & negligenter f omiserit: non est ad beneficium huiusmodi admittenda g †: Nisi præuaricationis h, vel fraudis manifestæ i probetur k super hoc interuenisse commentum l: aut alia m rationabilis causa n subsit, quæ superiorem mouere de-

[Prima gl. tria facit, summat, dicit vnde sumpta, & quid declaret.]

a ¶ Ecclesia.] Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa hoc suadeat. Olim extrauagabatur decretalis ista: & quidam intitulabant eam Alexandro, alij Gregorio nono: & eius fuit, vt hic vides: excepto fine, qui superadditus fuit, vt ibi dicam. Emanauit autem ad declarationem eorum, quæ not. in glo. & omnes antiqui & moderni. supra eod. cap. 1.

ADDITIO. Hostiensis hanc decretalem vsque ad vers. aut. posuit & glossauit eo. tit. cap. 1.

scientia plati est cōtraria rñsioni cōuentus: dicat, ex parte cōuentus sic dico: sed sic ego credo vel dico, ad hoc ff. de admi. & peri. tut. quotiens. §. sicut. secundū Host. Si autem esset in iudicio tamquam platus, habes s. de postu. bonæ 2. de pscri. c. vlt. 154. dist. generalis. Sed in casu pmisso cui rñsioni stabitur? Dic q rñsioni cōuentus: cum platus hoc rñdeat vt pars conuentus, & maiori parti sit standum, vt supra dixi.

ADDITIO. Sec^s si super his ageretur quæ diuisa essent ad solum abbatem spectātia, supra d rescri. edoceri. sed hic patet q ista erant communia secundum Innoc. & Hostien.

a ¶ Præterea.] aliàs postea, aliàs præterea quasi dicat, diximus q rñdendum est positionibus, volumus instruere iudicē quo modo habeat facere rñderi: & ideo dixit, præterea.

terea [a] sigillatim [b] super quolibet articulo in qualibet positione contento, facias à partibus sufficienter [c] adinuicem responderi: nulla prorsus ab eis super ipsis positionibus contradictione [d] recepta. Sine iuramento autem à syndico vtriusque partis quid sciat [e] de huiusmodi positionibus, vel credat, inquiras [f]. ¶ Testes etiam, quos super articulis [g] sub eadem bulla transmissis, pars dictorum prioris & conuentus duxerit producendos [h], ad reprobandos testes partis alterius [i] in causa principali productos [k] (quorum nomina [l] in eisdem articulis continentur) vsque ad Kalendas [m] Nouembris proximo futuri, examines (secundum partis aduersæ interrogatoria [n], quæ tibi sub eadem bulla transmittimus) diligenter: primo tamen in personam cuiuslibet testis à prædictis abbate & conuentu producti, facta sigillatim

ADDITIO. Vnde secundum quosdā articulus est nomen græcum, & sonat indiuisionem: inde mēbra quæ non diuiduntur in alia membra, dicuntur articuli vt in articulis digitorum, sim. J. de hæreti. accusatus in prin. Et sic hic dicitur, articulus: q a arctat. i. arte cō ponitur. Item arctat ad credendum, vt articulus fidei. de hoc dixi d hære. cū Christus. arctat ad rñdendū, de hoc hic. Alijs modis sumitur articulus, de quib. dantur versus.

Articulus color est, breue membrum dictio græca:
Articulus numerus per denos multiplicatus:
Momentum articulus: pressuraq; dicitur esse,
Ioan. And.

h ¶ Producendos.] iuratos tñ: alias testimonium ipsorū nō valet, etiam si essent religiosi. sup. de testi. nuper. nisi iuramentum remitteretur a parte, vt eo. tit. tuis.

i ¶ Partis alterius.] s. sancti Nicolai.

K ¶ Productos.] coram Papa vel iudice ab eo dato. Et sic nota, q contestata erat lis, aliter non valet testiū receptio. sup. vt lite non contest. in rubro & in nigro. Et sic nota, q licet statim post litem contestatam iurandum sit de calumnia, vel de veritate dicenda, secundum q requirit causa: & faciendæ positiones ante probationes: si tamen hoc omissum fuerit, adhuc post probationes fieri poterit. ad hoc sup. eod. lib de iuramen. calum. c. 1. hic enim post testes receptos, & de veritate iuratur, & fiunt positiones.

ADDITIO. Vt refert Io. Mona sup. tit. 2. c. 1. quidā dicebant contrarium, quasi aggrediendo probationē testium, sibi pars præcluserit viam ponēdi. Ad decret. 1. de iuramen. calum. respondet iurari de calumnia non propter partem tantum: sed propter vtilitatem publicam, cuius interest lites dirimi: sed positiones sunt tantum fauore partium. alleg. de foro compet. si diligenti. cum similib. Ipse dicit tenendum cum gl. ne probationis copia sic angustetur. C. de hæret. l pe nult. in fi. Io. And.

l ¶ Nomina.] ne esse possit variationi locus. sup. eo. de rescri. ca. 2. Et continebantur isto modo: Intendit talis probare talem testē [4] adulterum, pro eo q talē vxorem talis publice in suam tenuit concubinā: & hoc probare vult per A. B. C. Item intendit probare, q T. est periurus: quia deierauit corruptus in tali cā: & hoc vult probare per D. E. F. & sic de singulis: quia vnus testis nescit omnes articulos intentionis, sed interdum alterū tantum: & si vellet alios quàm nominatos inducere. vel alios transponere, non credo q possit secundū Host. arg. ff. mand. l. diligenter. sup. de rescrip. cum dilecta. inf. de præb. cui de non.

[Glo. seq. recit per quæstionem.]

m ¶ Ad kalendas.] & non vltra. supra de proba. licet. nec possunt isti delegati terminos prorogare, nisi partes ambæ in prorogationem termini consentirent. supra de offi. deleg. de causis.

ADDITIO. sm Host. Idem Io. Mona. & Archid.

[Glo. seq. dicit quid sit interrogatoria.]

n ¶ Interrogatoria.] interrogatoria sunt q facit pars testibus

b ¶ Sigillatim.] quia positio habēs plura membra, in vno falsa, in alio vera posset esse: & sic copulatiua [1] posset hic negari, vt dixi s. tit. proxi. cap. vlt. ff. de reb. dub. si is, qui ducenta. §. vtrum. Et ponens debet ponere certum, & respondens respondere certum. ff. de cō fes. certum. Et omnis disiunctiua est incerta. ff. de verbor. obligatio l. vbi. §. illud. ff. de iniurijs. l. prætor edixit. §. quod autem.

ADDITIO. Inno. hic per litterā, sup quolibet, notat non sufficere positionem negari nisi ad singula rñdeatur in positione contenta. Idem Petr. & Abb. & dicit Host. hoc æquum contra cauillosam subtilitatē aduocatorum, sumptam ex dicto §. vtrum. Dic etiam, q forsan causam dedit ipse huic edicto in causa quam habuit cum Hospitalarijs. Ioan. And.

c ¶ Sufficiēter.] scilicet sigillatim & clare rñderi: & si respondere nollent haberentur pro confessatis. s. ti. proxi. c. vltimo.

ADDITIO. Et dilucide, & non solum de scientia, sed etiam de credulitatē sm Host. dicētē, q quicquid dicatur: iurans de veritate, respōdere debet de credulitate. Inducit iura: quod non credo. Ioan. And.

d ¶ Contradictione.] rōnē dixi sup verb. trāsmissis.

[Glo. seq.] titubans, quærit, & soluit.]

e ¶ Quid sciat.] q si titubat, habeat diem ad deliberandum. ff. de petit. hæredi. si debitor, & si psumptio [2] est de malitia, potest iudex exigere iuramentū ab eo, q malitiose hoc nō petit. supra eo. lib. de iura. calum. cap. 2. in fine. si autem animum suum ad aliam partem applicare nescit: tunc poterit dicere, nescio, vel negatiue respondere, vt si quæratur, si talis viuat, dicat, non credo, non sequitur ppterea q credat ipsum mortuum, secundum Innoc. & Host. tunc enim titubat non credens hoc vel illud.

[Glo. seq. quærit, & soluit secundum Ber.]

f ¶ Inquiras.] Quid si syndicus [3] confiteatur contrariū eius quod prælatus cōfessus fuerat: licet alij aliter dixerunt. Dic sm Ber. potius standum cōfessioni plati & capituli, quàm confessioni syndici, qui nō iurauit: si uero cōcordet cum prælato, eius confessio adiuuat hoc placet Archi.

g ¶ Articulus.] articul^s vocat pars intentionis, ɔtinēs id qđ actor pbare intēdit. facit. sup. de testi. veniēs 2

[1] Vid Fel. in. c. 1. extra de re iud. & Alex. cōsi. 153. co- lum. 5.

[2] Vide Deciū in c. licet. extr. de pb.

[3] An cōfessio syndici piudicet, vide Alex. cōs. 68. in 2. volum.

[4] Nō. n. sufficit dicere, ex cipio s te stes, q sūt de talib. criminib. &c sed sigillatim & noiatim dēt exprimere d quo cunq; Vñ dicit lex, designādū cuius dolo fit factū. ff. de dolo. l. si ex dolo §. vlti. ad hoc de ele. p inquisitionē i prin. J. de senten. exc. ɔstitutionē. cum concor. Io. And.

testibus productis contra se, & dantur supra articulis de quibus premissum est & formantur secundum circunstatias causæ & personarum, productarum, vt in d.c.licet. §.1. contra de proba. & contra eo.c.causam 1.& c.per tuas. vnde datis articulis petit pars terminum ad danda interrogatoria: qui terminus tam ex prædictis iurib. dari debet, quam cōsuetudine generali, quæ est optima, &c.ff. de legi. si de interpretatione. de cōsue. cum dilectus. Et fiunt interrogatiua hoc modo: Si dixerit testis verū esse, quod primo intētionis articulo cōtinetur, quæratur ab eo quomodo scit, & si ibi præsens erat, & ad quid ibi erat, & an vidit: Potuit enim præsens esse & nō vidisse. Itē quo anno, & die, id fuit factū: Item in quo loco, qua domo, qua parte domus, & an domus illa sit terranea, vel in solatio, & qui erant ibi præsentes: Item, si cognoscit illum, 1 de quo testificatur, & cuius ætatis staturæ, & coloris: & his similia, secundum quod faciunt ad factū. Et hæc interrogatoria de consuetudine & de iure nō dantur parti aduersæ, 2 ne posset super his instruere testes suos: sed iudex per se vel per assessorem examinat illa: & si qua reperit superflua, 3 vel impertinentia illa resecat: hic autem non habebit locum resecatio cum sit approbata per Papam, vt de articulis superius dixi.

ADDITIO. Si nulla interrogatoria fierent, faciat iudex quæ habentur supra eodem, cum causam Et an valeat dictum testis non interrogati de causa scientiæ. vide quod ibi dixi super quarta glossa. Consuluit Hostien. quòd potius fiant superflua quā omittatur aliquid necessariū, vel vtile: hoc dicitur propter decreta. per tuas. supra eodē. quia si fuerat factum interrogatorium, & omissum negligenter, vel dolose, nō obstante publicatione repetetur: secus si non fuerat factum. Alia ratio, quia forsan ex officio iudex plura resecabit quàm expediret. Et arguit contra iudices, qui committunt examinationem testium notarijs, & simplicibus, cum in propria persona ipsos audire deberēt C. de fide instrumentorum. authent. apud eloquentissimum. cum ad minus committere deberent personis discretis, idoneis, & honestis. supra eodem, si quis testiū de testib. cogen. c.1. de consangui. & affinita. c.1. Cum enim in probationibus sit tota vis causæ, potius deberent committere alia quàm testium examinationem. 42. distinctio. quiescamus. §. circa maiora. Sed quia id est onerosum, ideo facile committitur: etiam pro eis qui sportulas exigunt contra iura. ff. de reg. iur. secūdum naturam. de cle. coniug. diuersis. infra de præbendis. cum hi. Ioan. And.

a ¶ Specificatione.] non pro specificatione obiectorum. ad idem supra de elec. vt circa.

a ¶ Et aliorum obiectorum.] forte obijciebantur aliquibus non crimina, sed alia per quę impediebantur testes esse: puta quod erāt, vel fuerant aduocati, vel procuratores in causa. infra c. prox. vel quod erant minores. 4.q.3.c.2. vel his similia.

† Nota quod iudex potest præfigere terminū ad reprobādas personas testiū ante publicationē attestationū: nā attestationes publicatę non erant: qua iudex eas cās tenebatur remittere. Pe. de Anch. Fō.

† Dictio, cā, deest in antiquis codicib.

1 Nā si nō cognoscit nō valet. gl. i. c. cām contra de test. Ph. & Do. Fonta.

2 Tene mēti. idē voluit. Inn. in c. per tuas. contra eo. Phi. & Dom. Fō.

3 In dubio tñ nō resecantur superflua, secundum Do. de iudic c. per tuas, Fōt.

specificatione a criminum & aliorum b obiectorum sibi in eisdem articulis contentorum. ¶ Si vero dicti abbas & conuentus c aliquos testes coram te produxerint contra testes † ab eisdem priore & conuenit producendos d iuxta articulos (quos ipsi abbas & conuentus tibi super reprobatione testiū productorum prioris, & conuentus in eadem causa † produxerint) recipere, ac eos vsque ad Kalendas Februarij proximo e futuri diligenter examinare f procures: simili g specificatione criminum, & aliorum (quæ contra testes eorumdem prioris & conuentus obiecta fuerint) obseruata h: prius tamen præstito iuramento i a procuratore dictorū abbatis & conuentus, quòd ad hoc ex malitia non procedant k.

ADDITIO. De quibus plene in Spec. de teste. §. 1. Ioan. And.

c ¶ Conuentus.] originales actores.

d ¶ Producendos.] ad reprobationem testium productorum in principali.

e ¶ Proximo.] intelligebatur si non fuisset appositum. ff. de verbo. oblig. cū qui Kalendis.

f ¶ Examinare. 4] secūdum interrogatoria prioris & conuētus Spaldigen vt supra in proxi. casu dictum est.

g ¶ Simili.] de qua dictum est supra proxi versi.

h ¶ Obseruata.] hos autem testes non licebit vlterius priori & conuentui reprobare. vt supra de testi. licet dilectus.

[Glo. seq. quærit, & dupliciter soluit.]

i ¶ Iuramento.] sed quare exigitur iuramentum à procuratore abbatis in hac re probatione, & nō in prima reprobatione, quam facit prior cōtra principales testes abbatis: Solu. potius præsumitur, quod hoc facit abbas ex malitia, quā prior, qui primo reprobauit testes 5 super principali productos, quasi prouocatus velit vlcisci: & ideo propter illā præsumptionem hoc exigitur iuramentum. simil. de testi. spo. litteras. secundum Bern. Sed dic quod hoc est in potestate iudicis per prædictā decretalem. & per c de iuram. calum. c.2. in fine. supra eodem lib. vnde & in prima poterit exigere si sibi uidebitur, & in secunda omittere si sibi videbitur: iste autem necesse habet mandatum Papæ seruare.

K ¶ Procedant.] habebant olim quidam hic plus de textu, quidam non: scilicet; cæterum nobis sub sigillo tuo.

4 Et an sit differētia inter recipere & examinare. vide Deciū in c. licet. de probatio.

† In aliquot manuscriptis, reliqs dēptis, legitur ita: Innocen. quartus.

5 Vide Abb. in c. præsentium extra de testi.

¶ Innocentius quartus † in generali concilio Lugdunensi.

¶ *Aduocatus vel procurator principalis causæ, in causa appellationis testificari non potest. Iuramentum autem (præsumptione faciente pro appellante) sibi deferri non debet: nisi iudici videatur. Dominicus.*

CAP. III.

ROMA-

Romana.] CASVS. In causa, quam eram tecum habiturus constitui Titium meū procuratorē: qui causam meam duxit vsque ad finem causæ: & intātū fuit processum, quod iudex tulit sentētiam diffinitiuā cōtra me ad tuum commodum & vtilitatem: ab ista sententia lata procurator meus appallauit, & coram iudice appellationis istā causam introduxit: obtuli libellū meū appellatorium, cui petij per te responderi: rñsione per tē facta, petij admitti ad probandū meā intentionem per testes: & ad probandū meū intentum volo producere Titium qui fuit meus procurator in prima instantia, non tamen est procurator meus in cā appellationis: an sim admittendus? videtur quod sic: quia alia est causa appellationis a prima causa principali in prima instantia, cū sit ibi alius procurator & alius iudex: hac tamen ratione dubitandi non obstante, rñdet Romanus Pōtifex in cōtrariū, dicēs quod ille qui fuit procurator in causa principali, non pōt esse testis in cā appellationis. Idem dicendum de illo qui fuit aduocatus in prima instantia, quòd nō pōt esse testis in cā appellationis. Sed quid? Ponamus quòd in causa appellationis, ego appellans probaui meum intentum per vnum testem nō suspectum, sed omni exceptione maiorem, & sic probaui intentionem meam semiplene: vtrum iudex in supplementum semiplenæ probationis debeat

na [a] ecclesia: & infra;

¶ In appellationis [b] causâ, is qui appellantis procurator vel aduocatus in priori iudicio fuerat [c], nō recipiatur in testem [d] †. ¶ Neque indistincte ipsi appellanti (præsumptione [e] faciente pro eo) deferatur etiam iuramentum: sed tunc cum inspectis [f] personarum, & ipsius causæ circunstantijs, id fuerit faciendum.

TITVLVS XI.

debeat mihi deferre iuramentum necessarium? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ non: immo est in eius arbitrio. Nota primo, ex hoc cap. ꝙ procurator nedum in prima instantia repellitur à testimonio: sed etiam in causa appellationis: & rō est, quia non solum causa principalis in qua fuit procurator, cēset cā sua, sed etiam cā appellationis, & ꝑꝑ affectionem, quam ipse habet ad causam: nam ita faciliter deteraret pro commodo partis, sicut pro suo: quia procuratores cōiter asserunt partib. suis, q̄ illos cōstituūt, ꝙ ipsę partes hēnt bonā cām, & ꝙ obtinebunt in cā: Et eadē ratione aduocatus non potest esse testis. Nota insuꝑ, ꝙ iudex non arctat ad deferendum iuramentum necessariū habēti præsumptionē pro: sed est in arbitrio iudicis deferre actori vel reo ſm cōem opinionem canonistarū in c. vlt. de iureiur. in antiq. licet legistæ tenuerint ꝯriū in l. bonæ fidei. C. de iureiuran. maxime Bar. & Sali. videlicet, ꝙ iudex tenetur deferre iuramentum actori habenti vnā bonā ꝑsumptionem pro se. Nota ꝙ iuramentum in defectum plenæ probationis non debet deferri, nisi primo adsit præsumptio pro altera parte. ad hoc de iureiu. in ca. fin. Nota finaliter quid debeat considerare iudex in delatione iuramenti fienda magis vni parti quàm alteri. de quo plene Ioan. And. in d. cap. fin. Dominicus.

† Intelligē pro appellante: nā ꝯ bene posset recipi. no tāt in l. fi. ff. de lib. & post. facit gl. ca. disciplina. 41. dis. Pet. d' Ancha. Fon.

a ¶ Romana.] duo sunt huius decr. dicta & breuia, & idcirco eam non summo.

[Glo seq. reciterur per quæstionem, quæ fuerit dubitationis causa: quam exprimit, & ei respondet.]

b ¶ Appellationis.] fuit causa dubitationis: qa alia videbat̄ causa adpellationis à principali propter aliū iudicem & alium procuratorem & aduocatum, q̄ frequenter in ipsa interueniunt: quia non tenentur ꝓcurator vel aduocatus principalis causa defendere cām appellationis, vt not. s̄. de procu. non iniuste. & 2. q. 6. c. si autem. § secundā. & facit quod dixi. s̄. de iura. cal. c. 2. i. rñ. sed non est alia. Vel licet sit alia quo ad quid tamen procurator vel aduocatus in principali, in causa appellationis non debent testimonium ferre: ne memores sui officij forte ꝯrium asserant veritatis: sicut & aduocatus nequit esse iudex: ne affectionis suæ memor, &c. C. de asses. l. nemo. in fin. Et iudex in causa q̄ iudicauit non potest esse testis. 1. 3. q. 6. statutum. vbi de hoc. quod intellige secundum determinationē decre. s̄. eo. dilecto. & c. cum à nobis in vno ergo & eodē negotio quis duplici officio tam suspecto fungi non debet: de cleric. coniug. diuersis. ff. ad Treb. ille à quo: § tempestiuum. 2. q. 1. in primis. de verb. sign. forus. cū sim. in testem ergo multo fortius non recipietur talis in principali per iura prędicta.

ADDITIO. De hoc in Spec. de test. §. illud. versic. item ꝙ fuit in eadem causa. Ioan. And.

c ¶ Fuerat.] si ergo illum procuratorem constituit, sed non recepit mandatum: testificari poterit. s̄. eo. dilecto. Idem in aduocato & de hoc etiam not. ff. eo. l. vl.

[Glo. seq. primo soluit duo dubia, quorum secūdū incipit primo: secundo quærit & soluit. Ioan. And.

d ¶ In testem.] intelligas ꝓ ipso appellante: nam pro appellato bene recipiet̄ ꝫ ſm Bernar. & modernos. [& Accur. in præall. e. l. fi. ff. eod.] Tum quia ratio prohibitionis cessat: tum quia nō repetitur prohibitū: & edictum de testibus prohibitorium est. ff. eod. tit. l. 1. Et in isto casu quando procurator vel aduocatus appellantis deponit pro appellato, dico ꝙ deponat etiam pro appellante: qa iurat pro vtraq; parte dicere veritatē. ad hoc s̄. eod. in cap. de testib. & C. de quæstionibus. l. pridem. & dixi ī. de reg. iur. qd̄ ob gratiam. [Pro hoc C. de temp. in integ. resti. l. petendæ. Archi. inducit qd̄ not. Inno. & Hostiē. s̄. de excep. cum venerabilis suꝑ verb. instrumentum.] Quid de ꝓcuratore ad negotia? Dic ſm Hosti. ꝙ in negotio ꝙ ꝓcurator de cōsensu partiū, pt̄ admitti sicut & iste: & sicut mediator. in Auth. de testi. §. qm̄ vero. coll. 7. in alijs admittetur etiā parte inuita: cum nec prohibeatur. ff. eod. l. 1.

ADDITIO. ff. de iure fis. l. deferre. §. ijdem decreuerunt. Ioan. Mona. nam vt dicit Archid. administrator bonorum ecclesiæ de contractu per ipsum celebrato testificari potest alleg. 14. q. 2. c. 1. versic: cæterū. & not. Bart. Brixien. in quæstione venerali. 47. aliquis erat administrator. Ioan. And.

e ¶ Præsumptione.] puta quia haber vnum testem. s̄. de procur. ex insinuatione. 24. q. 3. si habes. ff. de do. prælega. l. Theopompus.

ADDITIO. ſm Inno. qui etiam allegat. ff. quemadmo. testa. aperian. l. 1. in fine. & idem Hostiē. Io. An.

f ¶ Inspectis.] personarum & ipsius causæ circunstantijs.] quod dic. vt not. s̄. de iureiur. cap. vlt.

1 Secus ī alia. ff. e. ob carmē §. 1. Inno. dicit hic Fran. ꝙ notarius, q scripsit actabū poterit esse testis: alleg. ꝙ nō est prohibitū, vt d' decre. cū Io. de fide Instrumen. Io. And.

2 Idē ecōuerso, vt ꝓcurator vel aduocat⁹ appellati recipiat̄ ꝓ appelāte: & tunc ēt pro appellato deponet. Io. And.

De iureiurando.

¶ Nicolaus tertius.

¶ Prelati, canonici, rectores, & officiales locorum, qui iurant statuta, & consuetudines loci vel ecclesiæ seruare: prætextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati: nec ad ea debet intentio sua referri. Ioan. And.

CAP. I.

CONTIN--

DE IVREIVRANDO.

¶ Superiori titulo dictum fuit de probatione quę fit per testes, verum quia pars videns quòd non potest probare suā intentionē per testes, quandoque defert iuramētū litis decisorium suæ parti aduersæ: ideo ad nos informandum de huiusmodi dilatione iuramenti, annectitur titulus de iureiurando.

Cōtinuatio dñi Heliæ.

Contingit.] Primo ponit thema circa clericos & laicos: secundo: ibi, Quæ voto. constitutionis causam, & constitutionem circa vtrosque. Ioan. And.

CASVS. Eps Pictaueñ. in suo ingressu iurat obseruare consuetudines & statuta ecclesiæ Pictaueñ. Ponamus ꝙ in libro statutorum ecclesię Pictaueñ. sunt aliqua statuta impossibilia de iure: qa illa obseruare esset peccatum mortale, vel sunt statuta, quæ obuiant libertati ecclesię: Postea episcopus vult facere aliqua statuta ꝯria illis statutis impossibilibus, & obuiantibus ecclesiasticæ libertati: Obijcitur pro parte canonicorū ꝙ non pōt, aliàs incurreret periurium: Rñdet episcopus, ꝙ in iuramento suo nō intendebat seruare illa statuta illicita & obuiātia libertati ecclesiæ: an bene dicat? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ sic. Sed ponamus ꝙ episcopus Pictaueñ. iurauit expresse seruare illa statuta impossibilia & libertatem ecclesiæ: vtrum teneatur seruare iuramentū suū? Certe nō: aliàs grauiter peccaret: ideo vigore iuramenti sui nō est astrictus ad seruandum illa statuta: veruntamen iurādo temere peccauit mortaliter, & ꝓ illo peccato

tenetur agere pœnitentiam: tñ cautela est, ꝙ eps in ingressu suo iuret seruare statuta ecclesiæ, dummodo nõ sint illicita, vel irrationabilia. Nota primo, vnũ ĩ quo iuramentum est permissum: quia regulariter non est permissum iurare sine causa; aliàs esset iurare temere & in vanum, sed cũ iusta causa est iurandum: sicut platus in receptione sua iurat seruare statuta illi ecclesiæ, ad quam ꝓmouetur: & iurando non peccat, et si illa statuta sint irrationabilia: dum tñ nõ habeat animum seruãdi statuta irrationabilia: aliàs enim rõne deprauati animi peccaret mortaliter. Nota vlterius, ꝙ iuramẽtũ scholaris vel canonici, vel plati seruandi statuta, intelligit̃ de statutis rõnabilib. & licitis: nam iuramentũ refertur ad licita & rõnabilia: tñ si quis referat intẽtionem suã ad illicita, nõ tenet illa obseruare: tñ peccauit mortaliter temere iurando, & pp intentione deprauatã. Nota ꝙ appellatione rectorum comprehendunt̃ et illi qui pficiunt̃ administrationib. laicorum. ad hoc tex. ĩ. de hær. vt inquisitionis. Nota finaliter arg. ꝙ potestates & officiales, dignitatũ tpaliũ nõ confirmãtur: sed administratione habent ex sola admissione ad talia officia. probat tex. ibi, admittat̃. de quo aliquid p Doct. s̃. de iudi. cap. fin. Dom.

[Prima glossa sum mat.]

a ¶ Cõtingit.] plati, canonici, rectores & officiales locorũ, qui iurant statuta, & consuetudines loci, vel eccl'æ seruare: ptextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati; nec ad ea debet intentio sua referri. Ioan. And.

b ¶ Consuetudine.] ad hoc s̃. eod. clericus.

c ¶ Accedunt.] in quo accessu antiquas ecclesiæ cõsuetudines seruare debent, vt s̃. de præben. dilecto.

d ¶ Recipiendis.] ad hoc vocari debent absentes. ĩ. de præben. cum in ecclesijs. nisi consuetudo esset in contrarium, vt ibi Ioan. And.

e ¶ Scripta 1.] potes singula singulis referre.

f ¶ Ciuitatibus.] quæ murorum ambitu terminantur. ĩ. de senten. excom. si ciuitas.

g ¶ Potestatibus.] qui gladio vtunt̃ ad malefactorũ vindictam & laudẽ bonorũ. de homicidio, postulasti; & de maiorita. & obedien. solitæ. & tunc minister est Dei, vt 23. quæstione 5. miles. & cap. sequentibus.

h ¶ Clausa 2.] in hoc erat morbus: & iurant solum seruare statuta edita. ad edenda sacramento non tenẽtur, vt s̃. eo. tit. c. pẽ.

i ¶ Libertati.] & iõ statutarij excõicati sunt, si infra duos mẽses ea de statutis deleri non fecerint, vt & q tales cõsuetudines vel statuta seruare faciũt, vt s̃. de sentẽ. excõ noverit. Ad hoc ĩ. de immu. eccle. c. 3. 4 & 5. ADDITIO. In q bus cõsistat libertas ecclesiæ, remittit Archi. ad ibi no. per Inno. Ioan. And.

K ¶ Vinculum.] s̃. eo. quanto. 22. q. 4. in ter cętera. ad hoc ĩ. de reg. iur. in malis. & c. nõ est obligatoriũ. Sed de appelatio nib. dicitur s̃. de app. ad nostram. & cap. cum speciali.

ADDITIO. Prædicta regula, in malis, ꝓbat cũ suis concor. ꝙ ꝓmissio in malis nõ obligat: ergo nec iurum adiectũ, vt in regula sequenti. secundum Io. Mona. remittit Archi de foro compe. si diligẽti ad finem. s̃. eo. cum cõtingat. Io. And.

l ¶ Obsistere.] ad hoc s̃ eo. lib. de const. c. 1 ĩ de sepul c. 1. cum simil.

m ¶ Ea intentione.] dr̃ ergo iuramentũ illicitũ ex animo; sic & sentẽtia excõicationis. s̃. de sentẽ. excom. p tuas. & c. sacro. vbi de hoc 11. q. 3. c. non solum §. cũ. ergo. Ioan. And.

n ¶ Impossibilia.] ad hoc null' pt se obligare. s̃. de pact. c. vlt. de condi. appo. c. vl. ff de reg. iur. impossibilium. infra de reg. iur. nemo potest. Et intelligo impossibilia de iure vel de facto, vt dixi in prædicta regula, nemo potest.

o ¶ Diuinæ maiestatis. quam peius est offendere q̃ temporalem, vt s̃. de heret. vergentis. & ĩ. de immuni. eccle. clericis. C. de hæret. Manichæos.

p ¶ Declaramus.] declaratio igitur antiqui iuris est, & hoc ius no. Ber. supra de his quæ fi. à maio. par. ca. cap. 1. in glo. vlt. & Host. eo. c. in glo. penult. vnde dabat ibi consilium Hostien. quòd iurans sic diceret; iuro seruare statuta & consuetudines iustas, possibiles & honestas, quæ de facto & iure seruari poterunt. Et multiplex est impotẽtia, vt not. s̃. de rescrip. sciscita-

---

git [a] † in nonnullis ecclesijs de earum consuetudine [b] obseruari, quòd † nec ipsarum Prçlati (cum primo ad ecclesias ipsas accedunt [c]) admittuntur, nec canonici (cum de recipiendis [d] ibidem nouis canonicis agitur) aliter recipiuntur in ipsis: nisi iurent statuta & consuetudines ipsarum ecclesiarum, scripta [e] & non scripta, inuiolabiliter obseruare. Inter laicos etiam in multis ciuitatibus [f], castris, & terris, in suis potestatibus [g], rectoribus, vel officialibus assumendis, consuetudinis morbus irrepsit: quòd potestates, rectores, & officiales huiusmodi, ad potestarias, rectorias, & officia eadem (nisi prius seruaturos se statuta ipsorum locorum clausa [h] † iurauerint) nullatenus admittantur. ¶ Quia vero in statutis & consuetudinibus supradictis interdum aliqua reperiuntur illicita seu impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati [i] †: ne sub tali generalitate iurandi, sic iurantibus peccandi occasio præbeatur: cum iuramentum non fuerit, vt esset iniquitatis vinculum [k], institutum: Hac generali constitutione animarum periculis obsistere [l] cupientes, præcipimus à quibuscunque scientibus contineri in prædictis consuetudinibus & statutis illicita, impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia, iuramenta huiusmodi aliquatenus non prçstari. Et talia iuramenta ea intentione [m] facienda vel facta, vt etiam illicita vel impossibilia [n], seu ecclesiasticæ libertati obuiantia obseruentur (cum etiam sub tali intentione præstari non possint absque diuinæ maiestatis [o] offensa) decernimus in huiusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati ecclesiasticæ obuiantibus, non seruanda: quin potius pro animarum salute, si sub forma pdicta vel simili aliquos ignorantes prædicta illicita seu impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia iurare contigerit, ad obseruanda dumtaxat licita, possibilia, & nõ obuiantia libertati ecclesiasticæ, iurantiũ referri debet intentio. ¶ Declaramus [p] † quoque iuramenta sub huiusmodi genera-

---

† De intellectu vide Deciũ in rubrica de cõstit. in 1. lectura

† In antiquis codicibus hęc periodus cõstanter legit̃ ita; ꝙ ipsarũ plati cũ primo ad ecclesias ipsas accedunt, vel cũ de recipiẽdis ibidẽ nouis canonicis agit̃, nec plati admittuntur, nec canonici aliter recipiuntur in ipsis, nisi iurent, &c.

† An sit differentia iurara simpliciter obseruare statuta, vel cõtẽta ĩ statutis, vel ꝓut ĩ statutis, vid Felin. in ca. cũ accessissent de ꝯstitu.

† Quę statuta obuiẽt ecclesiasticæ libertati, vide in c. fi. de immu. eccl. ĩ. eo. & ca. graue. de senten excõ. Font.

1 Domi. reprobat gl. qa sic referẽdo esset ĩ cõgruitas, vnde notat ipse ꝙ scriptura nõ est de essentia legis. Fõ

2 Phil. si quit glo. idẽ si simpliciter iurasset seruare statuta ga est stricti iuris iuramẽtũ, facit c. veniẽs. cap. q ntaual. s̃. eo. Fonta.

† Vide Albericũ de Rosate tract. de statutis par. 1. q. 25. vbi late.

scisitatus. Posito tñ in genere iuret, fit tñ ſm ius cõe interpretatio iuramenti, & probatur hoc satis per decret. s. eo. ad nostram 3. & s. de verb. sign. super quibusdam 1. Dic ergo breuiter, aut quis expresse iurat statuta illicita, impossibilia, inhonesta: & tunc eo ipso largo mõ periurus est, sic supra eo. sicut nostris, aut generaliter iurat seruare cõsuetudines & statuta: & tunc distingue; aut tunc sciebat ibi statuta esse illicita, & illa se obligaturũ seruare in mente gerebat: & tunc idem sup. aut nesciebat, nec id in mẽte gerebat: & tunc non peccauit & solum ad licita obligaẽ, vt hic, & in prædictis iuribus. ad idẽ. ff. de trãsact. qui cum tutoribus §. vlti. ff. de cõdi. indeb. si procurator. quasi in h. ff. de cõd. instit. li cõditiones. & l seq.

† al. quacunque.

† Nec gñalis princip. affirmatio trahit ad illicita, & alia de quib. in textu. Alex. cõs. 59. volu. 1. & Decius cons. 17.

1 Ibi patet generalis ꝓhibitio lo illicita respicit. alias dici mus generalis nõ includat nisi licita: ꝑ iura q allegat fin. glo. & per l. ff. de cõdi. indeb. si ꝓcurator. §. pe. ff. ad exhibẽdum. l. pen. ff. q in frau. cred. si pater. ſm Ar. qui remittit ad no. sup. eo venies. & 13. di. nerui. in glos. si subditus. Io. Andr.

litate qualitercunque, & sub qualicunque † verborũ forma præstita vel præstanda, ad licita, possibilia, & libertati ecclesiasticæ non obuiantia † tantum extendi: ipsosque iurantes ad alia per præstationem iuramenti huiusmodi non teneri.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Per ecclesiasticum iudicem ordinarium loci, compellitur iudex sæcularis ecclesiastica censura ius canonicum, quod ad prouisionem animarum statutum est seruare.

CAP. II.

Licet mulieres [a], quæ alienationibus dotiũ & donationum [b] propter nuptias consentiunt non contrauenire, proprio [c] iuramento firmantes seruare iuramentum huiusmodi non [d] vi nec dolo [e] præstitum, de iure canonico [f] teneantur: quia tamen quidam iudices sæculares [g] eas contra præfatas alienationes audiunt, quamuis eis constet legitime de huiusmodi iuramento †: Nos animarum periculis obuiare [h] volentes: eosdem iudices ad seruandum hoc ius canonicum [i], per locorum ordinarios censura ecclesiastica [k] decernimus compellendos [l].

Licet.] Primo ponit factũ reprehensibile: contra prouidet. Secunda: ibi, Nos animarum, Dominicus.

¶ Iudex sæcularis potest compelli per iudicem ecclesiasticum, vt compellat mulierem seruare iuramentum, quæ iurauit non venire contra alienationem rei dotalis, hoc dicit. Præ supponendum de iure ciuili si mulier millesies cõsentiat, & iuret non venire contra alienationem rei dotalis, tñ soluto matrimonio poterit vendicare illas res dotales alienatas. l. non dubium. C. de leg. secus de iure canonico. c. cum contingat. e. tit. in ant. nunc emanauit istud c. ꝓ obseruatione illius c. cũ ꝯtingat. CASVS. Titius vxoratus vendidit domum, vel aliã rem, quam ab vxore in dotem acceperat, & isti alienationi consensit sua vxor, & iurauit ad sancta Dei euãgelia non venire contra huiusmodi alienationem: postea tractu temporis Titius maritus viam est vniuersæ carnis ingressus, certum est, quod dos debet redire ad vxorem regulariter, nisi pater fecisset pactum quod dos ad eum rediret, nunc mulier vult vendicare istã rem alienatã à possessore, qui excipiendo allegat venditionem illius rei in qua consensit ipsa mulier: & iurauit non venire contra: mulier vero replicat in cõtrarium, & allegat nullitatem venditionis, & vlterius quod iuramẽtum non valuit: quia contra legem fuit præstitum. Possessor rei dicit, quod licet non valeret de iure ciuili: tamen valet secundum canones: Iudex vero sæcularis super ista causa aditus, vult sequi ius ciuile, & non ius canonicum, vtrum sit possessori prouisum de remedio: Respondet Romanus Pontifex, quod sic, nam adibit episcopum, qui monebit iudicẽ sæcularem sub pęna excommunicationis vt obseruet ius canonicum & non ius ciuile: quod si nolit facere, poterit episcopus iudicem sæcularem excõmunicare. Nota primo ex isto c. vnam differentiam inter ius canonicũ & ius ciuile: nam de iure canonico mulier cõpellitur seruare iurũ præstitum in alienatione fundi dotalis. c. cum contingat. eo. tit. in antiq. secus ſm leges, vt d. l. non dubium. C. de legi. cum sim. Nota, vbi vertitur periculum animæ: laicus teneẽ iudicare ſm canones, & non ſm leges, sed istud nõ facit ꝓhibitio iuris canonici: sed obligatio acquisita de dicto c. cum contingat, simile in cap. si. de præs. in antiq. Nota in materia concernente animam, si iudex laicus velit seruare leges: recurritur ad iudicẽ ecclesiasticum, vt eum compellat ad iudicandum ſm canones, & nõ ſm leges. Nota in obseruantia iuri attẽditur dispositio iuris canonici, & non ciuilis, iõ hic assignatur ꝑ peccatum. Nota finaliter, quis pręci e cõpellitur seruare iurum licitum & obligatorium, ad hoc dictum c. cum contingat. ne prelati vi. suas. c. que relam. Dominicus.

[Prima glo. summat, & dicit vñ sumpta.]

a ¶ Licet mulieres.] Per ecclesiasticũ iudicem ordinariũ loci cõpellitur iudex sæcularis ecclastica censura ius canonicum, quod ad prouisionem animarũ statutum est, seruare. Et fuit tracta hęc decretalis per cõpositores huius libri de extra uagãti, q incipiebat: Quia vero cõtingit. ADDITIO. Communiter erat versic. sub decret. quia non nulli. Alex. quarti, q habes inf. de immun. eccle. & vide quod ibi dicam, in prin. Ioan. And.

† Vide notata ꝑ Romanũ sin gul. 498. incip. vbi iurum, & sing. 499. incip. tu scis. & per Io. An. in c. cũ laic. de foro cõpet. adde Fel. in c. 1. extra de iureiurã.

b ¶ Donationum.] de his dic vt supra de dona. inter vir. & vxo. & de dote post diuor. resti. c. nuper.

c ¶ Proprio.] intelligo siue iurent per se, siue per ꝓcuratorem, cui ad hoc speciale mandatum dederint. ad hoc 63. dist. tibi. & ibi de hoc in gl. 2. de iura. calum. c. vlt. & de procu. c. vlt. cum sim.

ADDITIO. Vide quod no. sup. eo li. de elect. vt circa. in gl. pen. & quod super ea dixi. Ioan. And.

d ¶ Non vi.] ergo iuramentum metu extortum non obligat. de quo dic vt supra de his quæ vi me. ve. cau. si. abbas, & supra eo. si vero.

ADDITIO. Tene quod dicitur eo. tit. verũ. Io. An.

e ¶ Dolo.] quem qui allegat, probare debet, saltem ex perspicuis indicijs ff. de prob. quotiens. §. qui dolo. C. de dolo. l. dolum. sup. eo. lib. do. renun. c. 2.

f ¶ De iure canonico.] vt sup. eo. c. cum contingat. vbi de hoc: secus 2 videtur de iure ciuili. ff. de fun. do. l. lex Iulia. Inst. quibus alie. licet vel non. in prin. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. fin.

2 De hac differẽtia vide Baptistã de sancto Blasio in repetitione Rubricæ decreti, q. 25. differentia 14.

g ¶ Iudices sæculares.] qui in hac parte ratione periurij cui causam dant, sunt de foro ecclesiæ. sup. de iud. nouit. sup. eo. lib. de fo. comp. c. vl.

h ¶ Obuiare.] sup. c. proxi. cum suis concordantijs.

i ¶ Ius canonicum.] sim. inf. tit. prox. c. 2. inf. de sent. excõ. decernimus. facit s. eo. li. de pac. c. 2. & de fo. cõp. c. 2. & sic Papa tollit legem etiam quo ad forum sæculare, de quo dic vt dixi inf. de reg. iur. c. 2. Ioan. And.

k ¶ Censura ecclesiastica.] quid contineatur eius nomine, habes supra de verb. sign. quæ senti.

[Glo. seq. rationem reddit, quærit & soluit, solutioni signat contrarium, cui respondet.]

l ¶ Compellendos.] est. n. superior ecclesiastica ptãs: & ideo coercet sæcularem, vt 23. q. 5. administratores. s. de maio. & obed. solitæ, qui filij sint legi. per venerabilẽ. cũ si. [Dicit Arch. hoc procedere vbi agiẽ de periculo animę: vel vbi est de sua temporali iurisdictione:

ne: & vbi mādat suas sn̄ias obseruari: remittit ad no. per Inn. de offi. ordi. c. 1.] Quid dices si mulier iurauit non alienare dotem vel donationem pp nuptias, nec alienationi consentire nisi ex rōnabili cā, & auctorizāte iudice: & si cōsenserit, reuocabit pro posse: postea iudice nō auctorizāte consensit, & iurauit nō ↄuenire; quid erit? Dic. sm Hostie. 1 qui hoc no. supra eo. cum contingat, quod primum seruabitur, ad hoc supra eo. eam te. & c intellecto, & in Auth. de non alie. §. sanctissimas. colla. 9. Sed ↄ s̃. e. tua nos. Soluit ibi primum iuramētum illicitū: & ideo secundum primo p̄iudicat, hic primum licitum: & ideo derogat secundo.

¶ Idem.

¶ Electus post sacramentum ponens vel respondens contraria directe, (nisi rationabiliter excusetur) velut periurus à confirmatione repellitur. Idē si hoc fecerit procurator ipso mandante, vel ratum habente, vel non reuocante hoc dicit Ioan. And.

CAP. III.

Cum in positionibus a super electionis b tuæ negotio (post iuramentum c in causa præstitum) à te datis d, seu responsionibus, quas ad positiones tui aduersarij fecisse dignosceris, reperiatur contrarietas manifesta e: tibi tamquam periuro f (nisi iusta g causa & rationabilis † te excuset) super ipsa electione perpetuum silentium imponi debebit h. ¶ Idem i

Cum in positionibus. Sunt duæ partes. Secunda: ibi, Idem fiet, & prima loquitur de domino, secunda de procuratore. Ioan. And.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius c. ꝙ habetur in c. querelam. eo. tit. in antiq. videlicet, ꝙ periurium est sufficiens causa vt quis repellatur à bn̄ficio iam obtento, & multo magis à beneficio obtinendo.

CASVS. Aliquis fuit electus ad prælaturam, anteq̄ esset cōfirmatus, aliqui se opposuerūt, orta lite inter electum & opponentes iurato de calum. electus fecit duas positiones ↄrias directe: & sic oportet dicere, ꝙ altera sit falsa: & per cōsequēs, ꝙ ipse electus in vna ipsorum deierauit: nunquid istud periurium est sufficiens ad ipsum repellendum, ne electio sua confirmetur? Respondet Romanus Pontifex, quod sic. Idē si pars aduersa dedit positiones de directo cōtrarias, & electus eas negauit, vel ambas confessus est, Certe est ipse periurus: qđ periurium est sufficiēs ad ipsum electum repellendum à confirmatione & prælatura: quia etiam repelleretur à beneficio iam obtēto, vt in d. c. quærelam, supra eo. tit. Nota primo, ꝙ positiones sunt faciendæ post iuramentum, & vide supra de confess. eo. li. c. 2. Nota secundo arg. quod ponens dr̄ confiteri id quod ponit, & sic facit iste tex. pro gl. magna in fin. supra de confess. c. 1. eo. lib. Dominicus.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Cum in positionibus.] Electus post sacrum ponēs vel respondens contraria directe (nisi rationabiliter excusetur) velut periurus à confirmatione repellitur, idem si hoc fecerit procurator ipso mandante, vel ratum habente, vel non reuocante, hoc dicit. Habuit ortū hæc decretalis ex his quæ notat Host. s̃. de fide instru. cum Ioan. super verbo, vnica tantum vend itio.

ADDITIO. Et quæ no. Guil. de elect. vt circa. in glo. patet ex hoc, per quas glo. patent exempla. Ioan. And.

b ¶ Electionis.] Idem vr̄ si agatur de iam obtento. cū petiorium non solum impediat, sed etiam deijciat. s̃. eo. tua nos. & c. querelam, & de fideius. peruenit.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & idem Archi. qui alleg. 24. q. 3. ecce. Ioan. And.

c ¶ Post iuramentum.] quia tunc faciendæ sunt positiones. supra de confes. c. 2. & ibi dixi. & eo. tit. cap. 1.

[Glo. seq. arguit ad quæstionem.]

d ¶ Datis.] No. ad quæstionem quam disputaui 2, an per instrumētum probetur crimen: ꝙ si probatur, hic enim per scripturas actorum apparet eum posuisse cōtraria: & sic periurum, de hoc supra de maio. & obed. cum in ecclesijs, & per modernos de accus. super his, ad idem infra de verb. sign. cap. 2.

ADDITIO. Vbi de hoc, & omnino vide quod ibi dicam. Ioan. And.

e ¶ Manifesta.] euidens vel notoria. infra de verb. sig. constitutionem.

f ¶ Periuro.] periuri sunt infames. 6. q. 1. infames, & ecclesias regere nō merentur. s̃. eo. quærelam: nec ad testimonium admittuntur etiā 3 post pænitentiā. 22. quæst. 5. paruuli. in glo. fi. de testi. testimonium.

[Gl. seq ponit duo exempla: secundo q̄ ponit duas opiniones & soluit.]

g ¶ Iusta causa.] vt vnum ex contrarijs dictis multipliciter potest intelligi. s̃ de accusa. cum dilectis. Vel probare vult se errasse 4 in altero de ↄrijs: maxime vbi poneretur vel responderetur de facto alieno: vbi tolerabilis est error. ff. ꝓ suo. l. vlt. sup. de confes. ex parte supra eo. li. de resti. in integ. c. vlt. in fi. In facto ēt alieno est ignorantia excusabilis. ad hoc ff. de interrog. act. de ætate. §. vlt. ff. de colla. bo. nonnunquam, ad idem 2. q. 3. Paulum. & supra eo. lib. de elect. c. 1. in fi. in Authen. de execu. & his qui con ue. in prin. coll. 7. sm Archid. qui ponit exemplum qn̄ electus de aliena ecclesia: contra quem opponitur, cuius vita potest probabiliter ignorari. Ipse etiā potest probabiliter ignorare num canonicorum ecclesiæ, & his similia.] Sed quid dices: nunquid positio vel responsio ad ipsam reuocari poterit? Et vr̄ quòd non. Nam volat emissum semel irreuocabile verbum 43. dist. §. vlt. in fi. de proba. per tuas. C. de non nume. pecu. generaliter. Ecōtra videtur, quòd reuocari possit. 32. q. 1. apud. de pæni. dist. 1. diuortium. de verb. sign. nam & ego. ff. de diuor. si pænituit 5. Dixit Io. de deo, si data sit positio in scriptis, non potest reuocari: aliàs potest, ad hoc de electio. scriptum. de confes. ex parte, quod Guil. abhorret in Spec. tit. de positionibus. §. vlt. versic. item si ponens, dicens quod ex quo in iudicio proposita est, siue in scriptis siue non, reuocari nō poterit per prædictam decret. ex parte. de lit. contesta. c. vno. de elect. dudum 2. nisi doceret de errore, vt supra dixi. Satis uidetur ꝙ sicut testis à periurio excusatur, si incontinenti se corrigat, vt supra de testi. cog. præterea, sic & ponens vel respondens eadem ratione. Ioan. And.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Archi. qui remittit ad no. de app. cum causam, in 5. glo. facit quod no. de elect. scriptum. in 1. glo. & quod dixi post Host. de diuor. ex litteris, super glo. 2. quod facit pro Ioan. de deo. Ioan. And.

h ¶ Debebit.] nec propter hoc coelectus cōfirmabit. 2. q. 1. in primis, supra de rescrip. olim. supra eo lib. vt lit. pen. c. 1 & 2. C. de rei vendi. l. vlti. Et sic no. ꝙ non inspicit hic principium, de quo no. supra de elect. dudum 1. Nam non solum antiqua crimina repellūt electos. sup. de temp. ord. c. vlti. sed etiam noua 6. Probat hoc idem supra de rescrip. olim supra eo lib. de elect. vt circa: sicut & noua cā non solum antiqua iudicem repellit de offi. dele. insinuante.

ADDITIO. Dicebat ergo Ioan. Mona. quod sicut quis agendo ius agendi non recte inchoatum consequitur. ff. de pig. act. l. si rem. §. fin. & facit infra de re iud. Abbate: sic agendo perdit ius recte inchoatum, vt hic Ioan. And.

i ¶ Idem.] scilicet quia tibi silentium imponitur.

a ¶ Ex-

> 1 Idē Io. Mo. & Archi. & Guil. in Spe. de emp. & ven. §. tertio loco ver. & not. gnāle, & vide qđ ibi di cā. Et de materia huius decre. & an teneat obligatio pœnalis ibi vi. ver. sed pone vxor. cum ver. sequē tibus. De oblig. fideiussoris dixi in decre. cū cōtingat. in 2. glo. Io. And.

> 2 De hac qōne vide Fel. in c. cum in ecclesijs, de maio. & obed.

> 3 Fallit in casu notabili vt per Felin. in ca. veniens. el. 1. de testib.

> † Approbata à iure, vñ notat Anc. & Phi. ꝙ manifestē ↄtrietatē admittitur accusatio, vt euitetur periuriū & eius pœna. c. cum dilecti. s. de accu. c. cū olim de censi. Font.

> 4 Hoc nō facile probat in cōfessione liberata, vide qđ no. de diuor. ex litteris. i gl. 2. vt ecce. bn̄. vt nostrū. in gl. cū primę. Io. And.

> 5 An & qn̄ quis possit positiones reuocare, docet Alex. consi. 92. volu. 3.

> 6 Nec mirū sm. Io. Mo. & Ar. quia res ante sui cōpletionē peruenit ad eū casum à quo non potera habere principiū. ff. ad leg. Aquil. qa in eū. & facit qđ dioā. j. de reg. iur. factū. super 1. glo. Io. Mo. alle. ff. de ser. pro parte Io. And.

a ¶ Expresse.] si ergo dedit mandatum ponendi & respondendi positionibus generale: sed non expressũ vt sic, & sic responderet vel poneret, vt s. eo. lib. de iur. calum. c. 2. 2. rñ. in fin. tunc licet procurator ponat vel rñdeat 9ria, dominus nõ deierat nisi in casibus sequẽtib. & cõcor. s. eod. lib. de elect. si compromissarius.

b ¶ Ratum habẽte.] & sic in maleficijs locũ habet ratihabitio expressa, & tacita. j. de senten. excõ. cum quis. & de reg. iur. ratihabitionem. vbi de hoc.

c ¶ Tuo nomine.] aliàs ratũ nõ posset habere quod suo nomine factũ non est. infra de reg. iur. ratũ quis. vbi de hoc. Io. Andr.

DE EXCEPTIONIBUS.

Cõtinuatio dñi Heliæ.

¶ Sicut in bello naturali requiritur ꝙ bellantes sint armati, armis sibi necessarijs, sic in bello ciuili. Et in superioribus titulis visũ fuit de armis actorũ, nũc vidẽdũ est de armis reorũ, & quia exceptiones dicũtur esse arma reorum: ideo post titulos præcedentes ponit titulum de exceptionibus.

fiet si (te expresse a mandante, vel etiam ex postfacto sciente, ac ratum b habente, seu non reuocante) positiones aut responsiones huiusmodi contrarias tuo nomine c tuus fecerit procurator.

TITVLVS XII.

De exceptionibus.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdunensi.

¶ Sex sunt dicta huius decret. Primo ponit arengam, & ius antiquũ, & constitutionis causam. Secundo dicit quòd reus, qui contra actore de excommunicatione excipit, vt ipsum repellat ab agendo, debet ipsius excõmunicationis speciẽ & nomen excõmunicatoris exprimere, & eam infra octo dies probare: aliàs iudex procedet in causa, & illum in expensis cõdemnabit. Tertio statuit, quòd si iterum obijciatur & probetur eadẽ vel alia excommunicatio, actor repellitur: sed quæ acta sunt, valebunt, Quarto, quòd vltra duas vices hæc exceptio nõ opponatur: nisi ex causa. Quinto, quòd si opponitur post rem iudicatam impeditur executio, sententia nihilominus valet. Sexto dicitur, quod iudex publice excommunicatum reo non opponente ex suo officio debet ab agendo repellere. Ioan. And.

CAP. I.

Pia d † conside-

† De intellectu vide Couar. in c. quis. de pact. li. 6. in 3. par. relectio. §. 3. & Ludo. Gomez. in reg. cancellariæ de annali possessore. q. 44.

Pia consideratione.] Hæc est notabilis decre. & quotidia practicabilis. [Cõmendat abbas hoc exordium vel arengam.] Diuiditur in sex partes, Secũda: ibi, Si quis igitur. Tertia: ibi, Si vero. Quarta: ibi, Prouisio. Quinta: ibi, Sed si post. Sexta: ibi, Eo tamen. Dom. ¶ Pro intellectu huius cap. est præsupponendum illud quod habetur in ca. intelleximus. de iud. in ant. videlicet, ꝙ regulariter excommunicatus maiori excõicatione, non potest esse in iuditio agẽdo: ne ex malitia sua reportet commodum. vlterius est præsupponẽdum, ꝙ exceptiones dilatoriæ, quæ proponuntur cã differendi processum, debent proponi regulariter ante litis cõtestationẽ. c. 1. supra d' litis cõtest. eodem li. CASVS. Titius prætendebat me debitorẽ suum in aliqua pecuniæ summa. facit me conueniri corã meo iudice competenti. obtulit mihi libellum, cui rñdi negatiue. lite contestata & iurato de calumnia, cum ipse Titius actor peteret admitti ad probandum contenta in suo libello: opposui ei ꝙ ipse erat excõicat⁹ maiori excommunicatione: & sic non erat admittendus quousque ipse esset absolutus an bene dicam? Videt ꝙ non: quia cum ista exceptio excõmunicationis opponatur ad differendum processum, debebat opponi ante litem contestatam per ca. 1. de litis cõtest. s. Hoc tamen non obstante, rñdet Romanus Pontifex in cõtrariũ, dicens, ꝙ ista exceptio excõmunicationis põt opponi contra actorem ad differendum processum in quacunque parte litis, propter periculum communionis: ne ego reus compellar communicare cũ excõmunicato: & sic incidã in minorem excõmunicationẽ. Item propter alias rationes positas in princ. Sed ponamus ꝙ cum haberem litem cum aliquo: ipse malitiose, vt processus meus differretur, opposuit mihi simpliciter ꝙ eram excommunicatus maiori excõicatione, nihil aliud exprimẽdo vtrũ istud sufficiat ad repellendum me agendo? Rñdet ꝙ non, immo ipse reus debet exprimere speciem excommunicationis, & nomẽ excõmunicatoris: puta, dicet reus, qd nõ teneor tecum litigare, quoniam tu es excõicatus maiori excõicatione pro tali causa, videlicet pro manifesta offensa, vel ꝓ cõtumacia, per talẽ iudicem ordinarium vel delegatum. Sed quid si actor negat se excõicatũ maiori excõicatione? Rñdet quod reus tenebitur ꝓbare illam excommunicationẽ infra octo dies per litteras vel testes, vel ꝑ alia manifesta documenta: alioquin si nõ fuerit ꝓbata ista excõicatio infra octo dies iudex ꝓcedet in cã: & reum condemnabit in expensis erga actorem: & compelletur ꝓcedere in principali. Sed ponamus ꝙ re⁹ opposuit actori maiorem excõmunicationem: ipse nõ potuit illã probare infra octo dies, & sic fuit cõdemnatus in expensis, & compulsus litigare in principali: postea factis aliquibus processibus in causa, vult probare excommunicationem: an sit admittendus? Certe sic, vt actorẽ repellat ad procedẽdũ in futurum: sed processus prius facti valebunt: habita absolutione actor reassumet processum in illo statu in quo erat tempore quo reus fuit admissus ad probandum excõicationem: nam excõicatio non facit processum nullum. Sed ponamus ꝙ in secunda oppositione reus non probauit excõicationem, sed fuit condemnatus in expensis: vult nũc tertio opponere exceptionem, an sit admittendus? Rñdet ꝙ non, nisi allegaret causam rationabilem: puta si dicat reus ꝙ actor contraxit excõicationem de nouo, vel probationes de nouo venerunt ad notitiam ipsius rei: in his enim & similibus casib. posset reus opponere tertio excommunicationem cõtra actorẽ. Sed quid, ponamus ꝙ cum haberem tecum litẽ & essem excommunicatus: non opposuisti mihi excommunicationẽ: nec similiter iudex mihi opposuit: & sic non fui repulsus ab agendo. fuit lata sententia 9 te reũ: ꝗ cum vellem executioni demandari facere, opposuisti mihi quòd eram excommunicatus: & eam probasti infra octo dies iuxta tenorẽ huius cap. vtrum iudex debebit differre executionem sententiæ donec sim absolutus? Rñdet quòd sic: tamen processus facti & sententia pro me lata valebunt: sed differetur solũ executio sententiæ vsq; post absolutionem. Sed ponamus quod tu reus non excipis de excommunicatione, nunquid iudex ex officio suo poterit mihi obijcere excõicationem absque requisitione partis? Certe sic: & denegabit mihi audientiam donec fuero absolutus. Nota primo, ex isto textu quod excõicatus maiori excõicatione nõ potest esse in iudicio agendo, sed bene defendendo: ne ex malitia sua reportet cõmodum, vt in cap. intelleximus. de iudi. in antiq. qđ est fundamentum in hac materia: dicunt tñ aliqui, ꝙ adhuc reus excommunicatus tenetur constituere procuratorẽ, cõis tamen opinio est ꝙ reus excommunicatus poterit se defendere personaliter: nec communi-

municantes cum eo incurrunt excommunicationem quia communicant cum eo in suum præiudicium, & non in suum commodum. Nota ex isto cap. causas propter quas fuit inuenta ab ecclesia excommunicatio. Nota q reus excipiens de excommunicatio. non debet excipere in genere, sed debet exprimere excõicationẽ in specie: & dicere nomen excommunicatoris. Nota q illa exceptio debet probari apertissimis documentus infra octo dies & dicunt apertissima documenta, scriptura vel testes. Et licet i snia excõicationis ab homine, † sit de substãtia excõmunicationis scriptura: tñ illa poterit probari p testes. Nota q retardans pcessum, rõne processus retardati debet cõdẽnari in expẽsis. l. nõ ignoret. C. de frue. & litium expensis. quę cõdemnatio & taxatio expensarum fit statim, ita quòd parti cõdẽnatæ in expensis ratione processus retardati denegatur audiẽtia, donec fuerint huiusmodi expẽsæ solutę. nã sunt præiudiciales, & ideo debẽt solui ante litis ingressũ. l. sancimus C. de iudic. & istud verum, quòd denegabitur ei audientia si fuerit actor: sed si sit reus, reputabitur contumax ac si non compareret. Nota casum in quo deficiẽs in probatione exceptionis, postea admittit ad probandũ illam exceptionẽ in alia parte pcessus. Nota q exceptio excommunicationis potest opponi post sententiam ad impediendum executionem sñiæ. Nota q iudex potest interponere officium suum ad priuatam vtilitatem sine requisitione partis, licet secus regulariter. l. 4. ff. de dam inf. ca. 1. de iud. c. 1. de offic. iudi. in antiq.

† al. & cõionis.

ratione [a] statuit [b] mater ecclesia, quòd maioris [c] excommunicationis exceptio in quacunque parte iudiciorum opposita [d], lites differat [e], & repellat agentes [f]: vt ex hoc [g] magis censura ecclesiastica timeatur, [h] communionis † periculum [i] euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & [k] excommunicati (dum à cõmunibus [l] actibus excluduntur) rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclimentur: sed hominum succrescente malitia [m] †, quod prouisum [n] est ad remedium, tendit ad noxam [o]. Dum enim in causis ecclesiasticis [p] frequentius hæc exceptio per malitiam † opponitur, contingit interdum differri [q] negotia, & partes fatigari [r] laboribus & expẽsis: proinde (quia morbus iste quasi cõmunis irrepsit [s]) dignum duximus communem adhibere medelã [t]. Si quis [u] igitur excommunicationẽ opponit [x],

[Prima glossa diuidit, & summat,]

* ¶ Pro.] sex sunt dicta huius decret. Primo ponit arẽgam & ius antiquum, & constitutionis causam. Secũdo dicit, q reus qui contra actorem de excommunicatione excipit, vt ipsum repellat ab agendo, debet ipsius excõicationis speciem & nomẽ excõicatoris exprimere, & eam infra octo dies probare: alias iudex procedet in causa, & illum in expensis cõdemnabit. Tertio statuit, q si iterum obijciatur & probetur eadẽ vel alia excõmunicatio, actor repellitur, sed quæ acta sunt, valebunt. Quarto, q vltra duas vices hæc exceptio nõ opponatur, nisi ex causa. Quinto, q si opponitur post rem iudicatam, impeditur executio, sentẽtia nihilominus valet. Sexto dicitur, quod iudex publice excommunicatum reo non opponente ex suo officio debet ab agendo repellere. Ioan. And.

a ¶ Consideratione] quadruplici, vt ĩ. sequitur: ibi vt ex hoc &c.

b ¶ Statuit.] s̃. eo. exceptionem. Ioan. And.

c ¶ Maioris.] exprimatur ergo ipsius species, vt infra statuitur.

d ¶ Opposita.] quod fieri potest, non obstante lapsu peremptorij ad proponendas dilatorias assignati, vt in clemen. eod. tit. excommunicationis.

e ¶ Differat.] nota q ista decre. locum habet solum cum opponitur excommunicatio in vim dilatoriæ, vt infra. dicam.

f ¶ Agentes.] sed non defendentes. s̃. de iud. intelleximus. & s̃. eod. tit. cum inter. cum similibus.

ADDITIO. Qui sunt rei necessarij & voluntarij, hic not. Archi. tene quod dixi s̃. eo. dilecti.

g ¶ Vt ex hoc.] assignat quattuor considerationes illius iuris.

h ¶ Timeatur.] ligatẽ enim quis magis ex cõtemptu. 11. q. 3. c. non solum. §. cum ergo. in gl. fi. s̃. de sent. excõmu. per tuas. in glo. pen.

i ¶ Periculũ.] q excõicato est tam in excõicato quàm in communicante. de ele. excommu. mini. illud. & cap. si celebrat. eo. ti. cum sim.

k ¶ Cõtumacię.] ob quam solam excommunicatur qs ab homine. 11. q. 3. nemo episcoporũ. in gl. fi.

ADDITIO. De hoc ea. q. episcopus. & 17. q. 4. de presbyterorum. Archid.

l ¶ Communibus.] olim erat duplex littera, alia ciuilib. alia lat communibus. Et hæc est melior sm Hosti. qui dicit. q quidam actus sunt Publici, vt tutela & cura. insti. de tute. circa princ. quidã ciuiles, vt iudicare & arbitrari. ff. de iudi. cum prætor. 2. q. 7. c. 1. §. tria. s̃. de arbi. dilecti. quidam communes, vt officiũ procuratorum & testium, &c. Et intelligas communibus, nõ solum iudicialib. sed etiam extraiudicialibus, vbi de ipsorum vtilitate agatur: erunt igitur inter homines, & eorum carebunt suffragijs. C. de aposta. hi qui ad sanctam. In spiritualibus autem non est dubium eos repelli: quia talium capaces non sunt. de æta. & qualita. cum bonæ. de cleri. excom. mini. postulastis. cum similibus. & hoc sm Host. innuit littera hæc, communibus: quasi dicat omnes actus, qui alijs hominibus sunt communes, excommunicatis sint interdicti vbi de ipsorum quæritur vtilitate, & adde quod dicam ĩ. de sent. excom. decernimus.

m ¶ Malitia.] quæ semper crescit. 12. q. 1. omnis ætas 20. q. 3. procliuus.

ADDITIO. Et in authen. de nup. §. mitiores. coll. 4. Hostien.

n ¶ Prouisum.] 45. dist. licet.

o ¶ Noxam.] idest. delictum. de hoc s̃. de regula. consulti. in glo. 2.

p ¶ Ecclesiasticis.] & tamẽ etiam per ciuilem iudicẽ debet admitti talis exceptio 1, & seruari forma quæ sequitur, vt ĩ. de sen. excom. decernimus.

q ¶ Differri.] contra id est s̃. de dolo & contu. finẽ. ff. si cer. pet. l. quidam æstimauerunt.

r ¶ Fatigari.] contra id s̃. de app. vt debitus. s̃. eo. lib. de offi. ordi. vt litigantes.

s ¶ Irrepsit.] i. latẽter inuasit. C. de epi. & cle. repetita.

ADDITIO. Io. Mo. alleg. ff. de consti. pe. qui autẽ. §. 1. Archi. alleg. 43. dist. cap. vlt. 50. dist. quicunque pænitens. 3. q. 1. cap. Deus ergo. §. patet. ĩ. eo. lib. de pœn. felicis. 1. responso. Ioan. And.

t ¶ Medelam.] nota quòd medicamina morbis, &c. ad hoc 50. dist. in vt constitueretur. supra de iuram. calum. cæterum. in authen. hæc constitutio Inno. consti. quæ in prin.

u ¶ Si quis.] vel si qua. ff. de verb. signif. l. 1. & dixi s̃. eo. lib. de elect. generali.

[Glo. seq. soluit tria dubia.]

x ¶ Opponit.] intelligas in vim dilatorię 2: quod p superiora & inferiora pbatẽ. Si enim in vim perẽptoriæ pro-

† Petr. de Anch. notat legẽ necessariã nõ reuocãdã si illa abutĩ cõtingat, aliter maliti js occurrendũ Font.

† An & qñ maliciose excipiẽs admittatur vel repel latẽ docẽt Abbas & Deci' in ca. licet, de pbat.

1 Sequitĩ Petr. de Anc. & p istã gl. limitatẽ gl. ĩ ver. vsuris. in cle. dispẽdiosam. de iud. Font.

2 Idem Inn. Petr. Abb. Boa. & Io. Mo. & Gui. in Spec. de dilat. §. 1. vers. sed & si. sub verb. illud quoque. & dicebat Abbas hoc patere ex eo q a in vim perẽptoriæ nõ põt qñqs proponi.

tio proponatur, vt si dicatur electus excõicatus excõicatione maiori, vel ab excõicatis electus, tunc dabit competens dilatio: quia hic perit ius opponentis oppositione non probata, & econuerso, vbi aũt differt, nõ petit, ad hoc s. de procu. ex insinuatione. Et dic opponat coram quocũque iudice ordinario, vel delegato, ecclesiastico: vel sæculari, vt s. dixi. Nec intelligo dilationem huius decret. locum habere vbi negatur iurisdõ, vt si dicatur impetratum rescriptum per excõicatũ. s. eo. lib. de rescrip. c. i. ibi. n. nõ principaliter de actoris persona, vt hic qritur: sed de iudicis iurisdõne, & sic decret. dilatio, locum non hẽt. [Item nec locum hẽt qñ excipitur de excõicatione iudicis vel testis: tunc. n. assignabitur dilatio congrua ponderatis circunstantiis, secundum Archi. alleg. not. de procura. dilectus.] Ioan. And.

†Sed si vltimus dies esset feriatus, an talis inter octo esset computãd', docet Fel. in ca. fi. de exce.

speciem [a] illius & nomẽ [b] excommunicatoris exprimat, sciturus eam rem [c] se deferre debere in publicam notionem [d], quã infra octo dierum [e] spatiũ †(die in quo ꝓponitur minime cõputato) probare valeat aptissimis [g] documẽtis [h].

ADDITIO. Quæ dicta sunt locum habent vbicunque opponatur excõicatio: etiam si in curia Romana: ſm Host. Io. Mona. & Archi. & Guil. in præalleg. ver. sed & si, vbi, & in ver. pone. inuenies hoc generale in omnibus dilatoriis causarum, quæ ibi vertuntur, ꝙ non datur in illis dilatio extra curiam ad probãdum. Et vide ẽt quod scripsi sup. de appel. c. 1. in prin. alleg. Hostien. sup. de priuileg. cum olim essemus, vel ſm eum de hoc non est nobis quærendum: quia suũ sibi consilium in hoc sufficit, de seten. excom. mulieres. §. 1. & c. cum illorum. Ioan. And.

[Glo. seq. causam reddit & notat.

a ¶ Speciem.] hoc ideo dixit: quia duplex est excõicatio, altera aũt ab agẽdo repellit, s. maior: altera non, s. minor. 3. q. 4. Engeltrudam, in glo. 1. sup. de sen. excõ. si quem, vbi de hoc. Non ergo sufficit in genere aliquid proponere, qñ quælibet species generis illum non sequitur effectum ad quem proponitur, quia non licet eum alterius damno in incerto vagari. sup. eo. li. de rescrip. c. 2. de elect. vt quis duas ff. de iniu. l. prætor edixit. [& si dicit lex quòd in tanto crimine (de dolo scilicet) non oportet vagari. ff. de dolo. sed & ex dolo. §. fi. & leg. seq.] secus videtur quando quælibet generis species sufficit. ff. de peti. heredi. item veniunt. §. à quo. ff. de admin. tut. quidam decedens. §. fi.

[Glo. seq. exponit, reddit causam, arg. ad quæstionem, ponit opinionem, & remittit.]

b ¶ Nomen.] proprium & appellatiuum: vel saltẽ nomen dignitatis. Nomen aũt ideo debet exprimi, ſm Ber. vt sciatur an sit ordinarius an delegatus: quia si est delegatus, & excommunicatio illius exhibeatur sine iurisdictionis delegatione, non staretur tali excõmunicationi. de offic. deleg. cum in iure, sed in ordinario hoc non requiritur. Et per hanc litteram videtur quòd non sufficiat opponenti probare quòd actor sit denunciatus excommunicatus. Tamen not. Host. sup. de offic. deleg. prudentiam, quòd credit sufficere ad excommunicationem probandam denunciationẽ probari 1. Sed contra hoc est littera infra apertissimis documentis, & adde quod dicam inf. de sen. excom. licet. in gl. nota.

1 De hac qõne, vid Abbatẽ, Fel. & Decium in ca. prudẽtiã, §. sexta. de offi. de le. & decisionẽ Rotæ. 400. in nouis.

c ¶ Eam rem.] id est, excommunicationem.

d ¶ Notionem.] idest, iudicia'em notitiam, nomen autem notionis ad eos pertinet qui iurisdõnem non hẽnt: sed habent de quauis causa notionem. ff. de re iud. ait prætor, in prin. tñ nomine notionis accipere possumus & cognitionem & iurisdictionem. ff. de verbo. sign. notionem. vnde expone, notionem, i. cognitionem, & sumptum fuit hoc verbum C. de proba. sciant cuncti. Ber. 2. quæst. 8. sciant cuncti.

[Gl. seq. reci. per obie. ꝙ probationis copia, &c. secũdo per q. an maior dilatio dari possit: tertio, quærit, & dupliciter soluit: & incidit ex hoc quæstio, quam etiã soluit dupliciter.]

Quod [i] si non probauerit, iudex in causa procedere non omittat: reum in expẽsis, quas actor [k] ob hoc diebus [l] illis se fecisse docuerit, præhabita taxatione [m] condemnans [n]. ¶ Si vero postmodum instantia durante iudicij [o], &

e ¶ Octo dierum.] licet. n. probationum cõpia nõ debeat angustari. 14. q. 2. quãquã. quia tñ ista exceptio malitiose frequenter opponebat̃, & est odiosa, ideo restringenda fuit potius q̃ laxanda. s. de deci. tua. in fi. inf. de reg. iur. odia. cũ suis concor. ad idem s. eo. li. de resti. spo. frequens, & j. de sente. excom. solet. Si ergo non habet probationes, 2 taceat. q. 7. plerique, ẽt si sit eps. 6. q. 2. si tm, & c. placuit. Nota. tñ Ber. inf. de sen. excom. solet. [& hic Io. Mon.] ꝙ licet sine cã maior dilatio non debeat dari: in hoc casu tñ cã cognita maior dari poterit, ex illa clausula; si qua mihi iusta causa, &c. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. in fin. Sed primum verius vr̃ 3, cũ non pereat ius aduersarii, argu sup. de procu. ex insinuatione. [Pro hoc facit q̃ iterato põt opponi vt sequitur, & hoc tenet Franc. inducens etiam rationem: quia istud est priuilegium actoris, quod sibi reus infra octo dies non probans condemnetur in expensis, quod priuilegium iudex auferre non potest. alleg. 28. dist. de his. in fin. Simile quod dicam ſm eũ de sen. excom. Romana, super glo. antepen. & vide quod dixi sup. eo. li. de offic. ord. Romana. ad fi. super glo. licet.] Sed quæres, quare non dãtur hic xv. dies sicut sup. eo. li. de resti. spol. frequens? Dic ꝙ in dilationibus quę dantur à iure, voluntas est pro ratione, sic. n. poterat xv. vel x. vel ẽt minus dare, & facit quod recitari solet sup. de rescrip. c. si quãdo. ff. de legi. l. non omnium 4. Vel dic ſm Host. hoc ideo statutum fuisse: quia de excommunicatione hominis solet & debet fieri instrumentum. inf. de sent. excom. cum medicinalis, sed de spoliatione non, ideo nõ est mirum si longior ibi data est dilatio, ad hoc. ff. de pig. l. contrahitur. in fi. Sed quare saltem in excommunicatione iuris non statuebatur xv. dies. de qua non fit instrumentum: immo est necesse probare factum? Dic ſm eum, quod idem factum diuersis mensuris metiri non debet. Et quod de vno dicitur, de alio intelligi debet sup de cõstit. translato. maxime cum circa principale non fiat præiudicium actori. Vel dic verius, vt primo dixi.

2 Tunc donec videat se habere ꝓbationes sic promptas quod huic termino satisfieri possit: cũ in qualibet parte litis hoc possit vt in princip. ca. Io. Andr.

3 Idem P. similes casus vide ꝑ doct. in c. cũ sit sup. de app. & ꝑ Immol. in l. 2. ff. de re iud. Fõ.

4 Idẽ voluit gl. in l. 1. §. pueritiam. ff. de postulan. Font.

5 An sufficit iuramentum, docẽt Abbas in c. licet, de ꝓbat. & Decius in Rubrica de probat.

f ¶ Computato.] sic sup. eo. li. de resti. spol. frequens, & ibi vide concor. de hoc.

ADDITIO. In gl. quia dies. Et hic repetas quod not. ibi. s. vltima die termini probationem fieri posse, quod hic not. Inno. Host. Ioan. And.

g ¶ Apertissimis.] idest, indubitatis & claris 5. C. de prob. sciant. 2. q. 8. quisquis, & cap. sciant.

h ¶ Documentis.] idest, instrumentis vel testibus. sup. de test. cog. peruenit. ff. de fede instru. l. 2.

i ¶ Quod.] idest, quam excommunicationem.

K ¶ Actor.] originalis.

l ¶ Diebus illis.] quib proposita fuit exceptio quousque proceditur in principali, de procura. auditis.

ADDITIO. De dolo & cõtu. cũ dilecti. in fi. Host.

m Taxatione.] iuro præmisso [s. ante condemnationẽ.] De hoc de his quæ vi metusve causa fiunt. ca. vlt.

n ¶ Condemnans.] intelligas hoc, nisi errore probabili excusaretur, vt supra de sent. excom. sacro. sup. eo. lib. de elect. c. 1. in fi.

o ¶ Iudicii.] per sententiam non finiti 6. Ad differentiam eius quod sequitur inf. sed si post.

6 Non. n. loquit̃ de instãtia, q̃ ſm leges perit cursu triẽnii ꝙ nõ hẽt locum ſm cano. sup. de iudi. c. pẽ. & dicit hic Host. q̃d rõ iurisdiuersi sumit̃ ex decret. sup eo 2. de ap. vt dixi in prædi. decr. pe. Io. And.

a ¶ Probetur.] infra octo dies, vt sup. Ioan. And.
[Glo. seq. ponit dictum casum diuersum, & ius antiquum signat 3tium ponit. opi. Host. Cui respondet.]
b ¶ Duraturis.] et si cum publice excōicato fuerit actū: licet secus in iudice. s. de re iud. ad probandum. Olim processus habitus cū actore excōicato non valebat, vt s. eo. exceptionē. aliàs quare fieret ibi condēnatio expensarū, & ibi de hoc. Cōtra. s. eo. li. de rescriptis. c. 1. vbi processus habitus cū actore excōicato ipso iure pter aliquid exceptionis auxiliū nō tenet. Hostien. intelligit decr. istā in occulto excōicato. Sed tu solue, (vt ibi plene dixi.) s. ꝙ decretalis hæc locū hēt in processu habito corā ordinario, vel corā delegato, qn̄ excōicat⁹ fuerat actor post interprætatiōnē: illa aūt qn̄ actor erat excōicatus tempore impetrati rescripti.

m ¶ Repellere.] si duret iudicium, si autem est finitū, ab executione poterit abstinere. sup. proxi. responso.
ADDITIO. Idem Io. Mo. sed Host. qui tenet processum habitum cum actore publice excōicato & notório non valere, dicit, ꝙ et si executus esset iudex reuocaret executionē. Hoc non placet, vt not sup. in gl. etiā si. Ioan And.

probationis copia succedente de eadem excommunicatione vel alia excipiatur iterum, & probetur [a]: actor in sequentibus excludatur, donec meruerit absolutionis gratiam obtinere: his quæ præcesserunt nihilominus in suo robore † duraturis [b]. Prouiso qđ vltra duas [c] vices hæc non opponatur exceptio præterquam si excommunicatio noua emerserit [d]: vel euidens & prompta [e] probatio superuenerit [f] de antiqua [g]. ¶ Sed si post rem iudicatam talis exceptio proponatur, executionē [h] impediet: sed sententia, quæ præcessit non minus robur debitum obtinebit [i]. Eo tamen saluo, vt si actor excōmunicatus [k] sit publice, & hoc iudex nouerit †, quādocūque (etsi de hoc reus non excipiat [l]) iudex ex officio † suo actorem repellere [m] non postponat.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Exceptio rei iudicatæ per ecclesiasticum iudicem admitti debet in foro sæculari, & econuerso. Ioan. And.

CAP. II.

Cum quidam [n] sæculares iudices (dum co-

† De hac re videndus Fel. in cap. exceptionē. de except.

† De materia glo. vide Abb. in c. pastoralis, de cā poss. & proprie.

c ¶ Duas vices,] sic s. in reprobationibus testium. sup. de testib. licet 3. in appellationibus & dilationibus. sup. de appel. sua nobis. ff. de dilatio. l. vlt.
ADDITIO. Bene facit ff. de bo. aucto. iudi. possi. l. vlt. in fi. Ioan. And.
d ¶ Emerserit.] sup. de offic. deleg. insinuante, & facit quod dixi sup. tit proxi. cap. vlt.
e ¶ Prompta.] sup. de testi. veniens 2. sup. de testi. spol. litteras. § præterea, vnde dicitur; hodie constat, hodie agamus. ff. vt in pos. leg. si is à quo. 1 responso.
ADDITIO. Nec dilationem petit. & idem Hosti. & Archidia. Ioan. And.
f ¶ Superuenerit.] & si opus fuerit, de hoc fidē faciet iuramento. s. eo. lib de elect. vt circa §. super hmōi, & sup. eo. pastoralis. Vel dic ꝙ non est necessarium iuramentum: ex quo probationem offerr. Hostien.
ADDITIO. Qui alleg. sup. eo. exceptionem, & idē Ioan. Mona. & Archid.
g ¶ Antiqua.] iam bis pposita, vel dic, et nō pposita.
h ¶ Executionē impediet.] no. ꝙ merus executor dēt admittere exceptionem excōicatiōis. Idem de alijs quæ not sup. de re iud. quòd ad consulationem.
ADDITIO. Quas hic not. Host. & Ioan. Mon.
i ¶ Obtinebit.] scilicet ac si ille tempore sententiæ communicatus non fuisset.
k ¶ Excōicatus sit publice.] Host. alleg. hanc litteram pro se, ad probandum ꝙ decret. ista loquitur de occulto excōicato. Sed ego dico quod littera ista facit solum diuisionem inter occultum & publicum quo ad officium iudicis, non quo ad alia supradicta. Supplet enim iudex de iure, & de facto 2 notorio, nō occulto. 2 q. 1. c. Deus omnipotēs. §. qn̄ autem. C. qui & aduer. quos in integrum restitutio. l. 1. de hoc sup. de postu. bonæ 2. in glo. 1. In causis autem electionum supplet indistincte de facto, vt: s. dist. priusquam, vbi de hoc, & sup. de elect. cum nobis olim.
l ¶ Non excipiat.] hoc forte timore condemnationis expensarum de qua hic dictum est sup.
ADDITIO. Propter quem timorem condemnationis expensarum forte non excipit: sed protestatur, vel omnino silet, secundum Hostien.

2 De hoc docto gl. vid Alex. conf. 186. incip. visis col. 2.

Cum quidam sæculares.] Primo ponit factum reprehensibile sæculariū iudicum, cōtra quos prouidet: ibi, Decernimus. Secunda: ibi, Similiter, prouidet ad casum cōuersum. Et prima pars fuit sumpta ex decret. Alexandri quarti, quia nonnulli, q̄ alleg. Spec. eo. tit. §. secūdo, vers. & not. sub versi. Porro, & vide not infra de im muni eccle. capitulo primo in principio. Ioan. And.

† Nota ꝙ nō sequi tur, iste est publice excōicatus: ergo iud' scit. §. notandum. 2. q. 1. Pet. de Anc. Fon.

† Vide De cū in ca. parati. de appellat.

CASVS. Titius laicus debebat mihi clerico centum ex contractu mutui: in contractu ipso interuenerat iurum, ratione cuius iuri effectus erat de foro ecclesiastico c. fi. de foro competē. conueni eum coram ecclesiastico iudice, qui eū absoluit ab impetitione mea; postea feci cum conueniri coram iudice sæculari: ipse opposuit mihi exceptionem rei iudicatæ, dicēdo: tu aliàs conuenisti me coram iudice ecclesiastico super ista re, qui iudex ecclesiasticus me absoluit: ideo non teneor facere processum, tecum, sed peto absolui, & te condemnari in expensis: iudex laicus nolebat admittere istam exceptionē rei iudicatæ in foro ecclesiastico: an sit tibi prouisum de aliquo remedio contra iudicem laicum? Respōdet Romanus Pontifex, quòd sic: nam episcopus poterit monere istum iudicem laicum vt admittat istam exceptionem rei iudicatæ, & si noluerit eam admittere, poterit ipse iudex excōicari. Sed quid econtra, ponamus, quòd ego conueni te coram iudice laico 3 fuisti absolutus: postea volo te conuenire coram ecclesiastico iudice: tu opponis exceptionem rei iudicatæ: iudex ecclesiasticus non vult eam recipere: vtrum iudex sæcularis possit iudicem ecclesiasticum compellere ad admittendum illam exceptionem? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia minor non habet iurisdictionem in superiorem, sed reus poterit adire iudicem superiorem ipsius iudicis ecclesiastici, vt eum compellat quatenus admittat illam exceptionem rei iudicatæ, puta si iudex ecclesiasticus, qui non vult admittere illam exceptionem rei iudicatæ sit episcopus Pictauen. poterit adiri archiepiscopus Burdegalen. Nota quòd iudex ecclesiasticus potest compellere sæcularem in casibus in quibus derogaret iurisdictioni ecclesiasticæ. Nota insuper quod exceptio rei iudicatæ inter easdem personas potest opponi corā quocunque iudice. Et sic patet quod sententia lata ab vno competente iudice, debet seruari ab alio cuiuscunque iurisdictionis sit Dominicus.
[Prima glossa summet.]
n ¶ Cum quidam.] exceptio rei iudicatæ per ecclesiasticum iudicem admitti debet in foro sæculari, & econuerso. Ioan. And.
[Glo. seq. ponit regulam, & tres casus exceptos.]

a ¶ Cognitio.] & pronunciatio: quia licet regulariter de qua re iudex cognoscit, pronũciet. ff. de iud. de qua re, sup. de cã pos. cum super, vbi de hoc in glo. vlti. Vbi posui plures alios casus, quib. fallit hæc regula, vbi videas. Tamen interdum cognoscit quod non pronunciat: pone exẽplum. s. de rescrip. cum cõtingat. In auditore. sup. de testã. Rainutius. Itẽ in casu. 5. q. 4. duodecim. 3. q. 3. accusatus, cum sim.

b [Consuetudine.] Nota q consuetudo dat iurisdõnem. 9. q. 3. conquestus. in gl. antepenult. s. de foro competen. cũ contingat s. eo. li. de offic. ord. Romana, & de foro competen. Romana. cum sim.

[Glo. seq. ponit 7. exẽpla, quib. iudex, &c. Secundo addit tertium casum.]

c ¶ De iure.] de iure cognoscit ecclesiasticus iudex inter laicos, vbi hẽt tempora le dominium, de iureiur. veniẽtes. j. ne cle. vel mo. c. vlt. Itẽ in matrimonialib. & spiritualib. causis, de or. cog. tuam 1. s. qui fil. sint legit. cãm. Et in ecclesiasticis criminibus, vt no. s. de foro compet. cum sit. s. eo. li. de foro compet. c. vlt. Idẽ cum causa delegatur per iudicẽ sæcularem. s. de rap. in archiepatu. Item per reconuentionem. 3. q. 8. c. 1. 3. cuius in agendo. Item laicos qui sunt de familia ecclesiæ, sm quosdam. 89. dist. iudicatum in gl. 1. Vel vbi laicus iudex est negligens. sup. de foro cõpet. ex transmissa, & c. licet ex suscepto. vbi de hoc. Et vide quod ibi no. in gl. & quod super ea dixi. Et q dicit de iure, supple, vel priuilegio concesso ab eo qui illud concedere possit. ista. n. tria æquiparantur. 100. dist. contra morem de offi. ordi. duo simul.

d ¶ Iurisdictionis.] quod Papa pati non debet, vt inf. de immu. eccle. cap. pen.

e ¶ Admitti.] s. vbi est idem corpus, siue eadem quantitas: idem ius siue causa petendi, & eadẽ cõditio psonarũ, & ille qui absoluitur possideat tpe snĩæ, aliàs. n. exceptio rei iudicatæ nõ obstat 2. ff. de except. rei iud. cum quæritur, & l. seq. & l. si rem meam, & sup. eod. tit. aduersario. & põt proponi hæc exceptio ante lit. contest. & post. sup. eo. lib. de contest. c. 1. vbi de hoc.

f ¶ Compellantur.] sic sup. eo lib. tit. proxi. licet. de fo. compe. c. 2. inf de sen. excom. decernimus.

g ¶ Iudicata.] eo casu quo de consuetudine, vel de iure ad iudicem sæcularem cognitio pertinebat, vt s. in casu conuerso vidisti.

h ¶ Periculum non inducunt.] in his. n. canon tollit legem. sup. de præscri. c. vlt. sup. eo. lib. tit. proxi. licet.

[Glo. seq. reci. per obie. quare hæc inæqualitas.]

i ¶ Per superiores.] non n. compelluntur per ipsos sæculares qui tulerũt snĩam: quia minor in maiorẽ, & c. 21. dist. inferior. de maio. & obe. cũ inferior, cũ similibus. Minor aũt est iurisdõ sæcularis quàm ecclesiastica, de maio. & obe. solitæ. 96. dist. si imperator. Io. An.

ADDITIO. Et clem. pastoralis, de re iudic. ad fin. Ioan. And.

† Iungendo cũ versic. decernim⁹ not. illud q ponit hic in vltimo notabili: cui addo Feli. in c. pastoralis de excep. in col. pe. versi. dũ subdit ab bas. Font.

1 Adde Calde. in consil. 15. sub tit. de iud. de mater. glo. vide notata in c. nos inter. q pur gã. cano. Pe. de Ancha. Do. Fon.

2 Qñ ista exceptio nõ habeat locũ. vide abbatẽ. & Docto. in c. nouit. de iud. & Felinum in ca. sup. de iureiu.

K ¶ Debita.] arbitraria, ex quo certa non statuitur, offi. deleg de causis. ff. de iure deli. l. 1.

ADDITIO. Facit de accu. inquisitionis. 1. respon. in fi. & tenebitur parti ad interesse. sup. de sent. excõ. sacro. inf de immu. eccle. quoniam. Ioan. And.

ram eis excipitur de re per ecclesiasticum iudicem iudicata † in casu quo ad eũ pertinet cognitio [a] de consuetudine [b], vel de iure [c]) recusent excipientes audire, in derogationem iurisdictionis [d] ecclesiasticæ & cõtemptum: Decernimus, vt per censuram ecclesiasticam ab iniquitate coerceantur huiusmodi, & ad admittendũ exceptionem eandem (vbi aliàs de iure debet admitti [e]) à locorum ordinarijs compellantur [f]. ¶ Similiter ecclesiastici iudices (si coram ipsis excipitur de re per sæcularem iudicem iudicata [g]) exceptionem ipsam admittant, in his quæ animarum periculum [h] non inducunt: per superiores [i] [1] suos (nisi fecerint) animaduersione debita [k] castigandi.

TITVLVS XIII.

De præscriptionibus.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ In præscriptionibus sufficit bona fides, vbi ius commune, præsumptio non est contra præscribentem, alius debet allegari titulus, & probari: nisi sit præscriptio, cuius contrarij non extat memoria hoc dicit. Ioan. And.

E CAP. I.

PISCO-

DE PRAESCRIPTIONIBUS.

¶ Dictũ fuit tit. pxi. de exceptionibus in genere, per quas elidunt actiones actorum, verum quia p pscriptionẽ & vsucapionem repelluntur agentes à suis intentionib. sicut p alias exceptiones: ideo cõuenienti ordine ponit titulum de præscriptionibus.

E Piscopũ.] Primo ponit dictum rõnem interserens. Secundo rõnem explicat: ibi, Nam licet. Tertio à dicto & rõne vnum casum excipit: ibi, Nisi. pmitte q eps sua p subiectione ecclesiarum suæ diœcesis, & super perceptione decimarũ fundat intentionem suam de iure cõi, vt in iurib. alleg. in gl. Dñicus.

CASVS. Eps Pictauen. detinebat aliquam ecclesiam in diœcesi Xanctonen. vnde eps Xanctonen. egit contra Pictauen. epm, & petebat vt iudex declaret illam ecclesiã esse de sua diœcesi, & sibi deberi iure episcopali, episcopus vero Pictauen. allegauit præscriptionẽ, & probauit possessionem suam, & perceptionem iurium episcopalium per tps sufficiens ad pscriptionem: sed non probauit titulum, vtrum bona fides episcopi Pictauen. sufficiat ad repellẽdum episcopum Xanctonen. à sua actione? Respondet Romanus Pontifex, quod non: sed vltra bonam fidem oportet quod alleget titulum, & probet, puta, si dicat eps Pictauen. q eps Xactonen. cum consensu sui capituli dedit istam ecclesiam epo Pictauen. cum epo Pictauen. resistat ius commune. Sed ponamus q est materia in qua ius commune non resistit epo Pictauen. quia eps Pictauen. possedit pratum, vel vineam spectantem ad ecclesiam Xanctonen. vtrũ possit eps Pictauen. se tueri præscriptione xl. annorũ, licet non alleget titulum? Rñdet Romanus Pontifex, q sic: ex quo ius commune non est contra ipsum possidentem. Sed vtrum primum dictum huius c. sit verum indistincte, videlicet q quando ius commune resistit possidenti, q ipse vltra bonam fidem teneẽ allegare & probare titulum suæ possessionis? Rñdet q non. Nam si possessor probet possessionem centum annorum, non tenetur allegare titulum: quia possessio tãti temporis habetur pro titulo. Sed qualiter poterit ipse probare possessionem tanti emptoris, cum nullus inueniatur qui viuat tanto tempore: vel si aliqui reperiãtur viuere tãto tempore, non tñ possent deponere de tanto tpe: quia antequã aliqui sciant deponere, oportet q habeant aliquã ætatem & discretionẽ animi: de hoc dicetur in notabilibus. Nota primo q in pscriptione currente contra ecclesiam non requirit titulus, sed sufficit bona fides. Nota, q cum ius cõmune est

nec est contra præscribentem, in præscriptione et longissimi temporis titulus requiritur, nec sufficit bona fides. Nota quod si vnus episcopus in diœcesi alterius possideat aliquas ecclesias, non pōt se tueri præscriptione, nisi probet præscriptionē, & cum hoc probet titulū, qui præbuit sibi iustam cām possidēdi: quia aliàs præsumeretur habere malam fidem: ideo ad tollēdum malam fidem, tenetur probare & allegare titulū. Nota quod qn ius commune est contra præscribentem, tenetur probare & allegare titulū: & hoc siue agat, siue excipiat, licet aliqui dicant quod istud verum est qn qui præscripserat ceciderat à possessione, & dicebat res illas esse suas ex pscriptione. Nā aliqn pscriptio longi tpis parit exceptionē, sed non actionem, iuxta l. si quis. C. de præs. long. temp in medio legis. Cōis tñ opinio Doctorum est, quod siue agat siue excipiat, si habeat ius cōe contra se, debet probare & allegare titulum. Nota vlterius, quod possessio centum annorum habetur loco tituli, & iste titulus fm Doctores erit titulus pro suo, qui præsumitur ex possessione tāti temporis. Sed quæritur qualiter possessor poterit probare possessionem de tanto tempore de quo nō extat memoria: quia testis debet deponere de eo quod percipitur sensu corporeo, & tenetur rationem reddere sui dicti, in l. solent. C. de test. Respondet glo. quod testes deponent de tēpore suo, quòd tempore suo talis possidebat talem rem, & scimus quod talis possidet, & à suis maioribus audiuerunt quod talis possidebat talem rem: & sic debet fieri probatio: aliàs istud capitulum contineret contrarietatem: idem econtra aduersarius poterit probare. Sed quæritur, quibus testibus stabitur? Respondet, dignioribus, & hoc est expeditum, in c. in nostra. de testi. in antiq.

† De intellectu vide Capyciū in decisiōe. Neapolitana. 209. & Cepo. in tract. de seruitut. vrbā. pditorū. c. 24. & Deciū in c. ne absentes, de cō suetudine.

Epum a †, qui ecclesias b, & decimas c, quas ab eo repetis d proponit e (licet in tua f sint constitutæ diœcesi) se legitime g præscripsisse, allegare oportet h (cum ius cōmune cōtra ipsū faciat) huiusmodi præscriptionis titulum i †, & probare: Nā licet ei, qui

[Prima glossa summat: dicit vnde sumpta, & quid declaret.]

a ¶ Epm.] In præscriptionib. sufficit bona fides, vbi ius cōe, vel præsumptio non est contra præscribentē, aliàs debet allegari titulus, & probari: nisi sit præscriptio cuius contrarij nō extat memoria, hoc dicit. Tracta fuit hæc decretalis de quadam extrauaganti Gregorij, quæ incipiebat, Venerabilium. de qua facit mētionem Bernardus. sup. de præscrip. si diligenti, in vlt. glo. in fi. ad cuius declarationem etiam emanauit: & eorum quæ ibi notant moderni. Ioan. And.

b ¶ Ecclesias.] quo ad proprietatem & iura epalia.

c ¶ Decimas.] Idest, quartam decimarum, quæ debetur episcopo, supra eo. tit. c. de quarta, vel proprie. s. de deci. quoniam.

d ¶ Repetis.] alteri episcopo loquitur, vt patet per sequentia.

e ¶ Proponit.] per exceptionem præscriptionis non fit litis contestatio, quod die vt dixi supra eo. lib. de lit. contest. cap. 2.

f ¶ In tua sint.] & sic ius cōe facit pro actore. 16. q. 7. omnes basilicæ. sup. eo. de quarta, & de deci. dudum.

g ¶ Legitime.] i. spatio quadraginta annorum. Minor enim non currit contra ecclesiam. 16. q. 3. c. iubemus. §. quas actores. sup eo. de quarta.

ADDITIO. Contra laicum præscribit ecclesia spatio xx. annorum. Tu dic x. vt dixi supra eo. illud super 3. glo. Ioan. And.

h ¶ Oportet.] necessitatem importat, ad idem 3. q. 9. non oportet. licet alibi honestatem denotet. 25. q. 1. c. 1. vbi de hoc. [Idem Archid.]

[Glossa sequens ponit 6. opiniones, & septimam dicit approbatam: secundo obiicit & obiectioni respondet, ponit opinionem quam improbat & distinguit, pro id quæstioni respondet.]

i ¶ titulum.] circa allegationem & probationem tituli fuerūt opiniones antiquorum: & tales. Primo dixit Io. circa corporalia necesse esse allegari & pbari titulum: sed nō circa incorporalia. Sed contradicit sibi de cre. si diligenti. s. eo. vt ibi no. ad decre. dudum, de deci. respondebat et vt ibi no. Alij distinxerunt inter corporalia, q habent cām cōtinuam, & quæ non, vt in primis non requiratur titulus: sed in secundis, sic. s. eo. auditis. ff. si ser. ven. si qs diuturno. Alij distinxerunt: aut quis agit ex præscriptione, aut excipit, si agit, vt 16. q. 3. c. placuit. § pōt. & C. de præscrip. xxx. annorum, si quis emptionis, necesse habet titulū probare. Si excipit, vt. s. de proba. ex litteris, tunc non habet necesse titulum probare: tum quia nemo cogitur dicere titulū possessionis suæ. 2. q. 5. §. 1. [in sum. in gl. fi.] C. de pe. hære. l. cogi. tum quia non probante actore absoluitur reus. 6. q. vlt. accusator, vt eccle. bene. c. vnico. C. de proba. actor. 1 Alii dixerunt quod quocunque modo quis præscriptionem obiiciat, siue agendo siue defendendo, tenetur titulum probare, vt sup. eo si diligenti. Alii dixerunt, & hæc fuit opinio Goffr. in summa huius tit. quod non est necesse probare titulum, nisi quis possideat pro hærede, uel pro possessore. C. de petit. hære. cogi. vel nisi sit psumptio 9 possessorem. C. de pba. siue possidetis, vel nisi se ad hoc obligauerit, vt s. de pba. licet & in hoc casu intelligebāt. s. de deci. dudū. Alii dicebant quod olim sufficiebat bona fides, per decre. s. eo. ad aures, hodie requirit titulus. s. eo. si diligenti. His oib. opinionibus resecatis, tene quod no. Ber. & moderni supra eo. si diligenti, quorum hic approbat opinio. Sed obiicio, quod decretalis ista, & eius distinctio potius sit de verbo, q de re: quod esse non dēt. supra eo. li. de elect. commissa. §. porro, fm hoc. n. omni casu necesse erit titulum probari, cū præscriptio semper sit 9 ius: & sic 9 præscribentem semper præsumendum: sed obiectio non est vera. non. n. est 9 ius quod aliquis in fundo meo seruitutem acquirat, immò potius præter ius. licet. n. sit 9 ius meum, non tñ 9 ius cōmune, vt pbatur de serui. C. & ff. imputetur mihi igitur mihi si fui negligēs & remissus. supra e. vigilanti. Item voluerunt quidam dicere quod nō est 9 ius, quod vnus eps in diœcesi alterius sibi acquirat iura epalia: sed quod archidiaconus vel inferior epo sibi acquirat epalia hoc est cōtra ius: & ideo sine titulo non præscribitur. Ad hoc 100. di 9 morem, de exces. præla. accedentib. Sed primum quod de epo dr, falsum est, vt hic vides. Ad hoc 3. q. 6. per totum. 9. q. 2. per totum. Dic iudicio meo, & sic breuiter: Interdum ius commune vetat ne præscriptio procedat, & hoc facit interdum rōne rei, interdū rōne personæ. Et hos casus habes notatos 16. q. 3. clerici. & per Ber. supra de præscrip. cum nō liceat, de his nihil ad nos. Interdum ius commune facit pro petitore, & 9 possessorem, vt in exemplis hic positis, & in dicere. dudum, de deci. & tunc est necesse allegare & probare titulum, vt hic. Ad idem 93. di. illud. nemo. n. debet vti illis ornamētis nisi probet à principe hoc fuisse concessum. C. de vesti. olob. & aur. l. nemo. C. nulli licere in fre. l. vna. li. 11. ad hoc 1. Mach. 11. vbi Antiochus dedit Ionatæ potestatem bibendi in auro, & esse in pu pura, & fibulam aureā ferre: sic et intelligitur. 100. dist. contra morem, quod verum intelligo tam in excipiente, vt hic, & in prædictis iuribus: q in agente, ad hoc. s. de restit. spol. ad decimas eo. li. idem si est præsumptio 9 ipsum præscribentem, vt hic, & 10. q. 3. quia cognouimus. C. de proba. siue possidetis, pone exemplum supra eo. si diligenti. ibi. n. ex confessione ipsius archiepiscopi Pisani insultabat psumptio contra ipsum, vbi vero ius cōe vel præsumptio

† An sufficiat titul' putatiu' docēt Abbas & Felin. in c. quarta & in cap. auditis, s. præscrip.

1 Sed hęc decre. 9 dicit, vt sequitur. Io. And.

ptio non est ꝯ ipsum præscribentem, bona fides sufficit vt hic vides. Pone in terminis: Præscribit ecclesia domũ meã vel aliã rem meam, ego repeto rẽ illã, quã se iam ecclesia dicit præscripsisse: est ne intentio mea iure communi fundata? certe non. hic ergo pscribenti sufficit bona fides quia licet illa pscriptio sit ꝯ ius meũ, nõ tñ ꝯ ius cõe. notabiliter. n. semper habes hoc verbũ, ius cõe. secus eñ in iure priuato. Pone ergo, Prę scripsi ꝯ priuilegiatũ, priuilegiat⁹ agit ꝯ me. oppono pscriptionẽ, habeo ne necesse ꝓbare titulũ? Certe nõ: q̃a ille nõ iure cõi, sed speciali fundat intentionem suã. Idẽ si ꝯ eũ q̃ ꝯ me pscripserat, præscribo. & idem in similibus. Cõclude ergo ꝙ vbi petitor fundat intentionẽ suã de iure cõi, tunc præscribens habet probare titulum: ali às nõ nisi psũptio faciat ꝯ ipsum. Et secũdum hoc possemus dicere ꝙ quando vna ecclesia petit decimas ab alia ecclesia, quas possidet in tertia parochia, ꝙ ibi sufficiat præscribenti bonã fidem probare: quia licet ius commune faciat contra præscribentem: non tamen facit pro petente r. & sic forte posset intelligi decre. supra eo. ad aures. secundum illos qui dicunt ꝙ per illam decret. sufficiebat olim bona fides & facit ad hoc ff. si ser. ven. l. loci. § vlti. vbi dicitur, ꝙ si domus mea quæ est iuxta te & Seium debet seruitutẽ Seio altius non tollendi: re inuito altius tollam: nã licet nõ habeã ius tollendi pp seruitutem Seij: tu tamen non habes ius prohibẽdi. Supradicta sunt vera, nisi sit tanti temporis præscriptio, &c. vt sequitur.

a ❡ Causam tribuat.] non enim requiritur ꝙ sit iustus titulus, vel talis qui dominium tribuat. ad hoc ꝯ. eo veniens. quia quod meum est ex vna causa, &c. de fide instrumen. inter delictos. § cæterum. in ff. sed aliqualis titulus dat causam præscribendi; de quo dic vt supra eo. si diligenti.

b ❡ Nisi.] istud, nisi, venit exceptiue ad id qđ dixit ꝯ. de titulo; non ad id quod dixi de fide: quia nõ prodesset talis præscriptio cum mala fide: nulla enim antiqua dierum possessio. &c. ꝯ. eo. vigilanti. & cap. vlt.

[Glo. seq. notat alleg. quinque concor. quærit & soluit. Iterum incidit quæstio quam soluit.]

c ❡ Memoria.] nota pro ijs q̃ not. Bern. Ioan. & Hostien. ꝯ. de verb. sig. super quibusdam. concor. ff. de ꝓb. si arbiter. 50. dist. mos antiquus. ff. de aqua quotidia. & æsti. l. hoc iure § ductus aquæ. 3. q. 6. hæc quippe. ff. de aqua plu. arcen. l. 8. § vlt. Sed quomodo probabitur tanti temporis præscriptio? Dico secundum Hostien. qui hoc no. de verb. signi. quid per nouale. quòd dicent testes præscribentis (si talem habent conscientiam 2) ꝙ semper viderunt & audierunt ita esse: nec vnquam viderunt, vel audierunt contrarium. & ꝙ cõmunis est & fuit semper opinio ꝙ sic fuerit: & ꝙ non extet contrarij vel initij memoria 3. si autem contra hoc aduersarius probare vellet: testes sui (si de ipsorum esset cõscientia) deberent dicere quòd viderunt tali tẽpore contrarium, & audierunt à suis superioribus cõtrariũ eius fuisse. Quid ergo si vtraque pars ꝓbat? tunc præferuntur testes magis idonei: & qui dicunt aptiora; ꝯ. de testi. in nostra vbi de hoc. & sic illi qui dicũt se vidisse ꝯrium deberent præferri: cum alij satagant negatiuam. 6. q. vlt. accusator. cum suis simil. Materiã hui⁹ glo. vide plene in Spec. de pręb. §. 1. versic. vltimo quęritur. vsque ad fi. §. Ioan. And.

rem præscribit ecclesiasticam, si sibi nõ est contrarium ius commune, vel contra eum præsumptio non habeatur, sufficiat bona fides †: vbi tamen est ei ius commune contrarium, vel habetur præsumptio contra ipsum, bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam [a] tribuat præscribendi †: Nisi [b] tanti tẽporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria [c] non existat.

Idem.

❡ *Priuatus ipso iure, vel per sententiam bonis, quæ tenet à Romana, vel alijs ecclesiis, illa minori spatio centum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præscribit. Filij autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam, & alias ecclesias præscribunt spatio quadraginta annorum. & idem in extraneis. Io. And.*

CAP. II.

SI qui † [d] (exigentibus culpis, vel excessibus ab eisdem commissis) bonis quæ à Romana †, vel ab alijs tenent [e] Ecclesijs,

ADDITIO. Pondera verbũ, testes, sæpe in hac gl. repetitũ. Nam per instrumentã non vr̃ posse probari hæc communis opinio, vel negatiua cũ non sit res de qua instrumentũ rogati, vr̃ cõfici possit (licet secus sit in negatiua determinata, vt dixi ꝯ. de ele. bonę 1.) sed ipsius contrariũ cũ sit actus affirmatiu⁹ bene recipit ꝓbationem per instrumentum per quod poterit memoria cõtrarij actus ꝓbari. Io. An.

SI qui.] Duæ sũt partes quæ patẽt Ioan. And. præmittit quòd vbi pp crimẽ quis ipso iure vel ꝑ sententiam erat priuat⁹ suis bonis, si ꝑ aliquem illa occupabanť vel apprehendebantur: pscribebantur ab illo ꝯ eum cui applicari debebant ſm leges: aliquando per annum: aliq̃n per aliud tempus secundum varietatem casuum, vt patet in legibus hic allegatis in glo. Dominicus.

CASVS. Titius perpetrauit delictum propter quod bona sua fuerunt confiscata per sententiam iudicis, vel sine ministerio hominis ipso iure fuerunt cõfiscata. Ponamus ꝙ titius tenebat res in feudum ab ecclesia. Romana, vel alia ecclesia, (non refert.) Confiscatis bonis propter delictũ suum, certum est quòd feuda debent redire an ecclesiam: tamen ecclesia fuit negligens in petendo feuda. quæritur infra quod tẽpus repellitur ecclesia à petitione feudorum? Rñdet, ꝙ ecclesiæ Romanæ currit solum tempus, & pscriptio centum annorum, Contra alias ecclesias currit pscriptio xl. annorum. Sed ponamus ꝙ pater meus tẽpore suo fuit hæreticus: sed tamen hæresis sua fuit occulta; certum est quòd est incapax possessionis & dominii omnium bonorum, licet esset reputatus catholicus, post mortẽ suam fuit detecta eius hæresis, & bona sua fuerunt confiscata. ego tenui bona post mortem ipsius; quia ecclesia non petijt illa bona: vtrum possim me tueri præscriptione xl. annorum? Certe sic. & hoc verum, siue sit Romana ecclesia, siue alia. Et sic ecclesia Romana vtitur hic iure cõi, videlicet quòd contra ecclesiam Romanam currit præscriptio xl. annorum.

Nota primo hic text. declarantẽ quid importẽt ista verba, ipso iure. quia concludunt priuationẽ rei absque alia prolatione sententiæ. vide glo. in c. 1. de rescri. eo. lib. Nota secundum, ꝙ legum humanarũ appellatione compræhenduntur leges ciuiles. vide glo. 1. de priuileg. c. 2. Dominicus.

[Prima glossa summat.]

d ❡ Si qui.] Priuatus ipso iure, vel per sententiam bonis, quæ tenet à Romana, vel alijs ecclesijs, illa minori spatio centum annorũ contra Romanã, vel quadraginta contra alias non pręscribit. Filij autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna cõtra Romanam, & alias ecclesias pscribunt spatio quadraginta annorum, & idem in extraneis Ioan. And.

e ❡ Tenent.] in feudũ, uel alio modo, vt dicã infra.

a ❡ Per

† Quæ nunq̃ p̃sumit̃ ni si allegeť ita Felin⁹ in c. affer te. de p̃sump. & Alex. cõl. 76. uol. 2.

† Vide Abbatem in c. cum ꝯ ex officij & Felinũ in c. si diligẽti eo. tit. & Deciũ consi. 134. limitãtes & amplian tes textũ.

1 Idẽ Do. & in fin. uoluit gl. in c. ad decimas de testi. facit tex. hic i principio. sed Phi. tenet ꝯ glo. per text. hic ĩ medio & ꝑ glo. facit Barba. consi. 35. lib. 3. & Deci⁹ cõsil. 86.

2 Quæ ꝑprie cadit in circunuicin os. ff. de fin. l. 1. ibi, æstimatione circũcolentiũ. I. An.

3 Vide Felinũ. ĩ c. si diligẽti. de p̃scriptio, & Alex. cõsil. 16. in 5. uol. qui tenent testes hæc duo debere de auditu & d fama.

† De intellectu Ioan. Faber. in § l. de usuc. § res fisci

† Quid intelligatur hic appellatione Ecclæ Romanæ docet Põtifex in c. ad audiẽtiam supra eo.

sint per sententiam [a], vel ipso iure [b] priuati: Statuimus, vt in apprehendendis † vel occupandis postea quandocunque bonis eisdem, nullus (licet leges humanæ super hoc alia tempora statuere videantur [c].) ipsis ecclesijs temporis lapsus obsistat; nisi contra ipsam Romanam Ecclesiam centenaria [d], vel contra ecclesias alias quadragentaria [e] præscriptio legitime [f] sit completa [g]. ¶ Si† post mortem hæreticorum (qui dũ viuerent catholici putabantur [h]) bona ipsorum à catholicis [i] eorum filijs, vel nepotibus, aut extraneis quibuscunque [k] spatio quadraginta annorum fuerint bona [l] fide possessa: Sancimus † eos super bonis huiusmodi (etiam si ad Romanam peruenire deberent Ecclesiam) in hoc casu [m] non esse vlterius molestandos: quamquam illi, quorum bona fuerant, nunc [n] dete-gantur hæretici [o] extitisse †.

TITVLVS XIIII.

De sententia & re iudicata.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdunensi.

¶ Sed ponamus, ꝙ iudex appellationis pronunciauit bene sententiatũ,& male appellatum: quale debet esse officium iudicis ad quem? Respondet quòd,ipse iudex appellationis debet remittere partes ad iudicem à quo,vt ipse cognoscat de principali causa.Idẽ consistorium.] Per hoc enim excludũtur officiales foranei qui sunt delegati Episcopi.licet enim ipsi habeant iurisdictionem ad vniuersitatem causarum : tamen ab eis appelletur ad Episcopum, & non ad metropolitanum.Quòd si.] sed qualiter pars appellata potest opponere , quòd iudex appellationis cognoscat an causa inserta in appellatione sit iusta vel non ? Dicendũ quòd aliquæ sunt causæ,quæ non sunt expressæ in iure : puta quia sunt similes vel maiores: & in illis dẽt iudex appellationis cognoscere an illæ causę sint iustæ vel non:si autem causa inserta,in appellatione esset vna de causis insertis in iure:tunc non haberet iudex appellationis cognoscere an illa causa esset iusta vel non. Vnde sciendum quòd iudex appellationis haberet ferre duas sententias:vnum interlocutoriam an appellatio fuerit ad eum deuoluta. vel ne:aliam diffinitiuam respectu articuli appellationis:videlicet an bene fuerat appellatum vel male:& an bene iudicatum vel male: Nota primo ex principio cap.quòd ab officiali. Episcopi non potest appellari ad ipsum Episcopum:nec valeret contraria consuetudo, vt capitu.2.supra de consuetu. & istud verum,quando appellatur ab officiali generali, & principali:quia si appellaretur ab officiali foraneo , esset appellandum ad Episcopum.

cas. §. si.

Nota quòd non potest.appellari omisso medio regulariter : nam ab Archipresbytero non potest appellare ad Metropolitanum omisso Episcopo. Sed quid si Archipresbyter est sub Archidiacono: an possit appellari ad Episcopum omisso Archidiacono?Communis opinio Doctorum est, quòd sic. nam concurrit cum quibuscunque inferiorioribus Prælatis:exceptis Abbatibus respectu suorum religiosorum.cap.quãto.de offic.ordin.in antiq. Nota vlterius , quòd valet consuetudo. vt omisso medio possit appellari Nota quòd iudex appellationis non debet citare appellatum, nisi constet sibi quòd appellatio fuit interposita ex iusta causa & rationabili. & istud verum , quando causa est exprimenda appellatione : videlicet quando appellatur ab interlocutoria vel diffinitiua. in casibus in quibus prohibetur appellatio à iure. Et si iudex appellationis videat , quòd causa inserta in appellatione non sit iusta,debet denegare audientiam appellãti. Nota vlterius ibi,quòd si objiciatur, quòd non solum potest appellari propter causas insertas in iure: sed etiam propter alias causas maiores , vel æquales, puta nos non habemus in iure, quòd iudex posset recusari vt suspectus propter compaternitatem:si tamen de iure patriæ sit tanta amicitia inter compatres , sicut inter consanguineos:ista est sufficiens cã recusandi iudicem, vt suspectum. Nota, quòd si pars appellata proponat . quòd causa inserta. in appellatione non est rationabilis:iudex appellationis debet interloqui an illa sit causa rationabilis, vel non.

Appellari nõ pôt omisso medio regulariter.

Nota quòd quando appellatur à diffinitiua in casibus à iure prohibitis : necesse est vt appellans in appellatione sua inserat causam rationabilem : vt puta si confessus in iure appellet : debet inserere in appellatione sua , quòd confessus fuit per errorem , vel metum : & debet de errore & metu fidem facere: & in hoc æquiparantur interlocutoria & diffinitiua. Nota quòd iudex appellationis non recipit iurisdictionem nisi inter partes : puta inter appellantem & appellatum , & non inter tertium , quod verum est:nisi iste tertius impediret iurisdictionem iudicis appellationis. c. 1. de offi.& potesta.iudicis delegati.in antiquis.

Appellãs à diffinitiua in casu prohibito dẽt causam inserere.

[Prima glossa diuidit & summat.]

a ¶ Romana

a ¶ Romana Eccleſia.] Huius Decretalis vndecim ſunt partes: ſicut & vndecim eius dicta Primũ, ꝙ de officiali epĩ nõ ad epm ſed ad archiepm appellat. Secundũ, ꝙ de ſubdito epĩ ad ipſum nõ ad archiepm appellatur: niſi aliud eſſet de conſuetudine. Tertiũ, ꝙ archieps cauſam appellationis ab epõ interpoſitæ non debet cõmittere, vel partes citate, niſi in appellatione probabilis cauſa ſit expreſſa. Quartũ, ꝙ ſi negetur per appellationẽ negotium deuolutum, non inhibebit Archieps iudicẽ principalis cauſę procedere: niſi prius de deuolutione conſiſterit. Quintum, ꝙ ſi dicitur ex iniuſta cauſa appellatũ, Archiepiſcopus inhibere non poteſt: niſi prius recepta appellatione, vt probabili incipiat cognoſcere de cauſæ veritate. Sextũ, ꝙ licet dicatur appellatũ a diffinitiua ĩ caſu ꝓhibito à iure: ex quo de hoc Archiepiſcopus cognoſcere cœperit, poteſt inhibere, ne ſententia executioni mandetur. Septimum, quòd Archiepiſcopus in tertiam perſonam (poſt inhibitionem ſuam in cauſa per apellationem delata ad ipſum) aliqd innouantem, iuriſdictionem exercere non poteſt. Octauũ, ꝙ Archiepiſcopus appellantẽ in alijs cauſis à iuriſdictione Epiſcopi non poteſt eximere. Nono diictur, quòd ab Epiſcopis in cauſis, quibus iuriſdictionem temporalem habent, de iure debet ad Archiepiſcopum appellari: niſi ſpeciale ius aliud inducat. Decimo, quòd cenſurã eccleſiaſticam in appellantem prolatam per Epiſcopũ, Archiepiſcopus reuocare non poteſt: niſi partibus vocatis, & de cauſa legitime cognito. Vndecimo & vltimo dicitur, quòd ex quo Archiepiſcopus pronunciauerit male appellatum ante ſententiam. ſtatim debet cauſam ad ſuffraganeum remittere.

† Decretũ huius c. confirmat conciliũ Trident Seſſio. 22. de reforma. cap. 7.

† Per iſtã rõnẽ dicit Petr. de Anch. iſtud c. ꝓcedere in quocũq; generaliter alterĩ vices gerente: vt nõ ad ipſũ cui vices gerunt, ſed ad eius ſuperiorẽ appellet: ſed an ſupplicari poſſit vide no. in c. ex literis de in integ. reſti. Fonta.

† Vide. c. ſi qs clericus. 11. q. 1.

ſia [a] †: & infra. ¶ Cũ ſuffraganeorum Remenſis eccleſiæ ſuorumque officialium (qui generaliter [b] de cauſis ad ipſorũ forum pertinentibus, eorum vices ſupplendo cognoſcunt) vnum & idẽ [c] conſiſtorium ſiue auditorium ſit cenſendum: ab ipſis officialibus non ad dictos ſuffraganeos [d] † (ne ab eiſdem ad ſeipſos [e] interponi appellatio videatur) ſed de iure [f] ad Remen. eſt curiam † [g] appellandum.

¶ *De ſubdito Epiſcopi ad ipſum. non ad Archiepiſcopum appellatur: niſi aliud eſſet de conſuetudine hoc dicit.*

¶ Ab Archidiaconis vero alijſque inferioribus Prælatis [h] ſuffraganeis ſubiectis eiſdem, & eorum officialibus, ad ſuffraganeos ipſos debet, & nõ ad eãdem curiam [i] (omiſſis dictis ſuffraganeis) appellari: niſi aliud Remenſi eccleſiæ de conſuetudine [k] competat in hac parte.

¶ *Archiepiſcopus cauſam appellationis ab epiſcopo interpoſitæ non debet committere, vel partes citare, niſi in appellatione probabilis cauſa ſit expreſſa.*

¶ Cum autem † ad præfatam curiam ab eorundem ſuffraganeorum, vel ſuorum officialium audiẽtia fuerit appellatum: Remen. archiepiſcopus (qui pro tẽpore [l] fuerit) vel officialis ipſius nullatenus in appellationis cã interpoſitæ, ante diffinitiuam [m] ſententiam

ADDITIO. Et ſ̃. eo. lib. de offi. vica. c. 2. & 3. (vnde dicebat Inn. Epiſcopum poſſe prohibere officialẽ ne iudicet, ſed nõ conuerſo. ff. de iud. l. iudiciũ. & in multis alijs differunt. Dicit Hoſt. ꝙ illa diuerſitas habetur ſupra eo. lib. de offi. or. Romana. in fine. Ioan. And.]

d ¶ ſuffraganeos.] ẽt ſi cõſuetudo eſſet, ꝙ appellari poſſet ad eos, vt ſ̃. de ꝯſue. c. 2. e. li & vide ꝙ ibi dixi.

e ¶ Ad ſeipſos. 3.] ꝙ eſſe non poteſt: appellatio enim eſt de minori ad maiorem. &c. Si autem appellatur de officiali ad epiſcopum, non appellatur de minori ad maiorẽ: imo de eodem ad eũdem: & ſic non poteſt dici appellatio.

f ¶ De iure.]. Quaſi diceret, de cõſuetudine poſſet ſecus induci. ad hoc infra §. proximo. & hoc tenent moderni: qđ falſum eſt, vt ſupra de conſuetu. c. 2. vbi de hoc.

ADIDTIO. Ber. & Hoſti. per §. proximum, tenent talẽ cõſuetudinẽ poſſe induci, & vltra id inducit Hoſt. ꝙ licet ſi per errorẽ de ſuperiore ad inferiorem appelletur, nulla ſit appellatio: non tamen nocebit error, ſi appelletur ad maiorẽ quàm debuerit, vel ad parem. ff. eo. tit. l. 1. § pen. valeat ergo conſuetudo quò ad parem: licet nullo modo valere poſſit quò ad minorem cum ſit irrationabilis & inepta. 21. diſtin. inferior. de conſuetud. cap fin. ſecundum eum. Et licet hæc procedere poſſent in pari (quem conſuetudo quo ad hoc faceret maiorem) non tamen procedunt in eodẽ, vt ibi. Ioan. And.

de gloſſã in c. non põt đ pb. eo. lib. & in c. ſignificauit. đ ſent. exc. & Phil. Franchũ. hic.

3 Iſtã gl. cum tex. dic ꝓcedere etiã de iure ciuili. Bar. in l. 1. § . 1. ff. quis & à quo per l. ꝑcipimus. C. e. Phi. Fon.

† De intellectu vide Felinũ in ca. paſtoralis §. quoniam. de reſcrip.

[Glo. ſeq. notat officialem ordinarium. reprobans opinionem Goffre. & excuſans opinionẽ Bernardi.]

b ¶ Generaliter.] Nota per hãc litterã, ꝙ officialis 1 eſt ordinarius non delegatus, & ſic eſt reprobata opinio Goffre. qui no. in ſum. de offi. vica. §. item dubitari. ꝙ officialis Epiſcopi delegatus eſt, non ordinarius, & ob hoc dicebat de ipſo ad Epiſcopum eſſe appellãdũ, & hoc idem videbatur tenere Ber. ſ̃. ne præla. vic. ſuas. c. 2. in gl. 2. vbi dicit, ꝙ Epiſcopus non poteſt de iure ordinarium dare: ſed ſolum princeps vel lex. Vel dici poſſet, ꝙ per hoc non negat officialem eſſe ordinariũ: quia dici poſſet, ꝙ habeat à lege. Vnde ipſe Bernar. hic & Inn. Hoſt. & omnes. Ioan. Mona. & Archid. not. officialem ordinariũ eſſe, quod ex hoc dicto neceſſario concluditur hic: & probatur hoc, vt dixi ſ̃. eo. lib. de offi. vic. licet. ad hoc ſ̃. de offi. vica. ſua. in Auth. de iud. 6. circa prin. coll. 6. [& §. illud cuſtodiendo. & C. eo. tit. ſi quando. Ioan. And.

c ¶ Idem.] non tamen pro omnia 2, vt ſ̃. eo. lib. de off. deleg. ſi contra vnum. §. vlti.

1 Officialis epi an ſit ordinari⁹, vel delegat⁹ & qd de Vicario. vide deciſionẽ Rotæ. 379.

2 Ad hãc gloſſã vi

g ¶ Curiam.] niſi appellare vellet ad Papam: ad quẽ omiſſo medio 4 appellatur. 2. q 6. Romanam. & ca. ſi quis putauerit, & idẽ in legato. de officio leg. c. 1. vbi de hoc. & 2. q. 7. c. 3. ſecus ſecundum legem. ff. de appellationib. imperatores.

ADDITIO. Si ad Imperatorem per ſaltum appellatum ſit, remittit ad illũ ad quem ex ordine debuerit appellari. Ioan. And.

h ¶ Prælatis.] qui iuriſdictionem habent. quod dic, vt ſ̃. de offi. ordiua. cum ab eccleſiarum.

i ¶ Curiam.] Remen. de qua ſ̃. dixi.

K ¶ Conſuetudine.] 5. quæ dat iuriſdictionem. ſ̃. de fo. compet. cum contingat. ſ̃. eo. lib. & tit. Romana. de offi. ordina. Romana. & in hoc caſu poſſumus intelligere ſ̃. de præben. referente. de no. oper. nunci. ſignificantibus. idẽ ſi de priuilegio, cũ iſta ſint paria. 9. q. 3. cõqueſtus. ſupra. de offi. ord. duo ſimul ĩ. § dẽt. [& de iud. nouit. ver. non enim. vbi de hoc. Ioan. And.

l ¶ Qui pro tempore.] quaſi diceret, iſtud nõ eſt ius ſpeciale & perſonale, quod extinguatur cũ perſona: imo perpetuũ eſt ſupra de trãſ. de cętero. & in alijs archiepĩs ẽt ſeruãdũ ẽ. ſ̃. e. lib. de offi. ord. Roma. ad fi.

m ¶ Diffinitiuã.] quia in appellationib. à diffinitiua, non eſt neceſſe cauſam exprimere, vt dixi ſupra eod. cordi. & ſic ibi non haberet locum quod ſequitur.

4 Ad hãc gloſſã vide gloſſã in c. e. ti. & Doctores in. c. 1. de offi. deleg. & Bartolũ, & Imo. ĩ l. 1. §. pen. ff. de appel.

5 Etiã ꝑſcriptione fieri poſſet itẽ ſi mediatus nõ eſſet catholicus c. ſi is cui. de offi. del. ſ̃. eo. Itẽ ſi nõ opponatur exceptio. Phi. Fon.

[Glossa sequens recitat per quæstionem an arctet citatio contra hæc facta, soluit: dat generalem doctrinam, & remittit.[

a Citent.] & si citauerint, impune non paretur. ff. de iu. om. iu. l. vlt. [Nã ius dicẽti ex territoriũ. vel s̃. iurisdictionẽ suã, impune nõ paretur.] Et hoc intelligas vbicũque q̃s citatur ab aliquo, & constat, ꝙ citatus nõ est de iurisdictione citantis, 1 non tenetur cõparere: nisi cã talis in citatione exprimatur, per quã apparet illum iurisdictionẽ habere 2, si vera sit illa causa, ff. qui satisda. cog. l. si vero. [vbi dicitur, ꝙ si dubitatur an fideiussor sit locuples, approbari dẽt: secus si euidẽter est locuples.] facit ẽt ff. de fer. l. 1. [vbi non tenetur venire citat⁹ ad diem feriatã etiã fauore hominũ.] In dubio melius est cõparere. 23. q. 1. c. quid culpatur. ff. de iudi. si q̃s ex aliena. & adde quod no. 3. q. 2. si episcopus. [ĩ gl. 2.] đ acc. veniens. [in gl. vlt.]

b ¶ Expressa.] dupliciter põt intelligi, scilicet ꝙ archieps nisi videat in appellatione expressam probabilem causam, nec citabit, nec committet. Vel dic, [ẽm Inn.] expressa in citatiõe, vel cõmissione: q̃a in cõmissione vel citatione exprimet probabilem causam ob quã sit appellatũ 3. Sed contra. s̃. eo. tit. si duob. vbi archieps causã in citatione non expressit: & tamen tenuit citatio. Sed illud per istud supplendum est: [vel nondum statutum erat ꝙ appellaretur expressã causa secundũ Inn.] Vel citare non debet vt hic: si citauerit expressione nõ facta, tenet: vbi, quia multa fieri, &c. secundum Host. [Allegat de iureiur. quemadmod. verb. ꝙ si post. melius habes de regularibus, ad Apostolicam. Io. And.]

1 Et satis est, ꝙ sit de iurisdictione licet non sit de suo foro ẽm Inn. Io. And.

2 Quia de iure cõi iurisdictionẽ nõ hẽns dẽt exprimere vñ hẽat. Roma. consi. 483. p l. sed si hac §. ꝑtor. ff. de in ius vocan.

3 Ad hãc glossam vide omnino Frãchũ hic.

citent a partes: nec etiam alijs illam committant, appellationis eiusdẽ causa,[n] probabili, seu legitima non expressa b.

¶ Si negetur per appellationem negotium deuolutum, nõ inhibebit archiepiscopus iudicem principalis causæ procedere, nisi prius de deuolutione constiterit. hoc dicit.

¶ Si vero vocatis partibus, vel nullatenus, aut nõ infra decem dies post interlocutoriam c, vel diffinitiuam sententiam appellatũ fuisse, seu aliquid aliud simile, d sicque non esse per appellationem ad eundem archiepiscopum, vel eius officialem deuolutum negotiũ proponatur: ijdem (nisi prius ipsis constiterit causam ipsam ad eos totaliter e fuisse delatam) prohibere, ne in causa illa f, vel ne ad executionem procedatur sententiæ g non præsumant h.

¶ Si dicitur ex iniusta causa appellatum, archiepiscopus inhibere non potest: nisi prius recepta appellatione ut probabili, incipiat cognoscere de causæ ueritate. hoc dicit.

¶ Quòd † si obijciatur ex iniusta causa, seu minus i legitima ante sententiam appellationem interpositam extitisse, & ex eo non esse appellationem huiusmodi admittendam: nequeunt prædicti archiepiscopus, vel eius officialis prohibere k, ne procedatur in causa, nisi prius appellatione recepta velut emissa ex causa probabili, cognoscere incipiant de causa huiusmodi an sit vera l.

¶ Licet dicatur appellatũ à diffinitiua in casu prohibito à iure: ex quo de hoc archiepiscopus cognoscere cœperit, põt inhibere ne sententia executioni mandetur. h. d.

¶ Si autem post sententiã in casibus à iure prohibitis m (vt pote à sñia sup manifesto, & notorio n † crimine, vel de quo o q̃s

c ¶ Interlocutoriam.] ergo interlocutoria transit in rẽ iudicatã: nisi ab ipsa ĩ. decem dies fuerit appellatũ: s̃. de electione, cũ dilectus. in fi. quod verũ est quò ad partem. sed nõ quò ad iudicem: quod dic vt supra eo. tit. cum cessante. & infra eo c. vlt.

[Glo. seq. ponit tria exempla.]

d ¶ Simile.] vt si dicatur appellationi renunciatũ tacite 4 vel expresse. s̃. de offi. deleg. gratum. Vel dicat ex probabili causa non appellatum. ĩ. proximo respõso. vel dicatur non appellatũ in scriptis: eo casu quo debuit in scriptis appellari. s̃. e. c. 1. ante ergo q̃ de his cõstiterit, priorũ iudicum non impediet officiũ. I. An.

ADDITIO. Vide ĩ Spec. de excep. §. dicto, vers. sed pone ꝙ in causa. vbi soluitur, ꝙ opponiẽ has exceptiones peremptorias esse differendas post litem cõtestatã

4 Exẽplũ in diffinitiua de re iudi. ꝙ ad consultationẽ. Io. And.

[Glossa seq. arguit. declarat, & remittit.

de quo hic Archidiaconus quasi ad litteram ponens illius verba: & ideo hic decido. Ioan. And.

e ¶ Totaliter.] idest talem fuisse appellationem, quę deuoluat negotium: licet forte causa sit falsa, [secundum Inn. & Hostien.]

f ¶ Ne in causa illa.] s. quando appellatum est ante sententiam.

g ¶ Sentẽtiæ.] scilicet quando appellatũ est a diffinitiua.

h ¶ Non præsumãt.] primo enim debet de iurisdictione constare: & cognito an sit iudex, exercitium iurisdictionis procedere. s̃. de rescri. super litteris. ad fi. Innocẽ.

i ¶ Minus legitima.] cum causa non est in iure expressa 5. ff. de lega. non possunt. s̃. eo. pastoralis. in prin. hoc arbitrabitur primo iudex an legitima causa sit: & si male arbitraretur, appellari poterit. ff. qui satisd cog. l. arbitrio. & l. sequen. Si autẽ causam in iure expressã negaret esse legitimã non audietur. ff. de prob. ab ea parte.

ADDITIO. Vel si reprobatam vellet dicere legitimam. Ioã. & Hostien.

K ¶ Prohibere.] partib., vel iudici à quo fuit appellatum, vel forte tertio deputato forte ad executionẽ sententiarum.

ADDITIO. Vt adaptetur, intelligendum videtur de interlocutorijs: aliàs melius adaptaretur. §. pręced. Ioan. And.

l ¶ Vera.] licet 6 enim quo ad commissionẽ faciendam sufficiat, ꝙ probabilis sit causa, vt supra. §. cũ autem. probari tamen habet veritas causæ appellationis nisi se offerens probaturum coram iudice à quo appellauit, non fuerit admissus: vt supra eo. interposita. & dic vt ibi.

m ¶ Prohibitis.] multo ergo fortius hoc in nõ ꝓhibitis locũ habebit. Argu. à minori. s̃. de. elect. cũ ĩ cũctis.

n ¶ Notorio.] in quo nõ admittitur appellatio. s̃. eo. cum sit Romana. & c. peruenit. & c. consuluit. & dic notorio per euidentiam rei: vt differat ab eo notorio iuris per confessionem, de quo sequitur.

[Glo. seq. tractat an sola cõfessio impediat appellare ponit opinionẽ Azonis, & cõtrariã quam approbat.]

o ¶ Vel de quo.] Non alternatiuam, nã videtur q̃đ tria concurrere debeant ad hoc, quòd in crimine nõ debeat appellari, scilicet, quòd sit confessus, testibus conuictus, & argumentis superatus. 2. quæst. 6. ca. ei qui. §. sunt etiam quorum. versicul. nullus. C. quorum appella. non recipi. l. 2. & dixit dominus Azo. quòd nisi omnia ista tria concurrant, reseruatur condemnato beneficium appellãdi. [Dictum Azonis 7 q̃dam intelligunt, cum criminaliter agitur, contraria

† Ad intelligentiã §. vid̃ Abbatem & Felinũ in c. dilectus, el secũdo, de rescrip. Decisionẽ Rotæ 11. & 412. eo. tit. in nouis.

5 Nõ enĩ oẽs iustę causæ appellationis sunt ĩ iure exꝑssę. Inn. & iõ ius in hoc distinguit. s̃. eo. pastoralis. ĩ prin. I. A.

† Quid sic notorium, & quotuplex, & q̃ eorũ pl⁹ operetur Abbas cõsil. 45 lib. 1. Felin⁹ in c. exceptionẽ de excep. Gramaticus, decisione. 105

6 Vide Alexandrũ. cõsi. 91. vol. 5.

7 Intellige Azonẽ si q̃s est argumẽtis superatus, post à testib. cõuictus, sed nõ cõfessus, appellat. l. sciãt cũcti. C. đ ꝓb. Do. Hippo. in l. repeti. ff. de. q. & vide Romanum. sing. 19. ĩcipiẽte, đ iure ciui li. ꝑ ꝙ limitat dictũ istius glossæ.

cum

in iure [a] confessus extitit, promulgata) vel consimilibus [b] appellatū fuisse dicatur: possunt, ne sententia executioni mandetur [c] (postquam cognoscere cœperint vtrum sit recipienda, vel non appellatio ab eo interposita) inhibere.

¶ *Archiepiscopus in tertiam personam (post inhibitionem suam in causa per appellationem delata ad ipsum) aliquid innouantem, iurisdictionem exercere non potest. hoc dicit.*

¶ In alium [d] quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum controuersia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentat: non valet occasione huiusmodi [e] iurisdictionem aliquam uendicare.

¶ *Archiepiscopus appellantē in alijs causis à iurisdictione episcopali non potest eximere. hoc dicit.*

¶ Cum vero is qui ad Remensem curiam super aliqua [f] causa vocē appellationis emittit, nihilominus in causis alijs ordinarij sui iurisdictioni subijciatnr: Remensis archiepiscopus vel officialis ipsius nequaquam iurisdictionē ipsam in alijs impediant, vt ab eisdem ordinarij potestate totaliter eximant taliter appellantem.

¶ *Ab episcopis in causis in quibus iurisdictionem temporalem habent, de iure debet ad archiepiscopū appallari: nisi speciale ius aliud inducat. h. d.*

¶ Debet autem ad eos [g], ab episcopi præfatæ prouinciæ super causis, in quibus temporalē [h] iurisdictionem exercet, nisi forte de cōsuetudine [i] †, aut priuilegio, siue iure alio [k] speciali sit appellādum ad alium, appellari.

¶ *Censuram ecclesiasticā in appellantem prolatam per episcopum, archiepiscopus reuocare non potest: nisi partibus vocatis, & de causa legitime cognita. h. d.*

¶ Sentētias quoque interdicti, vel suspēsionis, seu excōmunicationis [l] in appellantē ab eo, à quo appellatū proponit promulgatas, nullatenus † nisi vocatis [m] partib. & de appellatione legitime cognito,

---

cum ciuiliter. Alij dicunt, & forte bene, quòd confessus in iure, non auditur appellans, si tamen ita sit confessus quòd standum sit confessioni, non tormentorū formidine territus, & hoc tam in ciuili quàm in crimi nali: nisi vellet allegare se sic errore facti confessum. In quo casu posset appellare, vt suum corrigeret errorē. ff. ad Turpil. l. 1. §. vlti. & hæc opinio ꝑ litteram satis probatur, quæ disiunctiue loquitur. Ad hoc facit quia quod quisque sua voce, &c. s. de probat. per tuas. C. de non numerata pecunia, generaliter. & pro hoc 2. q. 6. quicunque. vbi de hoc. Nec posset negari crimen per confessionē fore notorium. sup. de cohabi. cleric. vestra. & in notorio non admittitur appellatio, vt in proxima glo. & no. Ioannes, & Archidiaconus 2. q. 6. quicuuq; & 2. q. 1. in primis.

ADDITIO. De hoc in Spec. de appel. §. in quib. post prin. & de confes. §. fi. ver. sed nunquid confessus. Ioan. And.

a ¶ In iure.] alias non præiudicaret confessio super crimine. sup. de confes. ca. vlti. saluo eo quod habes de exces. præla. quàm sit graue.

b ¶ Consimilibus.] 1 puta, si appelletur ne nōliceat, testamentum aperiatur, vel ne scriptus hę res in possessionem mittatur, vide 2. q. 6. in summa. & c. ei qui §. sunt etiam quorū, & §. sequen. ff. de appella. recip. vel non l. pen. & vlt. sup. eo constitutus 2. vel per contumacem in non veniendo, vt 24. q. 3. de illicita.

ADDITIO. Abbas ponebat hic versus istos:

Appellare vetant scelus, excellentia, pactum,
Contemptus minima res, interdictio facta,
Arbitrium, res quæ perit: & si longus acta,

id est protelata. Ioan. Andr.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c ¶ Mandetur.] ergo notorius criminosus 2 & cōfessus in iure auditur appellans contra iura superius signata? pōt dici, ꝗ notorius criminosus appellare pōt: sed iudex nō tenetur appellationi deferre, vt in ꝯrijs, & ad idem s. de appel. pastoralis, nisi exprimeret cām rōnabilem, puta se timore tormentorum confessum, vt superius dixi, vel per errorem. ff. de cōfes. l. vlt. & pen. aliàs ergo antequam superior de appellatione cognoscat & inhibeat, potest iudex sententiam exequi, postea non infra eod. non solum.

d ¶ Alium.] 3 ab appellante, appellato, & iudice, iste enim alius non transtulit ad archiepiscopum causam suam: & ideo simpliciter pōt aduersarium coram suo iudice conuenire 4, & non coram archiepiscopo, cum nullam habeat potestatē in ipsum, de offi. ord. pastoralis. sup. eo. tit. & lib. Romana in prin. ad hoc sup. eo. cū teneamur. tales ergo citare nō potest, quod verum est, nisi iurisdictionem suam impedirent. inf. de pœnis. Romana, ſm Inno. & Host. & de hoc ꝑ eos sup. de offic. dele. c. 1. Ioan. An.

e ¶ Huiusmodi.] cum casus iste non sit expressus in iure. sup. de off. ord. pastoralis.

f ¶ Aliqua causa.] in qua tantum est exemptus appellans à iurisdictione sui iudicis, archiepiscopus ergo in alijs causis in quibus remanet in iurisdictiōe ordinarij, nullam habet potestatē, vt hic dicit, ad hoc s. eod. proposuit. vbi de hoc, licet. n. ipse subditus appellans fortassis posset illum recusare vt suspectum, vt s. eod. ad hæc. si in vna. archiepiscopus tamen de hoc se intromittere non habet, vt hic.

g ¶ Eos.] scilicet archiepiscopos.

h ¶ Temporalem.] ꝗ̃ in criminib. per alios exercent: quod dic vt inf. eo. lib. ne cleri. vel mona. cap. vlti. Et hoc qđ hic dr̄, ꝓbabamus olim per decretalem sup. de delict. pue. c. 2. vbi de hoc. s. de maio. & obed. solitæ. & ibi etiam de hoc. & vide quod no. Hos. in sum. eodem titul. §. de quo ad quem, & ver. sed pone, & ver. seq. in Spe. eo. tit. §. nunc tractemus. in fi. vbi dicitur in regno Franciæ hoc non recipi. Ioan. And.

i ¶ De consuetudine.] præscripta: aliàs non valeret. sup. de consuetud. cap. vlt.

K ¶ Iure alio.] puta in causa feudi 5. s. de foro compet. ex transmissa, & c. verum, de maio. & obed. solitę.

ADDITIO. Vel ſm Boati. reseruauit sibi (concedens iurisdictionem temporalem) ep̄s ius appellationum: quod potuit: facit sup. de iure pa. præterea 2. 18. q. 2. Eleutherius. sup. de condi. appo. verum. ff. de pact. in traditionibus. Ioan. And.

l ¶ Excommunicationis.] in hoc sunt ista paria, ad hoc. inf. de sen. excom. is cui. in fine.

m ¶ Vocatis partibus.] sup. eo. c. §. si vero. nam merita causarum, &c. C. si per vim, vel alio modo. l. vlt. & concor. ad hoc sup. de offi. ordi. cum ab ecclesiarum.

---

1 In quib. casib. appellare nōliceat, vide Spe. in tit. de appel. §. quib. enumerantē. 37. casus, & in glo. in sūma 2. q. 6.

2 Ad hāc glo. vide Abbatē in cap. ad nostrā. & c. cōsuluit. de appel. Feli. in c. 2. de sent. & re iu. & Romanū singul 19. in c. de iure ciuili.

3 Vide Deciū. in ca. cū teneamur. ꝗ̃ appellat.

4 Præstabit tñ cautionē possessori ꝗ si obtineat, illū defendet ꝯ cōpetitorem. ff. de rei vend. is à quo. ff. ꝗ̃ pe. hęre. l. pen. ſm Ber. Io. And.

† Vide gl. in c. fi. de ꝯsuetud. lib. 6. & Ruinū cōsil 119. li. 4.

† Dictio nullatenus, quid importet vide per gl. in cle. 1. de seq. pos. & per Grammaticum cōsil. 3.

5 Vide Deciū. in ca. cęterū, de iudicijs.

a ¶ Reuocent.] vel absoluant 1, & intelligo hoc verum vbi periculum non est in mora: quia tunc bene possent absoluere: & si nõ possent nullas nũciare vel reuocare. ad hoc sup.eod.qua fronte.§.primo.de sent. excom.sacro.ibi, absque periculo, &c. Et inf. de sent. excõ. venerabilibus.§. sane.Ioan.And.

b ¶ Ante sñiam.] quia aliud si à sñia: quia ibi aggreditur iudex statim cognitionem principalis negotij, quòd dic vt no.sup.eo.vt debit', in gl.penul. Quis aũt habeat exequi sententiam latam per iudicem appellationis, vide quod no. s. de offi. dele. pastoralis.§. præterea.

c ¶ Cognito.] legitime scilicet partibus præsentibus: vel altera per cõtumaciam absente. sup. eod. interposita. Ioan.And.

d ¶ Minus rõnabilem.] vt quia peccatum fuit in decretalẽ, cordi, vel in decretalem, vt debitus, vel causa non est reperta vera. Ioan. An.

e ¶ Remittere.] quid de attentatis? videbis inf.eod.non solum. de quo hic Inno. & breuius. Host.

reuocẽt a aut denunciẽt esse nullas.

¶ *Ex quo archiepiscopus pronunciauerit male appellatũ ante sententiam: statim debet causam ad suffraganeũ remittere. hoc dicit.*

¶ Cum autem ad Remẽsem archiepiscopum, ab audiẽtia suffraganei sui, super aliqua causa fuerit ante sentẽtiam b appellatum: idem archiepiscopus (postquam de appellatione cognito c cõstiterit eam minus rationabilem d extitisse) causam ad eundem suffraganeum remittere e non postponat.

Idem.

¶ *Si iudex requisitus nõ tradit apostolos, & postea procedit in causa, non valet processus: nisi renunciatũ fuisset appellationi. Ioan. And.*

CAP. IIII.

VT † super f appellatione ac eius cã instructio g facilior h valeat in processu haberi: districte præcipimus, qđ ille i, à quo appellatur, apostolos appellanti (iuxta tenorem constitutionis k nostræ super hoc editæ) tribuat requisitus. l Si vero nõ exhibuerit: extunc m si forte in causa procedat (nisi appellationi renũciatum n fuerit) † eius inualidus & irritus o sit processus.

¶ Clemens quartus.

¶ *Iudex appellationis iniquæ appellationem ante sentẽtiã remittere debet ad iudicem principalem, & in expensis condemnare, & hoc si principalis iudex non detulerat appellationi: sed si detulit, non fiet remissio de necessitate. In appellationibus interpositis à diffinitiua, antiqua iura seruentur. Ioan And.*

CAP. V.

CVm † appellatio-

VT super.] Pro intellectu huius est p̃supponendum illud ꝙ dr̃ in c.non solum.inf. eo. tit. videlicet quòd validitas gestorũ post appellationẽ ab interlocutoria pendet ab exitu appellationis: ita quòd gesta per iudicẽ à quo, inter appellationem & prohibitionem non retractantur: nisi in fine appellationis, postquam fuit dictum bene appellatum, & male iudicatum.

CASVS. Prætendebam te debitorem meum: feci te conueniri coram iudice competenti: qui tulit contra me aliquam interlocutoriam, à qua appellaui: & eum requisiui, vt daret mihi apostolos.i.respõsionem: iudex nullos voluit dare apostolos: sed contra me tanquam contra contumacem processit: vtrum valeat eius processus post appellationem & requisitionem apostolorum, supposito ꝙ appellatio sit frustratoria? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ vt facilior habeatur instructio apud iudicẽ appellationis, præcipit vt iudex à quo, det apostolos: etiã si appellatio sit frustratoria: aliàs suus processus non valeret: vnde si apostolos dedisset, valeret in capitulo, non solum.inf.eo. Requisitus, nam à iudice à quo, debent peti apostoli cõgruo tempore.cap.ab eo. inf.eo.tit. Not.primo cãm propter quam iudex à quo, tenetur dare apostolos parti appellanti: videlicet vt facilior instructio causæ appellationis valeat haberi: etiam si appellatio sit frustratoria: & dederit iudex à quo, apostolos refutatorios Nã in apostolis refutatorijs inseritur causa quare fuit appellatum: & quare iudex non detulit appellationi. Nota vlterius quòd iudex à quo, tenetur dare apostolos si requiratur. Vnde sciendum quod requisitio apostolorum est necessaria quantum ad pœnam huius c. & c.ab eodem.inf.eo. veruntamen si iudex non fuerit requisitus, non tenetur dare apostolos. Nota insuper principalem effectum istius capituli: si iudex à quo requisitus dare apostolos: illos non det, sed in cã ipsa procedat: processus eius erit nullus: & retractabitur per iudicem appellationis: secus si dedisset apostolos: quia tunc nõ retractaretur eius processus: nisi ille quẽ fecisset post inhibitiones iudicis appellationis.

[Prima glossa tria facit ponit summam, diuisionẽ, & quid supplet.]

f ¶ Vt super.] si iudex requisitus non tradit apostolos, & postea procedit in causa, non valet processus: nisi renũciatum fuisset appellationi. Diuidit decretalem in duas partes: in quarum prima ponit ius antiquum, in secũda pœnam iudicis non seruantis. Et emanauit suppletorie ad decretalem sup.eo.cordi.

g ¶ Causa.] debet enim apostolis causa appellationis exprimi, & causa delationis vel repulsionis. sup. eo.c.i.

h ¶ Facilior.] concor. sup.eo.lib. de elect.cupientes.§.ad hæc.

i ¶ Ille.] iudex scilicet quando extra iudiciũ 2 appellatur, consueuit appellãs dicere: & apostolos peto, si sit qui ipsos dare possit & dẽat.

K ¶ Constitutionis.] sup.eo.tit.cordi.

l ¶ Requisitus.] cum debita instantia, loco & tempore congruo: aliàs pœna sequens locum nõ habet. inf. eo.tit.ab eo.2.responso.

m ¶ Extunc.] idest, ex quo negauit expresse, vel inf. tempus debitum negligenter vel malitiose nõ tradidit.inf.eo.tit.ab eo.in fine.

ADDITIO. Host.sup.eo.cordi. dicit, ꝙ si ex quo petiti sunt apostoli, iudex in aliquo procedat antequã sint exhibiti, irritus est processus: allegat hanc decre. & secundum hoc deberet exponi, ex tunc: ex quo requisitus fuerit: quod non placet, & istud, ex tunc, reperitur in decr.ab eo.Ioan.And.

n ¶ Renunciatum.] tacite vel expresse, sup. de offic. dele.gratum.de test.cum venissent. Ioan.And. Idem Archidiaconus.

[Glo.seq.soluit dubium.]

o ¶ Irritus. 3] posito, quod aliàs valeret de iure puta, quia frustratoria esset appellatio cui deferendum non est.inf.c.proxi. Archidiaconus tenet idem.

CVm appellationibus.] Prima pars loquitur de appellatione cui non defertur: Scđa ibi: Si vero: de illa cui defertur: Tertia protestatur: ibi, Saluis.Io.An. ¶ Emanauit istud c.ad declarationem c.vt debitus honor.sup.eo. tit in antiq.& c. Romana.sup.eo. tit.istomet lib.in fi.cap. vbi dicitur, ꝙ si iudex appellationis dicat bene iudicatum, & male appellatum, debet partes remittere ad iudicem à quo: & appellantem condemna-

1 Vide Abbatẽ in c. qua frõte de appel.

† Hæc decr. vt sup olim incipiebat, vt probatio, Et nota cãm quare iudex dẽt dare apostolus quia p̃ illos facili' instruitur cã appellationis cõcordã. tex. C. de app.eos.§. super his.

† Ante processũ iudices: quia si post renũciaret: illa nõ validaret. I. An.Pe.de Anch.Fõ.

2 Nõ hic dice, & vide ꝙ not. s. eo. cordi.in 4.gl. Io. And.

† Vide Perusinũ in c.de priore.extra de appellat. & Cep.cautela 45.

3 Et ita tã quã attentatum dẽt reuocari: ita tenet Rota eo. tit. decis. 3.i nouis, sed limita, put in decisiõe Rotæ. 13. eo. tit. Et in nouis.

demnare in expensis .Istud cap.limitat illa iura:videlicet ꝙ intelliguntur quādo iudex à quo nō detulit appellationi:quia si detulerit, non tenetur iudex appellationis facere remissionem:nisi velit.

CASVS. Tu & ego litigabamus corā aliquo iudice, qui tulit ɔ̃ te aliquā interlocutoriā, à qua appellauisti , inserta causa in tua appellatione, quam iudex à quo sciebat falsā:vel forte illa causa expresse non erat falsa : sed tñ non erat rōnabilis: Certum est, ꝙ iudex a quo,nō deferet huic appellationi : nec debet timere , ꝙ iudex ad quē, retineat cognitionē causæ principalis:Sed ponam⁹,ꝙ iudex à quo, dedit apostolos reuerētiales vel dimissorios:& sic admisit appellationē; postea iudex appellationis pronunciauit male appellatum,& bene iudicatum,certū est,ꝙ debet te appellātem condemnare in expensis : Sed vtrū teneatur remittere causam principalem ad iudicē à quo? Rñdet ꝙ non : nā ex quo iudex à quo , detulit appellationi friuolæ,vr̄ abdicasse à se cognitionem causæ principalis , ideo iudex appellationis poterit retinere cām principalē:tñ si velit,remittet ad iudicem à quo.Quādo iudex à quo , p̄sumit appellationem friuolam:nō deferrat appellationi,sed det appellanti apostolos refutatorios.Faciens expensarum.quæ condemnatio expensarū eadem die fieri debet in l.Paulus.alleg.in gl. vel ēt potest fieri condemnatio expensarum,sicut ꝓfertur sententia :'nam condemnatio expensarum fit officio iudicis mercenario, qđ inhæret actioni , ideo finita actione non durat.Nota primo, ꝙ iudex à quo, non defert appellationi friuolæ,quæ interponitur sine causa , vel si cā est irrationabilis, aut est falsa.immo si deferat , peccat mortaliter. Nota ꝙ cum iudex appellationis pronunciat bene iudicatum & male appellatum,debet remittere negotium principale ad iudicem à quo. ꝙ est vtrū in alio iudice à Papa: nā Papa posset retinere negotiū principale , licet pronunciet bene iudicatum & male appellatū.Nota vlterius, ꝙ iudex appellationis qui pronunciauit male appellatum & bene iudicatū, debet appellantē in expensis condemnare , sed condēnatio debet fieri tēpore ꝓlationis sententię:vel ad minus eadem die; quia expēsæ non petuntur , nisi officio iudicis mercenario:qđ non pōt implorari:nisi durante causa Et si fiet condēnatio expensarū eadē die,dicitur fieri durante instantia:Nam quę incontinenti fiunt, inesse videntur.l.lecta ff.si cer.pet.secus de expensis,q̄ petuntur rōne cōtumaciæ , nā illæ petuntur iure actionis in factū descendente ex edicto,si quis in ius vocatus nō ierit.de quo in l. sancimus. C.de iud.c.2.de procur.in antiq. Nota ꝙ si iudex à quo,iniuste admittat appellationē, pōt iudex appellationis ēt ab initio antequā cognoscat de meritis causæ appellationis retinere cām principalē:& sibi imputet iudex à quo, quare detulit appellationi friuolæ : multo magis si iudex appellationis cognouerit de articulo appellationis poterit retinere cognitionē causæ principalis. Nota finaliter, quòd ad iudicem ad quem, pertinet cognoscere de legitimitate appellationis.ad hoc s̃.de rescri.dilectus secundo.in prin Dominicus.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Cum appellationibus.] iudex appellationis iniq; appellantem añ sñīam remittere debet ad iudicē principalē & in expensis condēnare , & hoc si principalis iudex nō detulerat appellationi:sed si detulit, nō fit remissio de necessitate. In appellationibus interpositis à diffinitiua, antiqua iura seruent̄.I.A.

nibus [a] friuolis nec iustitia deferat , nec sit à iudice deferendum [b]: si iudex inferior [c] appellationem minus legitimam non admittat [d] , eam appellatore nihilominus prosequēte , superior de ipsa cognoscens causam ad priorem iudicem (iuxta sanctiones canonicas [e]) sine difficultate remittat ; eadem die [f] condemnationem faciens expensarum. ¶ Si vero iudex admittat eundem , [g] licet tam appellatio , quàm ipsius iudicis delatio à superiore valeant refutari [h] †:quia tamen iudex ipse quantum in se [i] fuit , à se iurisdictionem abdicauit eandem,appellationi deferens [k] minus iustę , totius causæ decisio in superioris est potestatem transfusa :nec est illi causa , de necessitate vlterius remittenda [l] : Saluis ijs , quæ super appella-

[Glo.seq.reddit causam, & dat simile.]

b ¶ Deferendū.] habet enim iudex iustitiam imitari.de verb. sig.forus. in fi.& merito non est deferendum appellationi friuolæ:non em̄ fuit inuenta,vt esset iniquitatis defensio, sed innocētiæ p̄sidiū. s̃.eo. ad nostrā.& c.cū ep̄ali. §.porro.sic & iuramentum,non fuit inuētum vt esset vinculum iniquitatis.s̃.eo. lib. de iureiur.cap.1. cum suis concord.

c ¶ Iudex inferior.] à quo appellatum fuit ante sententiam.

d ¶ Non admittat.] tradere tamen apostolos non est deferre,vt dixi supra eod.cordi.

e ¶ Canonicas.] s̃. eo.vt debit⁹.& e.tit.& lib.c.Romana.in fi.hoc verū nisi iudex deferat , vt ĩ.eo.c.2.in fi.

f ¶ Eadem die.] ea enim quæ sententiam concomitātur , eadem die qua principale expediri debent:sicut fructus & expensæ ff.de re iudi.l. Paulus , de hoc 35. q.9. c.loci.§.quia ergo.aliàs incipit , his ita.& dicam ĩ.de reg.iur.contra eum.

g ¶ Eandem.] scilicet friuolam appellationem.

[Glo. seq. reci. ꝓ q̄stionē,& solutionē distinguētē.]

h ¶ Refutari.] per hanc litteram dico,ꝙ si iudex detulit appellationi frustatoriæ , & superior ad quē appellatum fuit , remisit:eo non obstante ꝙ detulerar, ꝙ ipse cognoscit ex priori iurisdictione ordinaria, vel delegata quā habebat,& nō ex noua demandatione. Si enim ille refutat delationē : ergo ille remanet iudex qualis erat 1.Hæc vera,nisi superior hoc expresse ageret,scilicet,ꝙ delegatum eum ad causam daret: quod posset cum ipsius causæ sit iudex , vt sequitur.

i ¶ In se.] Nota pro ijs quæ not.supra de renun.quod in dubijs,& c. vltimo in glo 2.

k ¶ Deferens.] & male.& talis reatus merito debuit ab ipso honorem excludere iudicandi.C.vbi sena.vel cla.l.1. de necessitate ergo nō fiet ad ipsū remissio,ff. sol.'matr.l.si ab hostibus. §.1.ff.de pact.l.tres fratres. ADDITIO. Facit ĩ. de hære. vt commissi.in fine & c.2.§.ad hoc.Ioan.Monachus.

[Glo.seq litterā exponit,& dat simile,scđo qōnem soluit quattuor rōnes īducēs , sed primā impugnat.]

l ¶ Remittenda.] ad ipsum iudicē qui detulit , voluntarie autem posset ipse iudex superior remittere si vellet, & est simi.de renun.c.vlt.Et nota 2.per hanc litteram terminatam quæstionē,qua quæritur, an termini assignatio,quā facit iudex à quo appellatum est habeat vim delationis,vides enim quòd si detulit ,nō reassumitur iurisdictionem, etiā si frustratoria fuerit appellatio ,sed elapso termino assignato,& appellatore negligente , reassumit iudex iurisdictionem.s̃.eo. sæpe. Vel satis posset dici , ꝙ decre. ista locū habet cū appellās prosequitur:si enim non prosequeret̄ , tunc non obstante delatione reassumet iudex iurisdictionem per iura p̄dicta:& ꝑ hanc litteram quæ dicit supra;appellatore nihilominus, &c.ad hoc facit,ꝙ no. Bern. de ma.cōtract. ɔ̃.inter. eccle. c.2.in.glo.sed probatur id.

† Et rōqa culpa alicuius nō dēt aliū plus grauare, q̃ velit. arg.no.in l.si qs pluriū. ff. de legat. 1. Anch. sicut periurus non p̄stat iuramētū honoris sed oneris,ne culpa sua alios grauet. Font.

1 Idē Arch. alleg. not.ꝑ Inno. de rescrip. ab excōicato.i gl. 2. Induci t ēt litterā remittenda,q̃ sequitur. cū n. possit voluntarie remitti:ergo remāsit iurisdictio apud eum ad hoc s̃. eo. tit de offi.dele. q̃uis. de proc.is q. s̃m hoc ergo intelligenda est littera trāsfusa, q̃ sequitur. Io. And.

2 Idē hic Archid. Io. And.

baĩ id optime ꝑ decre. s̃. eo. oblatæ. in prin. vbi deferre, & terminum ad prosequendũ assignare ponunẽ vt diuersa. [In dicto c. oblatæ, remisi ad Spe. eo. tit. §. nũc dicamus. in fi. vbi not. quid iuris, si notarius scripsit, ꝙ iudex benigne recepit.] Item videẽ, ꝙ aliter debeat mittere appellãs qñ delatũ est., & aliter qñ solus terminus est ꝑfixus, ꝙ dic vt not. s̃. de renũ. veniẽs. in glo. sed non vr̃, & patet. s̃. eo. sæpe. Itẽ si ꝯtrium diceretur, iã sequeretur, ꝙ omni appellatiõni deferretur à iure: cum ab ipso iure ipsi prosequẽti statutus sit terminus. 2. q. 6 ei qui. s̃. eo. cum sit. & c. ex rõne. sicut ergo ius terminũ simpliciter statuẽdo non detulit, & sic de iudice eadem ratione est dicendum. Vide Archid. 2. q. 6. appellatore.

tionibus post sententiam interpositis sunt statuta [a],

¶ Bonifacius Octauus.

¶ *Si appellans infra xxx. dies instanter non petit apostolos: appellationi renũciat. Si iudex modo debito requisitus illos non tradit, sed postea procedit: non valet eius processus. Ioan And.*

CAP. VI.

Ab eo [b] qui appellat infra triginta dies [c] instanter [d] apostoli peti debent, & eidem infra dictum tempus à iudice exhiberi: aliàs præsumitur † appellationi suæ renunciare appellans, si eos infra idem tempus petere prætermittat, etiam si vadat [e] aut mittat ad appellationem huiusmo di prosequendam. ¶ Illud autem quod fælicis recordationis Innocẽtius

di per appellantem, non per appellatũ. Nota secundo quòd non est necesse, quod apostoli petantur eodem momento temporis quo appellatio interponitur: sed possunt peti ex interuallo: dum tamen infra xxx. dies & idem not. gl. in clem. 2. eo. tit. quæ incipit: lex dicit, in fine. Dominicus.

[Prima glos. summat.]

b ¶ Ab eo.] Si appellãs infra triginta dies instanter non petit apostolos, appellationi renũciat. Si iudex modo debito requisitus illos non tradit, sed postea procedit, non valet eius processus.

[Glossa seq. allegat concordantias, dicit quid de iure veteri: soluit dubium, & solutionẽ declarat.]

c ¶ xxx. dies.] 2. q. 6. c. ei qui. §. iudicibus. & C. de appel. iudicibus. olim dabantur solum quinq; dies 2. q. 6. ab eo Et currunt isti dies à die sñiæ. vt in prædicto. §. iudicib. & prædicta l. iudicibus. quod verum intelligo quando est appellatum infra x. dies, cũ enim non teneatur quis appellare nisi à tempore sententiæ ad hoc ĩ. eo. cõcertationi. pone, ꝙ post xxx. dies appelletur: tunc impossibile fuit tẽpora à die sentẽtię computari, & tũc puto illos xxx. dies à die sententiæ computari. ad hoc. C. de tempor. appell. l. 1.

ADDITIO. Determinat ĩ & determinatio hoc intendit, ꝙ tempora petendorũ apostolorum currere incipiunt vnà cum tempore appellationis interponẽdæ & sic à tempore sententiæ. Et similiter quod not. ff. de excu. tuto. l. quinquaginta Sic etiam no. in clem. eo. tit. c. 2. in 3. glo. Ioan. And.

† Præsũptione iuris & de iure: dicit Phi. ꝗ nõ audit. gl. in c. is q. de spon. nisi fuisset impedit' ar. ca. fi. s̃. q ma. accusa. possunt. Fõ.

ADDITIO. Itẽ iudex pro refrænanda malitia appellantis restringit sibi terminum iuris, quod põt. s̃. eod. cum sit. ergo non potest dici, ꝙ per id illi faueat, cum à sua iurisdictione laxãdo. s̃. de translat. c. 2. ver. nec quòd. & facit quòd hic dixi in text. in gl. dubitatur. ad fin. 2. quæstionis. Ioan. And.

[Glo. seq. reddit rationem diuersitatis, & in fi. quærit, & remittit.]

a ¶ Statuta.] est autem ratio quare illud in appellationibus à diffinitiua interpositis. quia iuste potuit iudicare iudex, scilicet secundum allegata & probata, & iuste posset ipsius contrarium iudex appellationis ꝓnũciare ꝑ ꝑ nouas probationes. C. de tẽp. & repara. appel. ꝑ hãc. de testib. fraternitatis. s̃. de fide instru. cũ Ioannes. & ideo deferendo appellationi à diffinitiua interiectæ, nõ potuit increpari iudex: Sed secus in appellatione ante diffinitiuã interposita: qa ibi fit querela tantum de iniquitate iudicãtis, ad hoc s̃. eo. interposita. §. vlt. An autẽ si iudex appellationis pronunciet bene iudicatum, & male appellatũ: ipse idẽ vel primus iudex habeat exequi sententiam. not. s̃. eod. de offi. deleg. pastoralis. §. præterea. in glo. vlt.

ADDITIO. Et vide s̃. c. Romana. §. fi. sup. 1 gl. I. A.

Ab eo.] Primo ponit tp̃s petendorum apostolorũ: Secundo declarat capitulum, vt super. s̃. eo. Secunda ibi, Illud autem. Dominicus.

CASVS. Tu & ego litigabamus corã aliquo iudice, q tulit aliquam sñiam ĩ te, à qua, appellauisti in scriptis, inserta causa rõnabili in tua appellatione, certũ est, ꝙ teneris petere apostolos iudicis à quo. c. 1. s̃. eo. Sed vtrum teneris petere statim? Rñdet ꝙ nõ: sed illos debes petere instanter & sæpius infra xxx. dies: q xxx. numerantur à tempore sententiæ latæ, qñ fuit appellatum infra x. dies: si autem appellatũ fuit post x. dies: tunc isti xxx. dies. currunt à tempore secutæ sñiæ. l. 2. & 3. C. quomodo & qñ iudex: & nõ à tempore notitiæ, puta si fuerit lata sententia ĩ absentem, & appellauit forte à die sñiæ post xv. dies. Sed ponamus ꝙ appellans non petijt apostolos? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ habetur pro non appellante, & vr̃ renunciare appellationi: ita ꝙ iudex à quo, procedat ad vlteriora, ac si non esset appellatũ. Sed quid, appellans petijt apostolos, sed iudex noluit dare? Dictum fuit supra ꝙ non valet processus, Sed vtrum illud sit verũ indistincte posito ꝙ semel requisiti fuerint apostoli? Rñdet, ꝙ nõ: sed dẽt iudex requiri instanter iteratis vicibus congruo loco & tẽpore, aliàs perinde est ac si nõ esset requisitus. Nota primo, ꝙ apostoli sunt petẽ-

[Glossa sequens allegat duo similia, secundo quærit. arg. pro, & pro hac parte opinionem recitat, & soluit contrarium.]

d ¶ Instanter.] sic 100. di. prisca. s̃. de renun. quidam. Quid si quis dicat, apostolos peto, & iterũ 1 peto, & cum instantia peto, nunquid dicetur instanter petiuisse? Vr̃ ꝙ iterationes illæ habeantur solum pro vna petitione: sicut cum quis dicat, appello, appello: vnica appellatio. 31. q. 3. Lotharius. §. præterea 2. Consuetudo q̃ est optima legum interpres. s̃. de consue. cũ dilectus. interpretatur talem petitionem instantẽ dici. qđ tenet Guli. in Spec. tit. de appel. §. sequiẽ. ad fin. dicẽs, ꝙ hoc nunquã vidit opponi: & ꝙ satisfaciat, q instanter in ipso actu appellandi illos petit. Tu dic [cũ Archid.] ꝙ debet illos iterum petere, cum textus dicat eos instanter & sæpius petendos. 2. q. 7. c. si quis erga. exponitur sæpissime. id est tertio.] 2. q. 6. post appellationem. & ĩ. dicit, cum debita instãtia. & ad hoc ĩ. de senten. exc. constitutionẽ in fi. hodie dic, vt in cle. eo. tit. quamuis. 1. responso. Iudex tamen etiam nõ petenti apostolos dare debet. C. de appella. quoniam. & melius. l. eos. in fi. 2. q. 6. ab eo. Sed licet tũc non det: non habet locum pœna de qua ĩ secundo responso.

ADDITIO. Vide quod dixi post Hostien. s̃. eod. cordi. super ver. præcipimus. Ioan. And.

[Glo seq. obijcit, & dupliciter soluit.]

e ¶ Vadat.] sed nonne iter arreptũ habeẽ pro appellatione. s̃. e. dilecti filij 1. Forte illud hodie correctũ est ꝑ decre. vt debitus. de appella. Vel licet habeaẽ pro appellatione, cũ tamen appellatum est verbo, nõ habeẽ pro apostolorũ petitione, vt hic idem archidiaconus. Et fuit hoc statutum, vt facilior instructio per apostolos habeatur. s̃. eo. vt super. simile est vbi nõ sufficiat factũ: quia requiriẽ verbũ, s̃. de elect. ecclesia vestra,

1 Iterata petitio habetur pro vna sola. vide Felinũ in c. si cautio. & in cap. ex litteris. extra de fide instrum.

2 Et facit ꝙ not. de illo qui vno instãti iter dicit solue. ff. de pigno. actio. si cõuenirit. ĩ glo fi. Io. And.

ADDI-

ADDITIO. Cum concordantijs quas ibi dedi super glo.2.Ioan.And.

a ¶ Decreuit.] supra eo.tit.& lib.vt super.Ioan. And.

b ¶ Loco 1] quia non cum equitat, vel per viam pergit,& quod dicit, tempore, id est infra dictos triginta dies: vel non de nocte: vel cum est in prandio, vel missa.

†Adde ad gl.l.1.§. addeundi.ff.quãap pel.sit. P. de Anch. Pont.

c ¶ Expresse.] hoc est aperta vel manifesta rebellio. ad idẽ ꝭ. de senten. excom. venerabilibus.§.secus.

d ¶ Negligenter.] hic dolus & negligentia æquiparantur,& facit ad ea quæ dixi. ꝭ. eo. lib.de elect. si cõpromissarius.Ioan.And.

Non solum.] Hæc est solemnis decreta. & habet materiam vtilem & quotidianã Sunt duæ partes, prima loquitur de appellatione interiecta à diffinitiua, secũda de interiecta post: ibi, Illa. In qualibet harum à suo generali dicto vnus casus excipitur. In prima: ibi, Exceptis. In secunda: ibi, Nisi. Præmittit quod sit remediũ attẽtati,& in quo differat ab interdicto vnde vi: cuius differentiam habes per Inno. in ca.ex parte.sup.de rescrip.de maio.& obed.dilecti, per gl.in clem.2. vt lite penden. Dominicus.

¶ Præsupponendũ est qđ habetur in l. q incipit.pſes. C. eo.tit.videlicet, ꝙ cũ appellatur à diffinitiua, si iudex à quo, aliqua attẽtauerit, forte exequẽdo sñiam, vel aliquid innouando post sñiam: iudex appellationis ante oĩa debet illa cassare & reducere ad primum statum. Istud c.declarat de quibus attentatis intelligitur.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram ordinario iudice vel delegato; qui tulit aliquam sentẽtiam ꝯ me, à qua appellaui non illico, sed forte die decima: iudex à quo, aliqua innouauit post sententiam, ante appellationem,& post appellaui, releuaui,& petij vt iudex appellationis reuocaret illa attentata ante appellationem meam: vtrum possit & debeat hoc facere iudex appellationis? Respondet, quòd sic: nam ad iudicem appellationis spectat reuocare attentata: etiam ante appellationem post sententiam, & non solum post appellationem. Sed quid de attentatis post appellationem ad interlocutoria: vtrum iudex ad quẽ, debeat illa reuocare vt attentata, antequam cognoscat de meritis causæ appellationis? Dicit quòd non, sed cognito de meritis causæ appellationis, & pronũciato bñ appellatum,& quòd male fuit interlocutum reuocabit attentata, & hoc verum, nisi attentata, de quorum reuocatione quæritur, fuissent attẽtata post inhibitiones debito modo factas; quia iudex ad quẽ, decreuit citationem per quam inhibitum fuit iudici à quo, ne procederet in cã,& si hoc non obstante iudex à quo processit, tunc illa attentata dẽnt reuocari antequã cognoscatur de meritis causę. Nota primo ꝙ ad officium iudicis ad quẽ, spectat cassare, reuocare, annullare attentata post sñiam diffinitiuam, ẽt post appellationẽ; & hoc priusquam incipiat cognoscere de meritis causæ appellationis, an bene vel male iudicatum fuerit. Nota ꝙ gesta ꝑ iudicẽ à quo, post appľonẽ ab interlocutoria non reuocantur: sed remanent in eodem statu, donec sit recognitum de meritis causæ appellationis, videlicet ꝙ probatum sit, ꝙ cã inserta in appellatione sit vera. Nota ꝙ iudex appellationis nõ põt inhibere iudici à quo, ne in principali procedat: usq; constiterit iudici appellationis, quòd negotiũ sit ad ipsum deuolutum:& hoc per instrumentum appellatorũ & hoc verum, loquẽdo de interlocutoria.cap. Romana.sup. eod.tit.& lib.

Papa iiij. prædecessor noster statuẽdum decreuit [a], vt si is à quo appellatur, apostolos appellanti non tribuat requisitus, extunc si forte in causa procedat (nisi appellationi renunciatum fuerit) eius inualidus sit processus: tunc demum obtinet, cum iudex super hoc cum debita instantia loco [b],& tempore congruo requisitus, eos expresse [c] denegat, vel infra præmissum tempus malitiose aut negligenter [d] illi tradere prætermittit.

¶ Idem.

¶ *Innouata per iudicem post diffinitiuam sententiã, à qua appellatum extitit, reuocantur statim per iudicem appellationis: etiam si ante appellationẽ fuerint innouata. Attẽtata vero post appellationem ante diffinitiuam, non reuocantur nisi primo de veritate constiterit. nisi post inhibitionem debito modo factam attentata fuissent. Ioan.And.*

CAP. VII.

Non † solũ [e] innouata post appellationẽ à diffinitiua [f] sententia interiectam, debent semper (exceptis casibus [g], in quibus iura post sententiam ꝓhibent appellare) ante [h]

[Prima glossa summat,& dicit quid declaret.]

e ¶ Non solum.] innouata per iudicem post diffinitiuam sententiam, à qua appellatum extitit, reuocãtur statim per iudicẽ appellationis, etiã si ante appellationem fuerint innouata. Attentata vero post appellationẽ ante diffinitiuam, non reuocantur, nisi primo de veritate constiterit: nisi post inhibitionẽ debito modo factam attentata fuissent. Ortum habuit ista decretalis ex his quæ not. Inno. & Hostien.sup. eo.bonæ.de offi.deleg.pastoralis.§.præterea.de excep. dilecti. de elect. dudum 2. & plene per Gar. de elect. cupientes.§.penult.in fine.

†De ĩtellectũ vide Alex. ꝯs. 89.in inf. volum.& Imolã in cle. 1. de ca. pos.& ꝑ versi. nota bonũ dictũ.

f ¶ A diffinitiua.] distinguit igitur hęc decre.inter appellationẽ à diffinitiua & ab interlocutoria interpositã, vt ẽt prædicti doctores dicebãt:& ratio infra patebit.

[Gl.seq.exemplificat,& rationem reddit, secundo quærit,& distinguendo soluit.]

g ¶ Casibus 2.] vt quia contumax fuit in non veniendo: vel insignis latro: vel criminosus notorius, ad hoc sup.eo.tit.& lib.Romana,§. si aũt.sup. eo proposuisti. 24.q.3.de illicita.& idem in alijs casib. quos habes 2. q.6. ei qui.§.sunt ẽt quorum. C. quorum appell. non rec.l.1.2.3.4.5.& 6.ff.de appel.reci.vel nõ l.pen. & vlt. sup.eo.constitutis 2.in his casib. esset iniquum, ꝙ appellatio executionem sententiæ impediret: cum tali appellationi non sit deferendum, vt in prædictis iuribus. Sed quid dices pars appellata dicit casum talem esse in quo appellari nõ potuit: & ideo talis appľonis obtentu reuocationem fieri non debere per modum attentati: appellans cõtradicit: pone in terminis, dicit enim fuisse vere contumacem in non veniendo, appellãs negat, quid erit in dubio, fietne reuocatio? Dixit in hac quæstione Gar. [& Ioan. Monac.] forte distinguendum, vtrum pars appellata velit incontinenti ꝓbare illam contumaciam: dicens hodie cõstat, &c. an dilationes longiores expetat. In primo casu non fiat reuocatio: in secundo sic. Ad hoc ff.ad exhib.l.3.§.ibidem.de restit.spol.litteras.sup.eo. lib. de excep.pia.ꝭ. de testi.veniẽs 2.ff.vt in poss.leg.si is à quo.cum similiàs semper contumax negaret se contumacem: & idem in similibus.

2 Ad hãc gl.præter Frãchum hic vide Oldradũ cõs.18. & notata ꝑ Bal. in l. addictos. C. de epa li audiẽt. & in l. si. C. si à nõ compet. iud.

[Glo.seq.signat contrarium,& soluit.]

h ¶ Ante oĩa.] & sic non expectabitur euentus litis, vt in proximo casu. Scias tñ, ꝙ de hoc primo constare necesse est, s.quod fuerit diffinitum & appellatum, & post attentatum: vnde vides quòd supra ponit pro cõstanti: scilicet quòd sint innouata Sed contra videtur dicere lex ff.de appel.cum ex causa, quæ dicit, quòd ex tunc

1 Idē dicunt Io. An. Do.& Phil. tenētes, ꝙ ista attentato rū reuocatio peti pōt semp ante ↄclusionē in causa. & vide Fel. de istis attētatis in c. dilecti. de maio. & ob. Fo.

† al. cōtigerit.

ex tūc reuocabitur quod factum est per appellationē, cum appellans meliorem snīam meruerit obtinere: ergo non ante. Sol. Ibi non negatur quinetiam ante reuocari possit 1, quod conceditur per alias leges. ff. nil inn.app.pen.in rub.& nigno, & sic vacat ibi arg. à contrario, sicut & C. de episc.& cleri.l.conuenticulam.

a ¶ Infra decēdium.] secus si post: q̄a tunc non teneret appellatio, nec ipsius prætextu fieret attentatorū reuocatio. sup. eo.tit. & li.Romana.§.si vero. Sunt aūt isti dies vtiles à principio, & in progressu cōtinui, & fit ipsorum computatio de momento ad momētum, quod dic vt plene not. 2. q. 6. anteriorum. in glo.1. & 2.

b ¶ Innouari.] hic repete, debent ante omnia per appellationis iudicem penitus reuocari, ac si, &c.

[Glo.seq.reddit rationem textus.]

omnia per appellationis iudicem penitus reuocari: sed etiam ea omnia, quę medio tempore inter sententiam & appellationem (quæ postmodum infra decendium a interponitur ab eadem) contingit † innouari b, ac si post appellationem eandem innouata c fuissent. ¶ Illa vero quæ post appellationem interpositam ante diffinitiuam d sententiam innouantur, donec appellationis causam veram esse constiterit, reuocari non debent: nisi iudex e appellatiōis (postquam sibi constiterit per appellationem emissam, ex causa probabili fore ad se negotium deuolutum f) inhibeat canonice iudici à quo appellatum extitit, ne procedat: tūc enim quicquid g post inhibitionem huiusmodi fuerit innouatū, est (licet causa h eadem non sit vera) per eundem appellatiònis iudicem, ante omnia in statum pristinum reducendum i.

g ¶ Quicquid.] intellige, ꝙ per ipsum iudicem attentari nō possit, hoc dico; quia quædam possunt iudices a quibus appellatum est, sicut est reformare possessionem appellanti cum sibi turbata fuit; omittere tamē debet articulum super quo appellatum est.sup.eo.tit. cum teneamur. Vide qđ ibi dixi, remittendo ēt ad xvj. tales casus, quos colligit Guli.in Spe 2.par. eo. tit. §.pen. Itē si appellans nimis prolixū terminum assignauit, pōt moderari sup. e.cū sit Romana, & c.consuluit.in fine.

h ¶ Causa.] p̄p quam appellatum extitit.

[Glo.seq.tractat q̄d de attētatis à tertio: & quid de attentatis à parte. In primo mēbro collige bimēbrē distinctionem. ad primum membrum obiicit, & dupliciter soluit. In secūdo distinguit hæc membra: aut attentatum est irreuocabile, aut reuocabile, & si reuocabile, aut illicitum, aut licitum, & si licitum, aut appellatio est extraiudicialis, aut iudicialis, in fine quærit, & soluit.]

c ¶ Innouata fuissent.] & est ratio; quia sicut post appellationem à diffinitiua nil attentari dēt, vt s̄. 1.rn̄so. sic nec pendēte iure, quod cōpetit cōdemnato ad appellandum, s. vsq; ad decem dies. Indultum.n.a iure beneficium, &c.inf.de reg.iur.indultum.28.dist.de his.in fi. Vnde sicut ius alicui non dēt auferri, ita nec spes ad ius.ff.de vsufruct. quemadmodū caue.l.si vsusfructus mihi.in princ.ff.de adulte.si vxor.§.1.Tunc.n. proprie dicitur iudicatum, quando infra illud appellari non potest.sup.de re.iud. quod ad consultationē. Et an hoc habeat locum in sententia excommunicationis, vide quod dixi inf.de sent.excom. venerabilibus. §. porro, & notabatur ꝙ hic dicitur. ff. nil inno. app.pen.l 1.in prin. in 1.glo. ff.de verb. sig. si qua pœna.circa medium.

ADDITIO. ff.de appel.cōstitutiones, & per Gof. de accu.ad petitionem. Ioan. And.

d ¶ Ante diffinitiuam.] s.ab interlocutoria vel grauamine huiusmodi autē dicti est ratio; quia in casu isto appellatio debet interponi expressa causa probabili. Et ex alia causa, vel ex nouis, vel nouiter probandis processus impugnari non pōt, vt in clem.eo. tit.appellanti. Nec sufficit causam esse probabilē, nisi sit vera. sup.eo.interposita.in prin. Est igitur necesse, ꝙ prius constet de veritate 2. In euentum ergo litis scietur an attentata veniant reuocanda nec ne. & est simile sup. de frigi. fraternitatis. Nec est hoc ius nouum. immo probatur expresse per antiqua iura, non.n. semper Papa in appellationibus ante sententiam interiectis mādat, si est ita, reuocato in irritum, &c. sup.de rescri.significante, & duobus c. seq.sup.de iud exhibita.s̄.eo. significantibus.cum multis similibus.

2 Glo.sequunē doctores & procedit ēt si iudex à quo. s. ꝙ iudex ad quem incępisset cognoscere & ei hoc intimasset: quia intimatiō sine expressa, phibitione cū nō ligat.

ADDITIO. Alleg.Archid.de dilat.c.1.sup. eo.sæpe ver.quòd si.& cap.ex parte 2.& quod no.54.distin. quis autem. Ioan.And.

[Glo.seq.addit alium casum.]

e ¶ Nisi iudex.] ponit vnum casum exceptū à primo generali dicto. Aliū casum posses addere, qn̄.s.iudex ipse detulerat appellationi.sup.cod.tit.& lib.cum appellationibus. Ioan.And. idem Io.Mon.

f ¶ Deuolutum.] alias inhibere nō posset. sup. eo.tit. & lib.Romana.§.si vero.& §.seq.

[Glo.seq.recita per questionem.]

i ¶ Reducendum.] decretalis ista loquitur in ijs, quæ sunt attētata per iudicē, & hoc apparet ex eo, ꝙ dicit; inhibeat canonice iudici, &c. Si aūt aliquid attentaretur à tertio, idest qui nō fuit pars vel iudex in cā illa: attentata non reuocantur per modum attentati à iudice ad quem fuit appellatum, sed per suum propriū iudicem cognito de cā, seruato iuris ordine. s̄. eo.tit. & lib.Romana.§.in aliū.ff de rei vendicatio is à quo. non.n. præiudicat alijs res inter alios acta. sup. de re iudica.quamuis, quod est verum: nisi ille tertius per attentationem illam iurisdictionem iudicis impediret.sup de offi deleg c.1. Non obstat sup.eo.bonæ.vbi vt attētatum à tertio reuocari per modum attentati: ibi.n.fuit generaliter appellatum, nequis super possessione, &c. & ideo molestans non potuit dici tertius, sed potius pars 3 appellata. Alij dicunt, quod illud reducitur in pristinum statum per interdictum vn̄ vi, nō per modum attētati: & secundum hoc non obstat. Idē & per eadem iura intellige si tertius aliquid attētat lite, relatione, vel consultatione pendente. Hæc tamē omnia de tali tertio intelligas, qui cum parte vel iudice nihil attētat illicitum, nec ab eis causam cœpit habere. Ad hoc ff.de except.rei iud.si à te.§.fi. in prin.& l.exceptio. Ioan. aliàs secus sup.de constitut.cum M. in fine. vt lite penden.ecclesia 2. Si autem aliquid attētetur à parte, aut illud de natura sua est irreuocabile, aut reuocabile. Si irreuocabile, puta pendente appellatione, vel lite inter duos super sponsa: alius eorū cum ea per verba de præsenti contraxit, ēt post inhibitionem non fiet reuocatio: quia ex futuro euentu patebit an valeat matrimonium vel non, s. num perpetuum impedimentum præcessit necne, sed bene fiet ad tempus separatio, & alia pænitentia vel pœna imponitur. sup. de matri contract. cōtra interdict. eccle.c. 1.& vlt. Si vero reuocabile sit, distinguo an sit licitum vel illicitum. Si illicitum, vt quia appel. pendent. pars spoliat partem, reuocatur per modum attētati. de appellatio, bonæ.ff.de ædil.edic.ædiles. §. item sciendū. Et ff.de aq.plu.arc.l. supra.iter. §. officium. Et fit talis reuocatio & restitutio ex solo iudicis officio, vt lite pen-

3 Vt apparet hic, ex doctor. mo lestās pōt dici pars qn̄ habet cām a iudice, vt si bannitus appellet, & ego eū offendi, fundome superban no iudicis à quo: iō iudex ad quem me cōpescet, Bar. in l.i.ff.ni hil noua. Ph. Font.

se penden.c.1.& per totum. Fit inquam de plano, & fine libello, facit quod not.s.de interrogat. act. super rubricã.Tenet tñ duo pbare, q innouatũ fuerit, & q lite penden vel appellatione, vt lite penden per totũ. Si vero aliquid attentetur, quod aliàs esset licitũ, vt si quis facit q de iure cõi sibi competunt, puta appel.pen.collegium eligit, vel similia. Si extraiudicialis fuit appellatio 1, talia attentata non reuocãtur per modum attentati: sed pendẽt ex euentu futuro. s. de electionib. cum inter, & c. considerauimus.C.de rei vend. si fundum. Si ante in iudicio fuerat interposita: hic fuerunt opiniones .no.de in integ.resti..c.2. de iure patro. ex litteris.Dic tamen secundum Gar. quòd si lite vel appellatione penden. quis vtitur possessione eo modo quo ante nil innouans illicitum vel dolosum in piudiciũ patris, non habet locum reuocatio per modum attentati: cum nil innouari videatur.8.q.1.nonne. immo circa ipsum fieret innouatio, quod prohibitum est, vt in prædictis iuribus. Si autem dicit aduersarius aliquid immutatum illicite, probet hoc.supra.eo bonæ.de iure patrona. ex litteris, alias pendent ex futuro euentu.de rest.in integ.c.2.nisi prohibitio iudicis ex cã interposita aliud inducat.sup.de preb.inter cętera.supra de desponf. impub. ad dissoluendum.ff. ne quid in loco pub.l.vlt. Vnde vnum scias, qđ si pars appellans aliquid illicitum attentat: eo ipso se indignam facit appellationis beneficio, & procedit iudex à quo appellatum est perinde ac si nõ fuisset appellatum, supra eo. an sit. fm casum Inno. Sed redeundo ad textum quæro, si iudex appellationis statim reuocat attentata: postea pronunciet male appellatum, nunquid illa reuocata resumunt vigorem ipso iure? Respondeo non: quia illa reuocatio legitime facta est ad tuitionem appellationis, cum processus in ipsius appellationis contemptum factus fuerit, & ideo tanquam legitime facta, firma & stabilis perseueret. C.de adul.Grachus. Itẽ illa reuocatio fuit quasi interlocutoria, & sic cum ab ea non fuerit appellatum, transiuit in rem iudicatam. sup.de elect.cum dilectus.de re indic. quod ad cõsultationem. Cum igitur talis reuocatio non pendat ex euentu appellationis: sed sola depẽdentia appellationis 2 ad reuocationem sufficiat, vt hic, & supra de iureiuran.veniens.quicquid de appellatione contingat factum, ipsa pendente fuit legitime reuocatum, pronũciata igitur appellatione legitima, de nouo iterũ procedetur.de accusationibus, qualiter & quando 1.

ADDITIO. Nam vt dicit Inno. de exceptionib. dilecte.nulla est absurditas, si quod male factũ est, reuocatur, & illud idem legitime repetatur. facit s. de elect.dudum 2. versi.tandem, de re iudic.ad probãdũ. sup.eo.lib.de elect. si confirmationem. Ioan. And.

[Margin: 1 De hac plene scripsi de maio. & ob. dilecti.in gl.sed qđ pdest, cũ remissis, q ibi sunt in fi. glo. Ioan. An.]

[Margin: † Vide Deciũ in ca. cũ sit Romana. & Perusinũ in ca. psuluit. ex qđ appellat.]

[Margin: 2 Simile supra eo. lib. vt li. pendẽte. c.1.& 2.& q dixi supra de ord. cog.c.fin. Ioan.An.]

¶ Idem.

¶ *Qui appellat extra iudiciũ, infra decem dies (ex quo sciuit grauamen) appellare debet: postea per remedium iuris communis audietur, sed nõ per appellationis remedium. Ioan. And.*

CAP. VIII.

Concertationis[a] † antique finẽ imponere pręsenti constitutione volentes: Statuimus, vt ab electionibus, postulationibus, prouisionibus, & quibuslibet extraiudicialibus[b] actibus (in quibus potest appellatio interponi) quisquis ex eis grauatum[c] se reputans,

Concertationi.] Primo ponit motiuum constituẽtis. Secundo ibi, Statuimus, constitutionem, quæ distinguit an per appellationẽ vel aliter petatur reuocari grauamen. Et secundum membrum: ibi, Sed si cui determinationem interserit: ibi, dummodo.

CASVS. Peruenit ad notitiam meam, q eps Pictauensis contulit alicui beneficium tamquã vacãs, qđ dicebam meum, & non vacans: & sic dico, q collatio est facta in præiudicium meũ, volo appellare ab illa collatione, an possim? Certe sic, dum tñ appellem infra decem dies numerãdos à tpe notitiæ meæ: postea nõ possum appellare. Sed per hoc tñ nõ videor renunciare iuri meo, quin via iuris cõis possim psequi ius meũ, vel interdicto vñ vi, vel alia actione, vel etiã manutẽtionem ipsius beneficij petere, vel põt poni casus in electione hoc modo, Canonici ecclesiæ Pictauensis vno excepto elegerunt quendã simoniacũ, certum est, q vnus poterit appellare: & pro cã appellationis, dicere, q ille est incapax, dũmodo appellat infra decẽ dies, si vero non appellauerit infra decem dies, poterit se opponere ne talis simoniacus cõfirmetur, sed amplius nõ audietur per viam appellationis. Nota primo ex principio capituli, q altercatio quæ est inter aliquos doctores sup decisione alicuius dubij, potest dici concertatio; quia simul pugnant iaciendo iacula & rationes: & de hac concertatione loquitur præsens capitulum. Nam de hoc fuit concertatio inter doctores antiquos, vtrũ ab actib. extraiudicialibus debeat appellari infra decem dies. Nota vlterius, q ab actib. extraiudicialibus potest quis appellare, sed tñ proprie loquendo dr procurare & non appellare.c. cum sit Romana.eod.tit.in antiquis. Nota q ab actib. extraiudicialibus debet appellari infra x. dies, qui currunt à die notitiæ grauaminis, & non à die notitiæ actus, vt hic tenet Dñicus de sancto Geminiano: & ponit exempum: Ponamus, q episcopus Pictauensis contulit tibi beneficium qđ erat mihi debitum: & ignorabã, q esset mihi debitũ, cum sciebam collationem esse tibi factã, post sciui q illa collatio fuit facta in meum præiudicium. certũ est, quòd possum appellare infra decẽ dies, qui numerantur à die notitiæ grauaminis, quo sciui, quòd collatio fuerat facta in meum præiudicium.

[Margin: Concertatio qñq; est inter doctores.]

[Margin: Appellandũ est infra decẽ dies ab actib. extraiudicialib.]

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Concertationi.] quo appellat extra iudicium, infra decem dies, ex qui sciuit grauamen, appellare dẽt: postea per remedium iuris cõmunis audietur, sed non per appellationis remedium. Emanauit hæc decretalis ad declarationem eius quod notat Ioannes. 2.q.6. biduum, & Hostien.de appellat. vt de debitus, & Inno.sup.eod bonæ.

ADDITIO. Et Guil.in Spec. de appellat §. restat. versic.sed quid dices 2. Ioan. And.

b ¶ Extraiudicialibus.] siue fiant à iudice, siue à priuato supra eod.cap.1.

[Glo.seq.fortificat textum, & ponit opi. Hostien.]

c ¶ Grauatum.] nota q decretalis ista locum hẽt in appellatione interposita à grauamine iã illato: secus si ab inferendo, cum ex probabili cã timetur, & interponitur appellatio. Vnde aduerte, quòd infra decem dies appellandum sit à grauamine extra iudicium, allegabatur talis ratio: si appellari possit vndecimo die, eadem ratione & cẽtesimo, quod esset absurdũ. Præterea si quis velit dicere decurionem legitime nõ creatum, non auditur, nisi infra legitimum tempus cõtra dicat. ff de decurionibus, Imperatores §.fin. & infra id tempus infra quod appellandum est, argumentum C.eo.hi qui ad ciuilia.& l.nominationes. 2.q.5.cap.ei qui. §. nominationes. quod enim tempus in sententijs attenditur, attendi debet & in ijs quibus non profertur sententia. ff. quando appellandum sit.l.1.§. q in sententijs.& 2.q.6.biduum. Dicebat autem Hostiẽ. in decret. vt debitus, ad finem, de appellatio. quod in electionibus ante & post etiam decem dies poterit appellari: sed hoc modo: quia si ex legitima causa interponitur appellatio, ne fiat electio, valet: & causa pbata irritabitur electio postea secuta. sup. de electio. considerauimus, & s. eo. cõstitutis 2. aliàs non reuocabitur,

cabitur:vt s.dixi.c.proxi.post electionem,& ante confirmationem,appellatur et post decem dies ne fiat cōfirmatio,& sic posset intelligi qd not. Inn. in decret. bonæ, ꝙ extra iudicium appellatur post decē dies i. cum.n. extraiudicialis appellatio non sit aliud q̃ ad cām,prouocatio. sup. eod.cum sit. sicut læsus quandocunq; pōt lædentem ad iudiciū vocari facere:sic eum potest prouocare ad causam extraiudiciū appellādo: non enim transit grauamen in rem iudicatam sicut snīa,vt sup. eod. titu. & lib. Romana. §. si vero. In iudicialibus autem actibus vel quasi, necesse est infra decem dies appellari 2.& sic intelligūtur leges prius inductæ: loquuntur enim in electionibus, in quibus decretum decurionum, quod est quasi iudiciale vel præsidis,interponitur,ad hoc ff. quādo appellandum sit.l.1.Sed decretum canonicorum eligētium non est iudiciale vel quasi:immo omnino extraiudiciale.Expeditum ergo sit per hanc decretalem ꝙ à grauamine,extra iudicium illato,necesse est infra decem dies appellari: & sic intelligatur sup. de electionib.c. 1.& c.vt circa,& c.cupientes, aliàs appellatio non de uolueret.sup.eo.Romana.§. si vero.Iuris autē alia remedia propter hoc non tolluntur, vt sequitur.

† Petrus de Anch. notat cōueniētiā inter appellatio nem iudicialem& extraiudicialē, & ponit sex pulchras differentias Fonta.

1 Doctores dicūt verum si iudex ex iudiciū iubendo vel faciēdo me grauet: dicā ei ꝙ reuocet,si nolit: tunc appellabo inf.eo dem c. si à iudice. Itē si præcipiat soluere decē,dicam ei ꝙ hoc reuocet offerēdo me iuri;si nolit,appellabo. Io. And. Fonta.

per appellationis beneficium grauamen illatum desiderauit reuocari, infra decem dies † (postquam sciuerit [a]) si velit, appellet: post decendium vero eidem aditus non pateat appellandi. ¶ Sed si per contradictionē debitam [b], vel alia iuris remedia petierit reuocari grauamen: ei(dummodo medio tempore his non consenserit [c] †) lapsus decendij non obstat [d].

¶ Idem.

¶ *Valet appellatio in scriptis porrecta, licet coram iudice non legatur. hoc dicit. Zenze.*

CAP. IX.

Appellatio [e] †, quam in scriptis [f] iudici [g] (à quo appellare volebas) qua appellaui in scriptis ex cā rationabili:& appellationē meam redegi in scriptis, quā infra decem dies exhibui & præsentaui iudici à quo:sed tñ eam non legi:vtrum vitieꝰ mea appellatio? Vr sic:nā iudex teneꝰ legere snīam suam:aliàs snīa sua non valet.ca. si sup. eod.lib.de re iudi.ita vr, ꝙ in appellatione requiratur recitatio: & vt appellans legat suam appellationem iudici.Hac tñ ratione dubitandi non obstante, dicit Romanus Pōtifex, quod ego appellans non teneor legere appellationem iudici à quo:sed si petat duplum appell. debeo ei tradere: si autem non petat,non teneor illi tradere.Ex quo patet, quod non sunt necessaria ista verba, q̃ ponunt communiter notarij in instrumentis appellationis, quod ipse appellans fecit lecturam. Nota primo,quod licet iudex à quo,teneatur sententiam diffinitiuam legere partibus: ita quod non sufficit si eam tradat partibus:tamen secus est in appellatione,vt est hic textus.Nota ꝙ appellatio est interponenda coram iudice à quo:non autem sufficeret si interponeretur coram aduersario:& hoc verum,si possit haberi tutus accessus ad iudicem: nam secus si quis commode non habeat tutum accessum,vt in c.fin.eo. tit.in anti.Nota vlterius,ꝙ appellatio est porrigenda iudici, non appellato quantum ad validandum appellationem: sed quantum ad deuoluendum cām,an sit porrigenda appellatio?Dicit vt in clemen.cām.de elect. Nota finaliter ꝙ impugnatio & exceptio, quæ non est rationabilis,non est admittenda. Dominicus.

† al.assēserit.

† De intimatione appellonis vide Lapū allegatione.39. incip. an valeat, & allegatione.119.incip. quantum.

a ¶ Sciuerit.] est.n.tempus vtile à principio, licet continuum in progressu,& de hoc plene no 2.q. 6.anteriorum, & fit de momento ad momentum computatio, vt ibi.Et intelligo sciuerit,non solum actum illum factum:sed per illū se grauatum. Quid.n.si sciui te electum:& post decem dies sciui quod prius mihi de illo beneficio Papa prouiderat?adhuc infra decem dies à die scientiæ prouocabo:quia modo scio me grauatum,& hoc sonat hæc littera.

ADDITIO.Ad hoc sup.eod.lib.de rescript.c. gratia. Ioan.And.

b ¶ Debitam.] vt si coram superiore excipiatur, vel cassatio petatur:vel his simil.

ADDITIO. Ioan. Mona. ponit exemplum per decret.licet episcopus.inf.de præb. quando. f.prouisum est tibi de beneficio quod possidebam, possum appellare.Item expectare quod vocet propter possessionem quam habeo. Sit autem secundum eum huius iuris ratio:quia habens plures vias, licet sit sibi præscriptū in vna,vt in via appellandi, non propter hoc præscriptū est in alia,vt in via contradicendi.ff.de appellat.si expressum.Ioan.And.

c ¶ Non consenserit.] scienter 3 propterea quæ sup. dixi:nil.n.tam contrarium consensui,sicut error.ff.de iurisdictione omnium iudicum.l. si per errorē,& intellige si assenserit etiā tacite,de officio delegati.gratum.de his quæ fiunt à maiori parte capituli. ex ore. cum suis concordantijs.

d ¶ Non obsistat.] optime concordat sup.eo.lib.de restitut.in integr.c.2.Idem Archidiaconus.

Appellatio.] Quia breue est,non summatur, neque diuiditur.

¶ Appellans in scriptis non tenetur legere appellationem iudici à quo: sed sufficit ꝙ appellet,vt in littera cōtinetur.hoc dicit. Et secundum aliquos non est necesse exprimere verbum,appello:sed sufficit ostendere chartam iudici à quo.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice competenti,qui tulit aliquā interlocutoriā ꝯ me,à

2 Et ētin fra illos dies dēt fieri adhæsio ratihabitio gl.in ver. adhærentes.in ca. vt circa. s.eo. lib. Ph.Fon.

3 Et spōte sm Ar. al leg.35. q. 5. notificasti.&ꝙ ibi nota. Io.And.

[Prima glossa dicit quid approbet.]

e ¶ Appellatio.] hoc notat Guil.in Specul. eo. tit.§. qualiter autem,in princ.

f ¶ In scriptis.] sic enim est appellandum ante sentētiam: & a sententia ex interuallo, quod dic vt nor. sup.eod.tit.& lib.cap.1.

[Glo.seq.recit.per quæstionem an coram iudice necesse sit appellare.]

g ¶ Iudici.] Nota appellandum coram iudice, de hoc per Io.2.q.6.biduum.§.adeundi.in glos.1. & per Bernard.sup.eod.suggestum.indistincte teneas(cum in iudicijs,vel extra a iudice appellatur)coram iudice appellandum,sup.eo lib.cordi.supra eod. vt debitus ibi, coram eodem iudice,&c. & hoc si potest ipsius haberi copia & in publico: non in hortis vel villa suburbana.2.q.6. dubium. §. adeundi. vel nisi iustus metus appellantem excuset.sup. eod.tit.cap. vlt.Si vero sunt plures iudices:dic vt in clemen.eo tit.si à iudicibus. Ioan.And.

ADDITIO. Hanc opi.gl.de appellando coram iudice &c.tenet Archi.qui etiam alleg. ff.quando appellan.sit.l.1.§. dies, & §.si quis.C.eo.tit.in offerendis,in Auth de appel.§.1.coll.4.Recitat tñ opi. Goff. qui dixit,ꝙ appellatio emissa in absentia iudicis bene excusat si nō fiat fraudulenter, vt dixi in decret.suggestū. sup.eo. quod vr placere Inno. in decret. dilectis eod. tit.ad fi. vbi dicit ꝙ per appellationem etiam factam in absentia iudicis, appellans est exemptus ab ipsius iurisdictione, tamen ipsi Innoc. placet in decre.si iustus,quod sequitur in gl. Dicit etiam Archid.quod si bene videatur decret.si duobus.1.respon. in fine, satis demonstrant quòd appellatio non protegit appellātē à suo iudice, donec ad ipsius iudicis notitiam perducatur,& idem ibi Pet.de Samp.Ioan.And.

a ¶ Pro-

a ¶ Proponis.] & probas s̃.de conceſ.præben.cum ſuper quæſtione ergo vt dixi s̃.eod.cap.1.non eſt neceſſe quòd ſcriptura appellationis ſit authentica 1. dum modo poſſit probari:tutum eſt tñ ꝙ per notarium de hoc fiat ſcriptura publica:quia qđ continetur in charta difficile eſt ꝓbare.

1 Quia fit ſolūmodo ad intimandū actū pſentem. Si autem ſcriberet̄ ad probādū actū pteritū, illa ſcriptura dèt eſſe auth. cle.ʻcām. de elect. Anc. Fō.

[Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.

b ¶ Lecta.] Videbatur contra argum. eius quod dicitur.ſupra ti. prox. cap. vlti.in fine cum ſuis concordan. ſicut enim requirit̄ ꝙ ſententia legatur ꝑ iudicem, nec ſufficit ꝙ in ſcriptis edatur, vt ibi:ſic etiam videtur nō ſufficere ꝙ appellatio ī ſcriptis edatur, niſi etiam legatur. Sed non tanta ſolemnitas requiritur in appellando, quanta in diffiniēdo:alias ſequeretur ꝙ die feriato non poſſet appellari, ſicut nec diffinitiua proferri: & quod appellans haberet ſedere & non ſtare:& hæc ſunt falſa, cum ergo decretal. vt debitus.'& decretal.condi.hoc ſolum requirant,quod aſſignetur vel exponatur cauſa probabilis. & in ſcriptis:aſſignare aūt fit verbis,nutu, teſtamento,vel codicillis.ff.de verb.ſigni.aſſignare.[Et Inſt.de aſſign.lib.per totū.Io. Mona.]ff.de aſſigna.lib.l.1.§.aſſignare.ergo & in ſcriptis aſſignando & porrigendo iudici, ſatisfactum eſt iuri.Et facit ad hoc.ſupra.eo.lib.de offi.ordi.ſi canonici 2. Sicut enim ibi ſufficit cauſam ceſſationis ſcribere, & ſcripturam aſſignare ei contra quē ceſſatur: ſic & hic in appellatione.Sic & olim dabat maritus vxori ſuę libellū repudij, qđ ſufficiebat:licet nō legeret: de quo dicitur in procœmio decret.probat̄ hoc etiā 2. q.6.c.ei qui.ver.ſi quis libellos appellatorios ingeſſerit, & l.biduum.§ adeundi.verſic.ſi quis ipſius.ibi,vt ei libellos daret.Et quod hic de appellationibus dicitur,de exceptionibus intelligo, vt ſufficiat illas dari in ſcriptis: licet.non legantur. ad hoc s̃. de probatio. quoniam contra.Ioan.And.

† Vide Rotā deciſio.7.& deciſione 74. in nouis.

2 Dicit Io. Mo. ꝙ iſta decre. & illa ꝓbant ꝙ aſſignare & porrigere idē eſt ꝙ pſentare, pſētatio vero nō reqrit lecturam. hoc poſuit Arc. ī decret. cordi.

te porrexiſſe proponis a: nō poteſt ex eo quòd coram ipſo lecta b nō fuerit rōnabiliter impugnari.

¶ Idem

¶ Iudex à quo cōpellere nō poteſt appellantem à grauamine ipſius ueritatem probare, licet citare poteſt ad ipſius reuocationem audiendum: qua facta in cauſa procedere poterit, eius contumacia non obſtante, ac ſi nunquam appellaſſet:hoc dicit.Zenze.

CAP. X.

SI † a iudice c à quo (propter grauamen d quod tibi proponis illatum) appellas, ad docēdum te fore grauatum, & ad audiendum reuocationem eiuſdem grauaminis (ſi de ipſo docueris) tibi terminus præfigatur. Nec coram eo (cū ipſe per ſe e id videre habeat) hoc docere, nec etiam tamquam coram iudice (cum per appellationem ſit ſuſpenſa ipſius iuriſdictio) comparere teneris f: Niſi ad hoc ſolum, vt reuocationem ipſam audias, ſi eam duxerit faciendam:

SI a iudice.] Glo.non ſummat. Diuiditur aūt iſtud cap.in duas partculas. Prima ponit thema,cuius duo dubia ſoluit: vtriuſque reddens rōnem:ibi. Nec coram. Secunda particula, quæ eſt ibi, Niſi ad hoc ſolum,ſm dubium terminat.& declarat. Ioan.And.

¶ Pro intellectu iſtius cap.habemus præſupponere,ꝙ licet iudex non poſſit reuocare ſuam ſententiam diffinitiuam. l. 2. C. de ſenten. ex breuic.recitan.poteſt tamen reuocare interlocutoriam ſententiam.l.quod iuſſit. ff.de re iudi.cap.cum ceſſante. eo.titu.in antiq. Secundo habemus præſupponere, ꝙ appellans ꝑ appellationem eximitur à iuriſdictione iudicis à quo appellauit,quantum ad illam cauſam.cap.Romana.s̃ eod.titu.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram officiali Pictauen. qui tulit aliquam interlocutoriam cōtra me, à qua appellaui ſolēniter, & in ſcriptis,iuxta tenorē. cap.1.ſupra eod.titu.Officialis fecit me citari vt corā eo comparerem,facturus fidem de grauamine: an tenear comparere?Reſpondet quòd non,nam iudex debet eſſe certus, an me grauauerit vel ne.Sed ponamus quòd iudex citauit me ad reuocandum interlocutoriā ſuam,an debeā cōparere? Certe ſic:& ſi non compaream,& iudex reuocet ſuam interlocutoriam, poterit contra me procedere tamquā cōtra contumacē.qa reuocato grauamine eſt extincta appellatio mea. Reuocauerit cum effectu.] & realiter, non verbo:& hoc ſi grauamen ſit realiter illatū. Nota primo,ꝙ iudex à quo poteſt ſuā interlocutoriā reuocare,& ſic eſt vna differētia inter ſententiā diffinitiuam & interlocutoriam. Nota ꝙ ſi iudex à quo citauit appellantem ad faciēdum fidē de ſuo grauamine, non tenetur appellans comparere, quia iudex debet cognoſcere vtrū appellātem grauauerit:ſecus ſi appellans eſſet citatus ad videndum reuocari grauamen: quia tūc teneretur cōparere corā iudice à quo.Et ſi citatio ſit facta ad edocendū de grauamine,& videndum reuocare grauamen,tenetur comparere, nō ad omnes fines, ſed ad videndū fieri reuocationē grauaminis.Nota ꝙ ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus: ſecus eſt de cauſa impulſiua. l.1.§.ſexum.ff.de poſtulādo.vbi turpitudo Calphurniæ fuit cauſa impulſiua prohibitionis mulierum à poſtulando.Item illud intelligitur, ꝙ ceſſante cauſa finali ceſſat effectus,qñ eſt vnica cauſa finalis:ſecus ſi eſſent plures:quia tunc requiritur ceſſatio oīum cauſarum. Inſt. de nupt.§. affinitatis. de hoc per doctores in c.etſi Chriſtus.de iureiur.in antiq.in ſine cap.

[Prima glo.dicit quid declaret,& exponit.]

c ¶ Si à iudice.] Emanauit ad declarationem eorū, quæ no.Ber.& Moderni ſupra eo.cum ceſſante.Et dic iudice ordinario,vel delegato;& idem ſi eſſet arbiter iuris à quo poteſt appellari.ſupra eod.lib.de offi.deleg.ab arbitris.

ADDITIO. Et Gul.de except.§.viſo.verſi. ſed ſi iudex.& ſeq.& corrigit quod no.Ber.s̃.eo.lib.de re iud. ad Apoſtolicæ.verſi.eratq; parata.

d ¶ Grauamen.] ſecus enim ſi a ſententia diffinitiua, quam iudex reuocare nō poteſt; functus eſt enim officio ſuo ſemel iudicando, ſiue bene ſiue male.ff.de re iudic.iudex.s̃.de offi.deleg.in litteris.& c.venerabilis.intellige igitur grauamen,ſiue per interlocutoriā ſiue præter interlocutoriam inferatur.

e ¶ Per ſe.] Debet enim eſſe de facto ſuo certus.s̃.de reſcrip.ab excommunicato.C.de reſcindenda venditione,quiſquis.veritas enim cauſæ appellationis probanda eſt coram iudice appellationis, vt s̃.eo.tit.& lib.Romanus.& c. cum appellationibus.ergo nō corā iudice à quo appellatur:ſaluo eo quod dicitur ſupra eod.titu.interpoſita.

[Glo.ſeq.quærit.arg.pro & contra.ſoluit, & certis allegatis in contrarium reſpondet.]

f ¶ Teneris.] Quid ſi compareat, & coram iudice ipſo à quo appellauit,de grauamine doceat, nunquid ab appellatione videtur 3 receſſiſſe? Videtur primo ꝙ ſic.per decreta. ſupra de offic. deleg gratum. ſupra de teſti.cum veniſſet.in quibus dicitur, ꝙ ſi appellās poſt appellationem probationes inducit coram illo à quo appellauerat, appellationi renunciat.Item hæc littera dicit,ꝙ per appellationem ſuſpenſa ſit iuriſdictio iudicis, ſi ergo aliquid facit coram ipſo, vt corā iudice,

3 Vide Alexandrū cōſi. 150. in 4. vol. & Deci. in ca. gratū in 4. no. extra de of.deleg.

iudice, allegat contraria, & sic non auditur. ad hoc s. eo. sollicitudinem cũ suis concord. contra s. eo. interposita. vbi dicitur, quòd appellans põt probare, si vult veritatem causæ coram iudice à quo appellat. Sed rñderi potest decret illã locum habere ante appellationem 1. Satis credo cũ per actum istum semper intendat ad iudicis iurisdictionem declinandam 2, quod per hoc appellationi non renunciat. & hoc sonat littera q̃ dixit hic, non teneris: non dixit, non potes: & sic etiam soluitur qđ dicitur de allegante contraria, cũ ista non sint contraria, quæ ad vnum finem tendunt. Et facit quod dixit infra de regu. iur. nullus pluribus. Ad decretal. gratum. & cap. cum venisset. respondetur, ꝙ illæ ꝓbationes fiebant super principali negotio: & ideo bene renunciabat appellationi; quia contrarius sibi: sed hic secus. facit pro hac parte ꝙ iste prouocatus est. ad hoc ff de condi. fur. & ideo. in prin. supra de excep. cũ inter priorem. & accedant quæ not. 3. q. 3. cap. induciæ 2. §. offeratur. supra de re iudi. cap. inter monasterium. & vtilius videtur negotia tali expediri cõpendio, q̃ per exactam subtilitatem longo prorogari dispẽdio. supra titu. proxi. abbate sane, in fine. præterea legitime tenetur comparete ad id quod sequitur. & tamen comparendo non renunciat appellationi.

1 Hic colligit Dõ. ꝙ licet ꝑ actũ corã iudice à quo renũciet appellationi inter positę, nõ tñ interponẽdæ. Fonta.

2 Hoc est verũ si ꝑ viã simplicis informationis agat: secus si agat tanquã corã iudice cõstitutus, vt iurib. cõtrarijs. Do. Font.

alias si non comparueris, & ipse in termino grauamen reuocauerit cum effectu a, poterit extunc libere in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset b.

¶ Idem.

¶ *A collatione capituli ad episcopum appellatur, si vt canonicus interfuit; secus si vt prælatus. h. d. Dominicus.*

CAP. XI.

A Collatione beneficij c, quam cõiter ꝑ episcopum & capitulũ in tuũ præiudiciũ d factã esse proponis: Non † ad ipsum episcopũ (si in ea vt prælatus e interfuerit †)

a ¶ Cum effectu. effectualiter enim intelligẽda sunt verba, vt supra de cleri. non resid. relatum. cum suis concord. Hinc enim est, quòd non sufficit dicere se paratum reuocare, nisi & reuocet. ad hoc supra de eo qui mittit. in possess. causa rei seruand. cap. 1. & ad hoc supra titu. proxi. ad Apostolicæ, versicu. erantque parata. Item si grauamen fuit verbale, reuocatio sufficiat verbalis; si reale non sufficit verbalis: nisi re etiã reuocetur.

ADDITIO. Idem archi. qui etiam alleg. Ioan. de Deo in suis cauillationibus, rubrica de generalib. exceptionibus. vbi not. ꝙ non sufficit quòd iudex dicat ergo reuoco, nisi recedat à grauamine interlocutionis. Ioan. And.

b ¶ Non fuisset.] quia cessante grauamine cessare debet appellatio. s. eo. cum cessante. Ioan. And.

A Collatione.] Duo facit, quia circa vnũ thema distinguit: Primũ: ibi, Non ad ipsum: Secundum ibi: Aliàs si.

¶ Appellans à collatione facta per episcopum & capitulũ, debet appellare ad archiepiscopum, si episcopus interfuit vt prælatus, secus si vt canonicus; quia tunc appellatur ad episcopum.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius capituli, ꝙ quis potest appellare etiam collatione contributa in præiudicium alterius c. 1. eo. titu. in antiq. Itẽ habemus secundo præmittere, quòd quis potest appellare post collationem factam, dum tamẽ appellet infra decem dies numerandos à tempore notitiæ suæ. cap. con certationi. supra eo. titu. & lib. Item est præsupponendum quod habetur in cap. 2. vt lit. pen. istomet libro: vbi dicitur, si duo litigent super beneficio, & moritur possessor, nõ debet alius surrogari in locum defuncti donec sit cognitum de iure superstitis. & si fiat collatio, posset superstes appellare ab illa collatione, vel etiam continuata. sed ordinarius poterit defendere ius defuncti.

CASVS. Tu possidebas beneficium, quod dicebam ad me spectare, vel esse mihi debitum, vñ feci te cõueniri corã iudice cõpetenti: pendente cõtrouersia ista, tu es mortuus: Episcopus Pictauẽ. & capitulũ ad quos communiter spectat collatio illius beneficij cũ vocabat, volebant illud conferre: ego hoc videns me opposui ne facerent collationem de illo beneficio: nõ obstante mea oppositione ipsi contulerunt beneficiũ, volo appellare ab illa collatione, quæritur ad quem debeam appellare, vtrum ad archiepiscopum, vel ad ipsum episcopum? Respondet cum distinctione, aut episcopus iterfuit collationi vt prẽlatus, aut interfuit vt simplex canonic' si interfuit vt prælatus, debeo appellare ad archiepiscopum, vel ad Papam, & non ad episcopum; quia tunc appellarem ab eodem ad eundem: si vero episcopus interfuit vt canonicus, & non vt prælatus, tũc possum appellare ad ipsum episcopum tamquam ad superiorem capituli. Nota primo, ꝙ à collatione facta vel facienda in præiudicium alicuius. potest appellari, sed proprie dicitur prouocatio. c. cum sit Romana. in eod. titu. in antiq. Nota quòd episcopus potest interuenire in capitulo vt canonicus, & tunc habet vocẽ, & sua vox auget numerum. Itẽ potest esse in cap. vt prælatus, & tunc non habet vocem. licet Host. dicat, ꝙ repræsentat mediam partẽ capituli. & ꝙ ipse & vnus canonicus faciunt maiorem partem capituli. de hoc in cap proposuit. de concess. præb. in antiq. Communis autem opinio doctorum est in contrarium, videlicet ꝙ non habet vocem quando est in capitulo vt prælatus, sed solum habet potestatem concludendi secũdũ maiorem partem capituli. Nota vlterius illud ad qđ emanauit præsens capitulum, videlicet quòd cũ appellatur à collatione facta cõiter per episcopum & capitulum, potest appellari ad ipsum episcopum, si interfuit vt canonicus, quia tunc censetur simplex canonicus, modo capitulum subest episcopo, & appellandũ est ab inferiori ad superiorem. Sed quomodo cognoscemus, quòd episcopus est in capitulo vt prælatus: vel vt simplex canonicus? Doctores hanc materiã tractant in cap. postulastis. de concess. præben. Et dicunt quòd si in ecclesia sit statutum, quod ordinet, vt sit in capitulo vt p̃latus, vel vt simplex canonicus, standum est illi statuto; si vero non sit statutum, tunc cognoscetur ex coniecturis: nam si episcopus nõ tenet primum locum & honorabiliorem, censetur esse in capitulo vt canonicus: si autem præsideat & teneat honorabiliorem locum censetur esse in capitulo vt prælatus.

[Prima glo. dicit quid approbat.]

c ¶ A collatione beneficij.] Hoc notat Hostiensis de excessib. prælato. cap. 1.

ADDITIO. In ca. postulastis. de conces. præben. & forte corrigitur quod ibi not. Inno. qui dicit de electione episcopi & capituli, ad episcopum appellandũ: qui licet constituunt vnum capitulum in electione, non tamen in exercenda iurisdictione. forte dixi: qa saluatur, si intellexit iuxta secundum membrum huius distinctionis. Ioan. Andr.

d ¶ Præiudicium.] Aliàs appellare non licet. 2. quęstio. 6. non solent. supra de electio. cum inter R. ff. de appel. l. 1.

[Glo. seq. soluit dubium, quærit, & soluit.]

e ¶ Prælatus.] quod præsumitur, nisi aliud appareat Et si quæratur, quomodo cõstabit an sit ibi vt p̃latus. & an sit ibi vt canonicus? Recitari solet supra de cõcess. præbẽ. postulastis. Si est in primo loco & ei primo scribit, tũc apparet cũ esse vt episcopum, vel vt caput. Sed quando sedet, & subscribit post archidiaconũ, vel alium

† Inducunt lo. And. & Petr. de Anc. ad qõnẽ, an donata ambasiatoribus, acqrunt sibi, vel illis à qbus mittunt. vide Bart. in l. vero ff. so. ma. l. sociũ ꝗ §. si. ff. ꝓ socio. Fõ.

† al. interfuit.

Qualiter cognoscatur an episcop' sit in ecclesia vt eps an vero vt canonicus.

alium, qui ibidem præsit capitulo, tunc patet ipsũ ibi esse vt canonicũ, ad hoc 17. dist. c. vlt. de maio, & obe. statuimus.

a ¶ Superiorẽ.] Papã vel proximũ. s. eo. tit. dilecti. vl.

b ¶ Vt canonicus.] s. de conces. præb. postulastis. j. de preb. cum in ecclesia. ne sede vac. c. 1. cum similibus.

[Gl. seq. alleg. duo similia: & soluit duo dubia.]

c ¶ Potuisti.] simi. 17. dist. multis, vbi de archiepiscopo appellatur ad synodum, cui tamen præest archieps. ad idem ff. qñ appel. sit l. 1. §. solent. vbi de ordinario & præside appellatur ad pside, & quid dicit, potuisti: intelligo & debuisti, nisi appellaret ad Papã, cum gradatim sit appellandum. sup. eo. dilecti. Puto tamen quòd si appellans hoc petit, ipse episcopus habeat causam delegare 1, cum satis sit suspectus 2: ne velit venire contra factum suum, licet id fecerit vt alius, ad instar eius quod dicimus de iudice à quo fuit appellatum; qui efficitur iurisdictionis eius, ad quem fuerat appellatum, de hoc 3. q. 7. c. infames. §. item si contra patrẽ. sup de elect. quærelam. in 1. glo. & C. de appella. cos. in principio.

sed ad superiorem a te oportuit appellare. Aliàs si vt canonicus b interfuisset in ea, potuisti c appellare licite ad eundem.

¶ Idem.

¶ Per appellationem interpositam à diffinitiua, reuocari potest interlocutoria principali negotio præiudicans: aliàs non. Ioan. And.

1 Concor. Inno. & Host. de offi. or. irrefragabili. Io. An.

L Icet.] Sunt duo dicta, secundum ibi, vbi vero.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice ordinario, vel delegato: lite inter nos negatiue ↄtesta ta, tu actor fuisti admissus ad faciendum tuas probationes de & super tuo libello: probationib. factis ego reus proposui exceptionem peremptoriam: puta exceptionem de non petendo: vel aliquam exceptionem peremptoriam, iudex noluit admittere istã exceptionem peremptoriam, & sic me grauauit, ego non appellaui ab ista interlocutoria: hoc facto ipse iudex post renunciationem & cõclusionem tulit sententiã diffinitiuam contra me, à qua appellaui. Quæritur nunc, vtrum in cã appellationis possim repetere illam exceptionem peremptoriam, quæ à iudice à quo fuit mihi repulsa? Vr quòd non: quia transiuit in rem iudicatam: & mihi imputetur quare non appellaui. Hoc tñ non obstante respondet Romanus Pontifex, ꝙ illas peremptorias exceptiones possum repetere in negotio principali, & ipsis probatis obtinebo; quia per appellationem fuit causa reducta ad illum statũ, in quo erat immediate post litem contestatam, sed non ante. l. ita demum. C. de proc. Sed quid: ponamus quòd in causa principali proposui aliquam exceptionem dilatoriam, quæ fuit repulsa, volo illam repetere in cã appellationis: vtrum possim? Respondet quòd nõ; quia in causa appellationis non possunt proponi ea quæ erant proponenda ante litis contestationem, vt d. l. ita demum, sed solum illa quæ erant proponenda post litem contestatam. Et sic intelligitur illud dictum. In causa appellationis non proposita proponam, & non probata probabo. Nota primo ex isto c. bonum argumentũ, quòd si actor dicat exceptionem pro parte rei propositam esse impertinentem, iudex super hoc hẽt interloqui, an illa exceptio peremptoria sit admissibilis vel inadmissibilis: Et ideo est cautela aduocatorũ peritorum, dum volunt appellare ab interlocutoria, quòd petant interloqui super admissibilitate. Sed cauti iudices obuiant isti cautelæ dicendo; admittimus istam exceptionem inquantum de iure est admissibilis. Hanc cautelam ponit glossam in cap. cum contingat, de officio deleg. in antiq. Nota quòd si iudex

2 Vide in simili Ar. in c. insu. per. ex de testib. & Gemina-nũ in cap. auaritiæ, in 2. oppositione. de ele. lib. 6.

non admisit exceptionem peremptoriam: & pars non appellet ab illa interlocutoria, sed postea appellet à diffinitiua, in cã appellationis poterit illã exceptionem peremptoriam repetere: nec dr̃ repulsio transire in rem iudicatam, vt hic est textus. Nota quòd exceptionem dilatoriam repulsam in principali causa non potest appellans repetete in causa appellationis.

CAP. XII.

L Icet d ab interlocutoria (per quam pacti e, vel præscriptionis, aut alia, principali negotio præiudicans f, vel iudicium nullum reddẽs g, exceptio est repulsa) nõ h fuerit appellatum i: si tamẽ à diffinitiua (quæ post modum, etiam vltra k decendiũ promulgatur) ap-

[Prima glossa summat, & dicit quid determinent.]

d ¶ Licet] per appellationem interpositã à diffinitiua, reuocari põt interlocutoria principali negotio p̃iudicians, aliàs non. Et determinatur hic altercatio Inocẽtij & Hostiensis notata per eos supra de re iud. quod ad consultationem, & supra quod met. caus. c. vlt. & Innocentij opinio approbatur.

e ¶ Pacti.] de perpetuo non petendo, vel similis.

f ¶ Præiudicans.] quod in peremptorijs regulariter est videre.

ADDITIO. De quibus vide satis sup. eo. lib. de lit. contest. exceptionis. Ioan. And.

g ¶ Reddens.] sicut exceptio falsi. ff. de iudi. licet. supra de excep. cum venerabilis, supra de procu. in nostra. vel exceptio contra rescriptum quod ab excommunicato fuerit impetratum, supra eo. lib. de rescrip. cap. 1. cum simil.

h ¶ Non fuerit.] secus si à repulsione fuisset appellatum secũdo, & succubuisset appellans: quod dic, vt in clem. eod. tit. cum à repulsione.

i ¶ Appellatum.] & sic videatur transiuisse in rem iudicatam. sup. de elect. cũ dilectus. in fine. de testi. signi ficauerunt, cum simi.

[Gloss. seq. quatuor opin. recitat, quatum tertia hic approbatur.]

k ¶ Vltra decendiũ.] hoc dicit vt maior fit dubitatio. Dicebant. n. quidam, quòd si non fluxerat decendium cũ appellauit à die interlocutoriæ, tunc reuocari poterat interlocutoria, & repeti exceptio per ipsam reprobata, quasi intelligat super diffinitiua & interlocutoria appellatum. Et impugnabatur hæc opinio tali modo: Certum est quòd aliter appellatur ab interlocutoria, quàm à diffinitiua, & etiam à diffinitiua continẽte plures articulos, in vno potest appellari, in alio non: de testa. Raynaldus, cum sim. Et ob hoc dicebant secundi, quòd ex quo appellatũ erat à diffinitiua indiistincte, omnes exceptiones admissas & non admissas, siue fuit interlocutum siue non, siue decem dies fluxerint siue nõ, repetere licebit. Et videtur hoc satis expressum ff. de appel. l. 1. §. 1. & vlti. & l. 2. & 3. & ff. quando appel sit. l. 1. Ex quo n. admittitur ad decendium super principali, quod est maius, igitur contra interlocutoriã, quod minus est, veritas. n. semper est iuuanda. sup de iureiur. ex litteris, & in clem. sæpe de ver. sig. preterea iudex appellationis succedit in locũ principalis. l. cum apud. ff. iudicat. solui. sed interlocutoria non transit in rem iudicatam quo ad iudicem principalis causæ: ergo nec quo ad iudicem appellationis, quin dare possit licentiam exceptionem repetendi. Innocen. vero tenebat opinionem hic approbatam. Host. [Qui hoc prosequitur satis in sum. de senten. §. qualiter proferri debeant. sub §. primo, versi. verum tamen si appellatur. Ioan. An.] dicebat, quòd cũ secundum leges 3 regulariter ante senttentiam nõ appelletur. [supra eod. super eo 2. C. quorum appel. non reci. l.

3 Perquas qs decipere si grauamẽ añ diffinitiuã illatũ per appellatio- nẽ à diffinitiua reuocari nõ posset: qd̃ esse non dẽt. C. de ijs q ve. æta. l. 1. l. Mo.

pellari [a] cōtingat, potest † in appellationis causa ipsum grauamen per interlocutoriam eandem illatū licite per appellationis iudicem emendari [b]. Vbi vero interlocutoria supereo profert, quod non parat [c] præiudiciū negotio principali, vel [d] iudicium nullum reddit: nisi fuerit appellatum [e] ab ipsa: per appellationem à diffinitiua postea interiectam [f], grauamen illatum nequaquam poterit reuocari [g].

† Habes hic dictū Lapi limitatū, q dixit in c.1. sup.eo. & rescrip. q si iudex iterloquatur rescriptū nō esse īpetratū post excōicationē, valet iudiciū, quia hoc non proceditū appelletur à diffinitiua Dom. Fon.

reci.l.ante.Ioan.And.] omnia grauaminua illata in cā habent releuari per appellationem interpositam à diffinitiua. Sed secundum canones à qualibet interlocutoria, & quilibet grauamine potest appellari, & ideo quātumcunque à diffinitiua appellatur, firma manet interlocutoria, à qua infra decem dies non fuit appellatum.

ADDITIO. Circa secundam opin. prius tactam dicebat Ioan. Mon. ante sententiam non est quis læsus, sed in sententiando, cum totus processus ordinetur ad diffinitiuā, & ideo cum læsio consumetur per diffinitiuam: appellatio ab illa interposita suspendit non solum illam, sed etiam ordinata ad illam. Arg. ff. vt leg. not. caue. l.1. §. si quis sub conditione ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. de tit. & ra. distrah. si cum. Ioan. And.

a ¶ Appellari.] infra decem dies à die sententiæ, vel ex quo sciuit. sup. eo. concertationi.

b ¶ Emendari.] sicut n. conclusio facta in principali non parat præiudicium, quo minus noua iura possint in appellationis causa produci. sup. de testi. fraternitatis, & de fide instru. inter dilectos. C. de tempo. appel. per hanc. ita interlocutoria p̄iudicium parat, quo minus vetera iura repeti possint, vt hic, aliàs. n. quid prodesset super diffinitiua appellasse?

c ¶ Non parat.] sicut est videre in dilatorijs, vel in cōdemnationibus expensarum super eo, q in exceptione succubuit: vel propter aliam causam similem.

d ¶ Vel.] repete super eo quod non.

e ¶ Appellatum ab ipsa.] quid si lata tali interlocutoria iudex statim vult procedere in causa: petit pars cōtra quam lata est interlocutoria, non procedi infra decem dies, vt deliberet, an ab ipsa interlocutoria appellare velit necne, quæritur 1, an sit audienda? & videt quòd sic; quia beneficium, & c.28. dist. de his ad fi. inf. de reg. iur. iudicium, cum suis concor. ad hoc optime facit. 2. q. 6. anteriorū, vbi dr̄ quod decē dies dantur ad appellādū, vt liceat infra ipsum spatiū plenissime deliberare an appellandum ei sit, vel quiescendum: sed iste litigando & procedendo super principali, sic plenissime deliberare non potest. Sol. dico quòd non est audienda 2, & hoc not. Guil. in Specu. titu. appellatio, §. restat videre, in fin. & est eius ratio; quia quò ad iudicem non transit in rem iudicatam sententia, & ideo cum possit eam reuocare, non omittat processum. Et in hoc dicit in priuata sua examinatione omnes doctores Bononiæ concordasse, vide euidentem rationem, si contrarium diceres, nunquam esset litiū finis, in qualibet. n. interlocutoria, termini assignatione, vel iudicis actu, diceret pars, quiescatis per decem dies, vt deliberem an velim appellare: quod esset absurdum.

1 De hoc articulo vide Abbatem in c. sollicitudinē in fi. ex de appellat.

2 Idē dicunt Do. Ph. & Anch. neq; p actū partis vī ipsa pars renūciare appellatio. ni interponēdæ, & bonum esset q p testaret. Fon.

f ¶ Interiectam.] intelligo ēt si infra decem dies à die ipsius interlocutoriæ à diffinitiua fuerit appellatum propter rationes quas dixi sup. in gl. hoc dicit, in principio.. Ioan. And.

g ¶ Reuocari.] iudex ergo in quem ex appellationis virtute principale negotium transit, de ijs quæ principale non impediunt, intromittere se non debet.

ADDITIO. Multum ergo est præiudiciale impedire appellationes interponendas ante sñiam. Ioan. An.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

¶ Superiorib. libris dictũ fuit de clericis & psonis clericorũ: nũc videndũ est de eorũ vita & honestate: ideo annectit titulum, de vita & honestate clericorum.

¶ Opponitur ꝙ titulus de vita & honestate clericorum non fuerit bene formatus: quia sufficiebat alterum ex istis, dicendo de vita clericorũ, vel de honestate clericorũ; qa quidquid attribuitur uitę, spectat ad honestatem, & quicquid honestati attribuit, ptinet ad vitã; quia honeste viuere, respicit ẽt vitam. arg. in procе. cõpil. Greg. & sic habet titulus superfluitatem, ꝫ id qđ Papa protestatur in procemio huius libri. Sol. dicit Ioan. Andr. quòd Hostien. in summa huius tit. diuisit istum titulum, p ꝙ intendit docere duo. Primum, qualiter clerici viuere debeãt. Scđm, in qb. cõsistit eorũ honestas. Dominic⁹.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De vita & honestate clericorum.

¶ Bon facius Octauus.

¶ Clericus iaculatoriam artem per annum exercens, si tertio monitus non desistat, ipso iure perdit priuilegium clericale. Ioan. And.

CAP. I.

Clericis [a], qui clericalis ordinis dignitati [b] non modicũ detrahentes †, se ioculatores [c] seu goliardos [d] faciunt, aut bufones [e], si per annum [f] artem [g] illã ignominiosam [h] exercuerint, ipso iure †: si autẽ tẽpore breuiori [i], & tertiò

Clerici.] Duo membra distiuguit: Secundum membrum prosequitur: ibi, Si autẽ. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius cap. est præsupponendum, ꝙ clerici dicuntur habere multa priuilegia, de quibus in gl. ꝰ. de big. c. vnico.

CASVS. Certum est ꝙ clerici non debent intendere artibus ignominiosis, vt sunt artes mimorũ, ioculatorum, & histrionum. c clerici ꝰ. eo. in. ant. Sed ponam⁹ ꝙ aliqui clerici exercuerunt illas artes; puta q. fecerunt in publico spectaculũ sui corporis, an sint puniẽdi aliqua pœna? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ si clerici exercuerint illas artes per vnũ annũ, sunt ipso iure. i. ipso facto absque declaratione iudicis priuati oĩ priuilegio clericali. Sed ponamus, ꝙ isti clerici non exercuerunt istas artes per vnum annum integrum: sed per minus tps, forte per spatium sex mensium. an ipso iure perdant priuilegia clericalia? Rñdet ꝙ non, sed requiritur ꝙ eps illos monuerit primo, secundo, & tertio, & sic canonice & cõpetenter, & si moniti nõ desistant ab exercitio illarum artium, eps psuã sniã debebit & poterit illos declarare priuatos omni priuilegio clericali. Nota primo iuncta gl. ꝙ clericatus dicitur esse dignitas. hoc verum, accipiendo dignitatem large pro quandam pemineutia: nam dignitas pprie dicitur quando quis habet prœeminentiam supra aliquos, & cum hoc iurisdictionem. Nota vlteri⁹, ꝙ clerici exercentes artes istas de quibus in text. priuãtur omni priuilegio clericali, etiã priuilegio canonis, si quis suadẽte diabolo. 17 q. 4. & in hoc sunt põderanda ista verba, omni priuilegio. Nota insuper, ꝙ clericatus dicitur dignitas concor. sunt in glos. Nota finaliter casum, in quo clericus priuatur priuilegio clericali absque aliqua monitione. Dominicus de sancto Geminiano.

[Primo gl. summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Clerici.] clericus ioculator anno, vel tertio monitus non desistens, ipso iure perdit priuilegiũ clericale. Emanauit ad declarationem, & approbationem eorum, quæ de quadã æquitate dicebat Host. supra de sententia excõmunicationis c. perpendimus. in summa eodem tit. §. quis possit, versic. quid; & dicebat bonũ esse si Papa hoc determinaret: & tẽpora limitaret.

b ¶ Dignitati.] nota ꝙ clericatus est dignitas. ad idẽ 4. distinct. denique. vbi de hoc. & de cleric. non residẽ. cap. 3. Si ergo detrahunt dignitati, merito priuilegiũ perdere debent, quod non personæ, sed dignitati confertur, vt supra de foro compe. si diligenti. & de senten. excommu. contingit.

ADDITIO. Idem Archid. qui etiam cõtra tales allegat ca. si An. apud. 23. quæst. 5. Io.

c ¶ Ioculatores.] qua si ioci latores in publicum. supra eo. tit. cum decorem faciũt enim spectaculum pprij corporis, ad hoc. ff. de ijs qui notant infam. l. 2. §. fin. in occulto tamen vel in firmitatis, vel alteri⁹ honestæ rei causa aliquid ioci facere non reprobatur. & facit quod not. Innocen. de citharistis & ijs qui varijs vtuntur instrumentis. 86. distinct. donare. in 1. glo.

ADDITIO. Et Accur. in præalleg. l. 2. §. fin. ff. de infamib.

d ¶ Goliardos.] vulgare Gallicorum.

ADDITIO. A gula forte sic dicti: sollẽt enim esse gulosi, & leccatores. Ioan. And.

e ¶ Bufones.] vulgare Tuscorum

ADDITIO. Canon tales vocat histriones. 4. q. 1. c. 1. de consec. dist. 2. pro dilectione. & vnde sumpserit originem illud nomen, ponit Valerius lib. 2. c. 1. circa medium. ver. verũ. & vide quòd dixi ꝰ. eo. clerici. in princi. aliàs bufo idẽ est quod rana terrestris. I. And.

f ¶ Annum.] ad hoc ꝗ. de hære. cum contumacia. ꝰ. de regul. statuimus. in Auth. de sanct. epis. §. interdicimus. coll. 9. & hoc est ius nouum: cum aliàs nisi monitione trina præmissa fuerint incorrigibiles inuenti, non perdant priuilegium clericale, vt ꝰ. de senten. ex comm. in audientia, & cap. contingit 2.

g ¶ Artem. 1] nota actum damnatum appellari artẽ. sic vsura ars appellatur. 47 distin. sicut 2 & cura animarũ. supra de ætate & qualita. cum sit. in princip. 39. dist. Petrus. & C. de malefi. artem. sic etiam officium procuratoris ars nuncupatur. 5. q. 3. quia eps. in fine. & magicam artem exercentes. 1. q. 1. Petrus. & C. de malefi. & matth. l. 2. & 4. & multis alijs legib. sequentibus. eod. tit. & coqui dicuntur habere artem. de cõse. dist. 5. ne tales. Archidiaconus.

h ¶ Ignominiosam.] ff de ijs q no. infam. l. 2. § ignominiose. & §. fi. cum ergo talibus ignominiosis artibus clerici intẽdere non debeant, & mimis, ioculatoribus & histrionibus. ꝰ. eod. clerici. 1. respon. [34. distin. presbyteri. de conse. distinct. 5. non opportet 1. C. de epis. & cleri. Authen. interdicimus. secundum Archid. Ioan. And.] Multominus ea exercere debent. ad hoc 44. distinst. non liceat. vbi dicitur, quòd non licet clerico tabernam ingredi: multominus tenere 2. vilitas ergo vitæ tales non patitur priuilegio gaudere. C. de adult. quæ adulterium in fine. supra de apostat. ca. 1. 46. distinctio. clericum scurrilẽ. ne cleri. vel mona. cap. 2.

i ¶ Breuiori.] nota infra annum dici breue tempus post annum, longum, vel verus. ad. hoc 35. q. 8. c. 1. vbi de hoc. & ꝰ. de ver. signi. quid per nouale.

† Ideo dicũt doctores, ꝙ oẽs & singuli clerici cum possũt tales accusare. & extẽdunt istud c. ad monachos. cap. duo sunt genera 12 q. 1. Font.

† Istud verbũ põderãdo dicit Phil. ꝰri⁹ alijs ꝙ desistẽtes ab illis artib. recuperant priuilegiũ. facit textu. in Auth. de sãcti. epis. §. interdicimus.

1 Et tales de lucris humõi artiũ gabel lã soluẽt. Do. Anc. tñ tex. in l. qsitũ de fundo in str. in fi ẽ ꝰri⁹ huic additioni. Font.

2 Qualiter hoc possit pce dere vide late hic Philippũ Franeum.

a ¶ Moni-

a ¶ Moniti.] hoc de veteri iure:sed per quem monebunt? Dic, quòd per suum prælatum vel iudicē, vt supra de senten. excom. in audiētia. ibi, si à prælatis suis &cęt. & c. contingit. secundo ibi, si à tertio.
b ¶ Careant.] repete, ipso iure.
c ¶ Omni.] hoc dicit: quia multiplex est clericorū priuilegium. quod dic, vt dixi supra eodem libr. de biga. altercationis vbi eidem est verbū. ADDITIO. Vnde non tenent immunitatem canonis: licet etiam sint in sacris. secundum Archid. alleg. ꝙ littera indistincte loquitur. & ꝙ illi plus peccant. 5. q. 6. presbyteri. 40. dist. homo. de iureiu. cum quidam. Sed Ioan. Mona. hic contra; dicens constitutos in sacris non perdere priuilegium, licet plus peccent: non enim desinunt esse clerici, & clericaliter viuere tenentur propter characterem impressum, alleg. s. qui cleri. vel vouen. ca. 1. & 2. & s. de cleri. coniug sane 2. prima placet. Ioan. And.

moniti a non resipuerint, careant b omni c priuilegio clericali.

TITVLVS II.

De clericis coniugatis.

Bonifacius Octauus

DE CLERICIS CONIVGATIS.

¶ Dictum fuit s. tit. proxi. de clericis & eorū vita, verum quia aliqui sunt clerici coniugati, dubitaret aliquis, vtrum amittant priuilegia clericalia: ideo ad nos informandum Romanus Pontifex ponit titulum de clericis coniugatis.

Clerici.] Prima pars reseruat clericis coniugatis duo priuilegia cum certa moderatione. Secundum: ibi, Et cum. Secunda reliqua tollit, & etiam prædicta duo, si moderatio non seruetur: ibi, In cæteris.

CASVS. Aliquis Titius clericus contraxit matrimonium cum quadam Berta virgine, quæ nō fuerat corrupta, & prius non contraxerat matrimonium cū aliqua; quæritur, vtrum amittat priuilegia clericalia? Respōdet quòd sic, exceptis duobus: videlicet quia adhuc retinet priuilegium. cap. si quis suadente 17. q. 4. Nam si quis verberaret talem clericum, manus violentas iniiciendo, incurreret sententiam excōicationis: à qua non posset absolui nisi à Papa, si iniuria esset grauis. Item aliud priuilegium retinet, vt non possit cōueniri coram iudice sæculari. Sed vtrum ista sint vera indistinctè, vt quilibet clericus coniugatus gaudeat istis duobus priuilegijs: dū tñ contraxerit cum vnica & virgine? Rñdet quòd non, sed præmissa sunt intelligenda, si iste clericus coniugatus deferat vestes clericales & tonsuram: nam si non deferret, priuaretur istis duobus priuilegijs, videlicet c. si quis suadēte, & pro suis excessibus puniri posset per iudicem sæcularē. Sed quid, habemus in l. 2. C. de epis. & cler. & in c. fin. s. de vita & honest. cler. in antiq. quòd clerici non debent vexari collectis, talijs, nec alijs exactionibus, & multa alia priuilegia habent, vt dicit glo. in c. vnico, supra de biga. Vtrum clericus coniugatus gaudeat istis priuilegijs? Respondet quòd non: etiā posito casu quòd deferat habitus clericales: sed istis omnibus est nudatus. Et sic clericus coniugatus solum retinet duo priuilegia, scilicet priuilegiū c. si quis suadente. & priuilegium ne conueniatur corā iudice sæculari pro delictis. Nota ꝙ cleric⁹ coniugatus amittit oīa priuilegia clericalia, exceptis duobus de quibus in littera. Nota ꝙ clericus in minoribus ordinib. constitutus pōt contrahere matrimonium: secus si esset in sacris ordinib. positus. De hoc habemus rubricam specialem, qui clerici. vel vouen. matrimoniū cōtrahere possunt. in antiq. Nota quòd clericus coniugatus debet deferre habitū clericalem, qui consistit in duobus. s. in habitu & tōsura: & si non deferat, omnia priuilegia clericalia perdit, etiam ista duo posita in textu: nā tunc reputatur laicus, & vt laicus potest puniri. Nota ibi, Vestes: quòd coniugatus clericus non solum debet deferre habitum clericalem in veste superiori, sed etiam in inferiori, & alijs. & istud verum: nisi illa vestis sit latens, & nō appareat, & in hoc pōderatur verbum, vestes: aliàs si sit indecētia in veste inferiori, censetur laicus, & tanquam laicus potest puniri, ideo Tholosæ quidam clericus coniugatus, eo qđ habebat caligas bipertitas, reputatus fuit laicus: & pro crimine tanquā laicus fuit condemnatus; nam fuit laqueo suspensus. Nota quòd clericus coniugatus in alijs omnibus priuilegijs reputatur laicus: ideo vt laicus vocatur ad tallias, tributa, exactiones: & alia munera à quibus eximuntur clerici. Sed vtrum ēt talis clericus cōiugatus, possit esse vicarius epi? Rñdet ꝙ nō. Nā iurisdictio ecclesiastica nō cadit in laicū c. 2. de iud. i ant. & iste clericus coniugatus exceptis duob. priuilegijs reputat̃ laicus. Nota arg. à ɔ̃rio sensu (ꝙ est fortissimū in iure. cap. cum Apostolica. §. penul. in glo. 1. de his quæ fiunt à præla. in antiq. l. 1. ff. de offic eius cui mandata est iurisdict.) quòd bigamus est priuatus oī priuilegio clericali, etiam istis duobus priuilegijs

¶ Si clericus coniugatus ferat habitum & tonsuram, clericali priuilegio gaudet: aliàs non. Ioan. And.

CAP. I.

Clerici d †, qui cum vnicis e & virginibus f cōtraxerunt g,

Nota quòd tonsura hic accipitur pro clerica: nam proprie tōsura est illa abscissio capillorum, quæ est in parte inferiori, vt aures pateant: sed clerica est abscissio capillorum in parte superiori, & circuitus abscissionis illorum capillorum vocatur corona.

[Prima glossa summat: dicit vnde sumpta, & quid declaret.]

d ¶ Clerici.] si clericus coniugatus ferat habitū & tonsuram, clericali priuilegio gaudet: aliàs non. Et fuit tracta de fine cuiusdam extrauagantis, quæ incipiebat, ad quorundam. Et emanauit ad declarationē eorum quæ no. 23. distin. clerici. in 1. glo. & eo. tit cap. Ioannes.

e ¶ Vnicis.] quia si bigami essent, omni priuilegio clericali exuti essent: nec possent etiam portare tonsuram. s. eo lib. de bigamis, altercationis.

f ¶ Virginibus.] secus si cum corruptis 1, vel viduis contraxissent, & eas cognouissent, vt 33. dist. Valentino. & rationem quare virginitas in mulieribus requiratur quo ad hoc potius quàm in viro, quære de biga. debitum. in glo. pen.

[Glossa sequens arg. pro opi. recit. contrariam, quā approbat.]

g ¶ Contraxerunt.] Nota pro opi. Hug. & Hostien. quòd mulier debeat esse desponsata in virginitate, vnde si primo deflorauit quis mulierem, & postea cū illa contraxit. nō videt̃ quòd promoueri possit. ad hoc 30. quæst. 5. qualis. vbi de hoc [in glo. 2.] & 32. distin. nemo. Præterea carnis commistio conformitatem designat humanæ diuinæque naturæ, quæ per incarnationis mysterium fuit in vtero virginali contracta: opportet ergo quòd cōsummatio, quæ illud designat, fuerit facta in vtero viginali: quòd si ante illam corrupit, esse non potest. & bene facit ad hoc 33. distinct. maritum. Sed contrarium credo 2 secundum Tan. & Gof. qui hoc no. in summa huius tit. de biga. §. itē q d si quis,

† Vide concilii Tridē. sess. 23. de reformat. cap. 6.

1 Etiam quas credebant virgines, vt not. 32 disti. nemo. I. An.

2 Et bene glo. c. de. bitū. de biga. & Sicu. ibi & in c. fa ne 1. de cle. coniuga. vid Thol. decisiones. q. 119. Fonta.

si tonsuram & vestes [a] deferant clericales, priuilegium retineant † canonis [b] † ab Innocentio Papa ij. prædecessore nostro editi in fauorem totius ordinis clericalis [c], ¶ Et cum (iuxta Parisiense concilium [d]) nullus clericus [e] distringi, aut condemnari debeat à iudice sæculari: Præsenti declaramus [f] edicto, huiusmodi clericos coniugatos [g] pro commissis ab eis excessibus vel delictis, trahi non posse criminaliter aut ciuiliter ad iudicium sæculare: nec ab ipsis sęcularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecuniariter (ne per vnam viam concedatur eisdem iudicibus, quod per aliam denegatur [h]) vllatenus condemnari.

¶ In cæteris [i] autem, vel nisi (vt præmittitur) tonsuram, vel † vestes deferant clericales: etiam in præmissis [k] eos gaudere nolumus priuilegio clericali [l].

TITVLVS III.

De clericis † non residentibus in ecclesia vel præbenda.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Distributiones quotidianæ solum præsentibus, qui intersunt diuinis dari debent, consuetudine non obstante. Et qui aliter illas receperint, non faciunt illas suas: & idem de distributionibus, quæ dantur pro anniuersarijs defunctorum. Ioan. And.

CAP. VNICVM.

CONSVE-

si quis. Licet Bernar. contrarium not de cle. coniug. sane 1. Et Bart. Brixien. in quæstione dominicali, quæ incipit: quis cognouit virginem. Ber. s. de biga. debitū in glo. vl. tum quia non diuisit carnem suam in plures, vt ibi; tum quia sequens matrimonium fingit pręcessisse, vt supra, qui filij sint legi. tanta.

ADDITIO. Quomodo hanc rationē Host. impugnat, ibi dixi in gl. per hanc.

a ¶ Vestes.] 21. q. 4. omnis iactantia. [in tex. & gloss. 1.] & per totam quæstionem. & s. de vita & honest. cler. clerici.

b ¶ Canonis.] 17. q. 4. si quis suadente. [Glo. seq. quærit, & soluit.

c ¶ Clericalis.] huic ergo fauori clericus renunciare non potest. de sent. excom. cotingit. infra de fo. compe. si diligenti. Sed nunquid talis clericus si habebat rescriptum ad vacaturam antequam contraheret, mortua tali vxore, si postea vacat illa præbenda, potest illam petere? Terminauit Barth. Brix. in principio quæstionū suarum, quæstione quæ incipit, quidam impetrauit [& est 9. dominicalis,] quòd non: quia contrahēdo matrimonium renunciauit per ipsum factūm 2, & animū iuri deposuit. [Quasi diceret, habuit pro derelicto. ff. pro dereli. l. 1. & vlti.] Et hoc est verum. Nam tunc etiam perdidisset ius in re, multo fortius ergo ad rem, secundum ea quę not. supra eo. cap. :. ad hoc infra de conces. pręben. cap vlt. [& in clemen. de rescrip. gratia.] Itē contrahendo voluit perpetuo adhærere vxori. 32. q. 2. solet, ibi, & potest quidem s. de condi. appo. cap. vltim. & eligendo alterum de contrarijs, alteri renunciauit. s. eod. lib. de postu. præl. cap. vnico. in fin. de ele. vt qs duas. ad hoc infra eod. capitu. vbi dicit: in cæteris, & cætera.

d ¶ Concilium.] supra de foro comp. c. 2. quod habetur pro palea 9. q. 1. cap. 2. Ioan. And.

e ¶ Clericus.] cuiuscunque ordinis 3. supra de iudic. cum non ab homine. & patet in c. de quo fit mentio supra de foro competen. cap. nullus. Archid. [Glo. seq. not. opin. Ioan. approbatam, & contrariam reprobatam, ob. & tripliciter soluit.

f ¶ Declaramus.] Ex hoc & superioribus no. approbatam opinionem Ioan. Mo. 23. distin. clerici. & reprobatam opinionem Barth. Brix. ibi not. qui dicebat, quod clericus coniugatus in nullo poterat priuilegio gaudere quantumcunque in habitu & tōsura incederet: quomodo ergo respondebitur ad decret. supra c. Ioannes? Triplex est solutio. Prima est, quod ex sola delatione tonsuræ sine habitu [supple, & econuerso.] nō retinet priuilegiū. Vel ibi cū vidua vel corrupta cōtraxerat, vel aliam vxorem habuerat. Vel quia hoc est diuinare, dic tertio & verius, quod de alio priuilegio loquitur, & sic concordat, vt infra eo. §. in cæteris autem.

ADDITIO. Si Ioānes [cuius opinionem gl. ista in princ. dixit approbatam] intellexisset quod gauderet omnibus priuilegijs, partim approbatur eius opinio, & partim reprobatur in §. ī cæteris. Triplicem ergo opin. in hoc not. & media hic approbatur, quòd in omnibus gaudeat incedēs vt clericus: & hoc placuit Guil. in Spec. eod. tit. post princip. Secūda, quòd in nullo. Tertia, quòd in quibusdam. Io. And.

g ¶ Coniugatos.] deferentes tonsurā vel habitū, vt infra dī.

h ¶ Denegatur.] infra de regul. iur. cum quid vnà. cum suis concord. ibi vide de hoc. Ioan. And.

i ¶ In cæteris.] vt in priuilegio quod habent, ne vexentur exactionibus vel collectis. C. de episco. & cler. l. 2. s. de vita & honest. cle. c. vlt. I. An.

k ¶ In præmissis.] priuilegio scilicet canonis Innocentij, & priuilegio concilij Parisien. Ioan. And.

l ¶ Clericali.] & sic intelligatur decret. supra eo. Ioan.

DE CLERICIS nō residentibus in ecclesia, vel præbenda.

¶ Dictum fuit supra de clericis & eorum vita: verū quia clericis dantur stipendia, vt melius vacent diuinis. q stipendia dicuntur beneficia clericorum: dubitaret aliquis, vtrū clerici teneantur residere in suis beneficijs: ideo ad nos informandum ponit titulum de clericis non residentibus in ecclesia vel præbenda.

Consuetudinem.] Primo recitat consuetudinem quam reprobat: Secundo statuit: ibi: Statuimus. Tertio pœnam apponit, à qua duos casus excipit. ibi, Qui vero. vltimo prorogat: ibi de distributionibus.

¶ Præsupponendum est pro intellectu istius c. quòd fructus præbendarum consistunt in duobus, scilicet in corpore ipsius præbendæ; quod in aliquibus locis vocatur grossum, puta cū præbendæ sunt inter se distinctæ, quilibet canonicus habet certas possessiones pro sua præbenda. Secundo consistit p̄benda in quotidianis distributionibus, quæ dantur interessentibus horis diuinis, & dicuntur manualia beneficia. Vlteri⁹ est præsupponendum, quod istæ quotidianæ distributiones fuerunt introductæ, vt canonici melius vacarent horis diuinis, videlicet, vt si non amore Dei, saltem cupiditate pecuniæ interessent diuinis seruitijs.

CASVS. Canonici ecclesiæ cathedralis Pictauen. per longum tempus sufficiens ad introducendum cōsuetudinem (si aliàs esset rationabili) consueuerunt vt canonici

Marginal notes:

1 Et ibi plenius scripsi super vlt. gl. rōnes, quas inducit Hostiē. I. A.

† Al. retinent.

† Vide Alexan. cōs. 8. in 1. vol. & Rot. decisi. 202. in nouis.

† al. &

2 Et facto renūciat qs iuri suo. d ijs quæ fiūt à maio. par. c. ex ore. C. de iure do. impetr. l. 2.

3 Etiam primæ tōsuræ aut seruitio ecclesiæ deputati c. 2. 11. q. de Anch. Fonta.

† Vide cōc. Trid. sessio. 6. de refor. c. 1. & sessio. 21. de refor. ma. c. 3. & sessio. 24 de refor. ca. 12.

nonici non solum interessentes diuinis horis, sed ẽt absentes hẽrent & pciperẽt quotidianas distributiones, ac si interfuissent diuinis horis: an valeat talis cõsuetudo, & sit rõnabilis? Rñdet ꝙ non, nã canonici etiam si sint in eodem loco, dum tamen nõ intersint horis diuinis, non debent habere quotidianas distributiones, quæ aliàs vocantur manualia beneficia clericorum, eo quia dantur ad manum: puta quòd interessentes Missæ, habebũt duodecim denarios: in aliquibus ecclesijs non dantur istæ quotidianæ destributiones in pecunijs, sed dantur in cibarijs, puta pane & vino. Nota primo, ꝙ quãdoque alij clerici, q̃ canonici recipiunt quotidianas distributiones in ecclesia. Item quandoque etiam distributiones dantur in alijs ecclesijs inferioribus cathedralibus, & pro his vide tex. in clem. vt hi qui. de ætate & quali. Nota secundo, ꝙ illi dicuntur præsentes, qui sunt in ciuitate vel castro: sed tamen tales non dicuntur interessentes diuinis, nisi personaliter intersint. Do.

† Vide Dec.cõsi. 280. vbi late de his quotidianis distributionibus.

† Al. participani.

tudinem [a], quæ in quibusdam partibus inoleuit, qua canonici, & alij beneficiati seu clerici cathedralium, & aliarum collegiatarum ecclesiarum, distributiones [b] † quotidianas (quæ aliàs manualia [c] beneficia seu victualia [d] nuncupantur, & tantum residentibus tribuuntur) qualitercunque in ciuitatibus seu alijs locis (in quibus ipsæ consistunt ecclesiæ) sint præsentes [e], licet diuinis officijs non intersint, ex integro percipiunt †, ac si continue ipsis ecclesijs in eisdem officijs deseruirent, penitus improbantes [f]: Statuimus, vt distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuscunque rebus consistant, canonicis ac alijs beneficiatis & clericis ecclesiarum ipsarum [g] qui eisdem officijs in ipsis ecclesijs adfuerint [h], tribuantur iuxta ecclesiæ cuiuslibet ordinationem [i] rationabilem iam factam, seu etiam faciendam. ¶ Qui vero aliter de distributionibus ipsis quicquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas [k] † seu iusta & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens ecclesiæ vtilitas [l] excusarent) rerum sic receptarum dominiũ non acquirat, nec faciat eas suas [m]: immo ad omnium restitutionem, quæ contra huiusmodi nostram constitutionem receperit [n], teneatur.

licum priuilegiũ illa perciperet. Existẽs tñ in seruitio Papæ illas nõ percipit, vt no. supra eo. cũ dilectus. fructus tñ p̃bendæ percipiunt, vt ibi. Et quis intelligat̃ esse in seruitio Papæ, & q̃d de illo q̃ residet cum Cardinali, dixi post Hostien. su p verb. circa nos. & sup glo. vlt. quod hic ponit Arch. Io. And.

i ¶ Ordinationẽ.] vt puta, ꝙ tm̃ detur ei qui intererit in Missa, & tm̃ ei q̃ intererit in matutino. & sic de singulis horis.

ADDITIO. Vide q̃d no. in cle. vt hi q. de æta. & quali. in gl. nota pro consuetudine, & in cle. 1. de reliq. in fin. Ioan. And.

K ¶ Infirmitas.] q̃ a celebratione diuinorum excusat, vt supra de præb. signifi-catũ. aliàs clerici ad oẽs tenentur, quod dic, vt supra de celebra. Missa. c. 1.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

l ¶ Vtilitas.] hæc duo solent dispensationem inducere. supra de præb. exposuisti. Et signatur huic contra supra eod. lib. de elect. cum nõ deceat. vbi illi qui prosequũtur vtilitatem ecclesiæ distributiones nõ percipiunt. Sed canonici nõ tenentur eas talibus concedere, vt ibi: tamen si concesserint, illi non tenentur ad restitutionem, vt hic. Alij dicũt hoc loqui in præsentibus, illud in absentibus; vt p̃sentes qui prosequuntur vtilitatem ecclesiæ, distributiones percipiant, absentes, vt ibi. Primum credo.

ADDITIO. Archidiaconus dicit hanc loqui in ecclesijs, in quibus est consuetudo, ꝙ absentes ista percipiant, quæ toleratur in casibus hic expressis: contrariũ in ecclesijs in quibus non est talis consuetudo. Si intelligitur de absente à diuinis, potest conuenire litteræ, aliàs non. Ioan. And.

[Gl. seq. soluit dubiũ, & remittit: sc̃do q̃rit & soluit.]

m ¶ Suas.] de his ergo non põt fieri eleemosyna. q̃d dic vt no. 14. q. 5. in sum. & supra de deci. ex trãsmissa. Quid si illi quorũ lucro prædicta cedebant, remittãt, nunquid est canonicus absolutus? Satis videtur ꝙ sic Instit. de re. di. §. per traditionem. cum hic non sit additum remissionem non prodesse, vt supra eo. lib. de rescrip. statutũ. §. antep. & ꝟ. de censi. exigi. in fin.

ADDITIO. Arch. dicit, ꝙ forte ꝯriũ est verũ in ã ex quo nõ põt illas recipere, vt hic, nullo modo suæ fieri poterũt, quin ad restitutionẽ teneat̃, cũ illas recipiat cõtra mentẽ, & prohibitionẽ huius cõstitutionis.

[Gl. seq. ponit opi. quã reprobat quadruplici rõne, secundo quærit & soluit, & solutionẽ fortificat, Tertio quærit, argu. pro, & contra, & soluit.]

n ¶ Receperit.] dicunt quidam ẽt in p̃teritũ: vt sic cõstitutio ista præterita cõprehẽdat, maxime cũ videat̃ ius antiquũ. supra de præb. licet. Sed contrariũ credo [Idẽ Archi.] tũ ex eo quod supra dicit, statuimus, tñ ex eo quod dicit hic contra huiusmodi nostrã constitutionem, &c. Sed qui ante hanc constitutionẽ recepit, cõtra hãc cõstitutionẽ nõ recepit. quia pœna legis ex

[Prima gl. sũmat, & dicit ꝙ iure veteri hoc probetur.]

a ¶ Consuetudinem.] distributiones quotidianæ solũ p̃sentibus, qui intersunt diuinis, dari debent, consuetudine non obstante. Et qui aliter illas receperint non faciunt illas suas; & idem de distributionibus, quæ dantur pro anniuersarijs defunctorum. Et probatur huius decretalis dictum in fine per decretal. supra de præb. licet.

b ¶ Distributiones.] supra de præben. licet.

c ¶ Manualia.] vt supra de verb. sign. olim.

d ¶ Victualia.] supra eod. de cætero.

e ¶ Præsentes.] Quid. n. prodest præsentia in loco, ex quo diuinis non adsunt propter quæ sunt beneficia constituta.

f ¶ Improbantes.] Licet igitur de consuetudine corpus præbendæ deberi possit absentibus, qui diuinis non intersunt. supra de constitut. cum omnes. secus in distributionibus quotidianis, vt hic.

g ¶ Ecclesiarum ipsarum.] cathedralium, vel collegiatarum.

h ¶ Adfuerint. Nota ꝙ si quis impetrat ꝙ in absentia percipiat prouentus suos ac si præsens esset, dispẽsatio hæc faciet eum reputari pro præsente. sed nõ p interessente diuinis officijs 1. sed si præsens esset, & officijs non interesset, has distributiones nõ perciperet, vt hic: ergo nec dispensationis vigore perciperet. Sed si diceret̃ in gratia ꝙ reciperet ac si p̃sens esset, & diuinis officijs interesset, tunc secus ratione prędicta. Sit igitur impetrans in hoc cautus, vt secundum hãc formam impetret, si potest.

ADDITIO. Non tamen memini vidisse talem formam ab Apostolica sede manasse: si tñ daretur, tunc haberemus quartum casum exceptum, s. q̃ñ per aposto

1 Hoc nõ aduertit Be. s̃. eo. cũ dilect⁹ in glo. 2. Item nec Host. in c. ad liberandã. de Iudę. Ioan. And.

2 Vide Do. cõsi. 1. Bonifaciũ in cl. cupiẽtes. de pœnis & Io. Mo. in c. vlti. de verb. sig. lib. 6.

† Notãt hic Do. & Phi. ꝙ infirmitas nõ priuat stipẽdio debito: sic famulus ægrotus habebit salariũ. al lego glo. in l. arborib. §. de illo. ff. de vsuf. Bar. in l. si cũ dotẽ. §. sin autẽ, ff. sol. ma. vide decis. Thoplo. q. 359. Fonta.

ex tpe legis.32.q.4.dixi Sara. Præterea licet statutum esset has distributiones solũ ijs qui diuinis intersunt officijs dari:non tñ erat expresse statutũ, consuetudinẽ ɔ̃riam non valere. Item nec pœna addita, qđ facit cõstitutio hæc. Sed quid dices de ecclesijs, q̃ non hñt aliquo modo distinctas pbendas, sed tantum singulis diebus dantur cuilibet pro victu tot libræ panis, tot mensuræ vini, & sic de singulis? Credo ꝙ de illis non loquitur decr. cum illæ potius sint præbendæ, q̃ distributiones, aliàs esset canonia sine præbenda in talibus ecclesijs: quod esse non debet 1.1. si q.3. si qs obiecerit, supra de p̃ben. relatum. Et hoc optime probat iudicio meo decret. supra de verb. signifi. olim. certum.n.est, ꝙ quotidianæ distributiones non dantur absentib. etiam in theologia studentibus, vel priuilegiatis, vt in prædicta decret. licet, & tamen in talibus ecclesijs dantur tales priuilegiatis absentibus, vt in prædicta decre. olim. qui verus est decre. intellectus, aliàs nulla esset ibi decret. ratio, nisi quia ita placuit Papæ. Et ad hoc facit quod not. Ber. in p̄dicta decret. licet, de præben. plus dico ꝙ in ecclesijs in quib. sunt distinctę præbendæ, & postea est mensa cõis grossa, & postea distributiones, solum in his distributionibus & non in illa mensa grossa locum habeat hæc decret. & ita fuit consultum in ecclesia Bonon. Et hoc sonat verbum quotidianæ. & supra dum dixit, quæ tantum residentibus, &c. [Hoc ergo tenendum, ꝙ priuilegiati super percipiendis fructibus (vt nunc studẽtes Bononiæ, virtute priuilegij, quod facit illos censeri residentes) totum illud percipiẽt, quod perciperent in ecclesia residendo. non interessendo horis, & facit ꝙ not. sup. in gl. not ꝙ] Sed quid dices, ordinatio est in ecclesia; qui vadit ad talem horam tantum habebit, &c. vadit canonicus ad horam principaliter pro denario 2 nunquid simoniam committit? Vr̃ quod sic, argu. de sim. suam nobis. & capit. sicut pro certo. Contra supra de p̄ben. significatum. Solu. dic secundum Hostien. qui hoc no. supra de verb. signif. olim. quòd tales non committũt veram simoniam: cum nulla expressa pactio intercedat, peccant tamen grauiter & mentalem simoniam committunt, & per pœnitentiam satisfaciunt. supra de simonia, tua nos. & c. vlt.

1 Vñ dicit Ar. fm Bonagui dã Curiã tenere, ꝙ litteræ impetratæ super haben dis distributionib. non extẽdũtur ad illas Ioã. Andr.

† In vetustioribus codicib. constanter legitur, Clemens iiij.

2 De hac qõne vide B. Th. qđ libeto. 8. q. 6. Dec. i c. ex parte el. primo de offi. de le. & Sum mistas ver bo Simonia.

¶ De destributionibus etiam pro defunctorum anniuersarijs largiendis, idem a decernimus obseruandum.

TIT. IIII.

De præbendis & dignitatibus.

¶ Clemens tertius, aliàs quartus. †

¶ *Ad præsentationem religiosorum etiam exemptorum, nõ debent in ecclesiis ipsorum rectores institui, nisi primo tantum eisdem assignetur, vnde incumbentia onera subire possint, & congrue sustentari: nec valet contra consuetudo. Ioan. Andr.*

CAP. I.

SVSCEPTI regiminis b nos cura solicitat, vt vtilitatibus subiectorum in illis præci-

a ¶ Idem.] s. quod hi, qui non intersunt, nil habeant, & cõsuetudo contraria non valeat, & recipientes sine iusta causa ad restitutionem teneantur.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIB VS.

Cõtinuatio dñi Heliæ.

[Dictum fuit supra de clericis, & eorum vita: verum quia præbendæ & dignitates & alia stipendia dantur clericis, vt melius vacent diuinis seruitijs, dubitaret aliquis de huiusmodi prębendis & dignitatibus, ideo annectitur tit. de præb. & dignitatibus.]

SVscepti.] Diuiditur in quatuor partes. Secũda ibi, Sane. Tertia ibi, Verum. Quarta ibi, Nos itaque. Ioan. And.

CASVS. Dicitur in c. de monachis. s̃. eo. quod religiosi habentes aliquas ecclesias parochiales, puta ex donatione episcopi cũ consensu sui capituli, possunt ad illas præsentare p̃sonas idoneas, & tenẽtur ipsi religiosi assignare dictis personis, quas ad ecclesias illas præsentãt congruam portionem vñ possint sustẽtari, & onera ecclesijs incumbẽtia supportare, & hospitalitatẽ tenere, & iura episcopalia soluere; qui religiosi si nolint ista facere, poterit episcopus loci tales religiosos ad hoc cõpellere. Sed quid, vtrum illud c. de monachis, sit verum indistincte, et si illi religiosi sint exempti, & subsint immediate ecclesiæ Romanæ? Respondet ꝙ sic, & hoc vt possint reperiri personæ idoneæ, quæ ad illas ecclesias valeant assumi pro seruiendo in diuinis: nec valet cõtraria consuetudo.

Nota primo, ꝙ prælatus superior ex necessitate sui officij tenetur p̃uidere necessitatibus suorum subditorum sibi, ut sunt assignari redditus, vt liberius vacent vtilitatibus suorum subditorum.

Nota ꝙ dr̃ia est inter recipere præsentatũ, & admittere. Hoc colligit Dominic⁹ de sancto Geminiano ibi, nullum recipiant, & ex hoc dicitur quæstio in facto: Nã quidam patronus præsentauit quendam clericum ad aliquã ecclesiam: & rogauit episcopũ vt illum admitteret? Rñdit eps; & bene, notarius vero in instrumẽto suo posuit qualiter episcopus talem instituerat; vtrum notarius commiserit crimen falsi? Vr̃ ꝙ sic; q̃a si verbum, admittere, nõ sit idem quod recipere, talis est falsarius: si autem admittere sit idem quod recipere, non est falsarius, cum recipere sit idem ꝙ instituere: Dicendum ꝙ aliud est admittere, aliud recipere: sic verbum, bene, quod respondet episcopus, solũ operabatur approbationem personæ præsentatæ, non aũt institutionem, & ideo instrumẽtum illud est falsum.

Nota principalem effectum huius capituli, ꝙ diœcesanus nõ tenetur aliquẽ instituere, immo, nec admittere ad p̄sentationem religiosorum: nisi prius fuerit assignata certa portio personæ præsentatæ, vnde viuere & sustentari possit, soluere episcopalia iura, & tenere hospitalitatem: tamen communiter religiosi sustinent onera, & assignant prӕsentato certam portionem pro victu & vestitu, clem. 1. infra de iur. patron. in cle. Nota ꝙ episcopus non tenetur recipere prӕsentatum, nisi prius facta assignatione cõgruæ portionis. Quid si religiosi nolint assignare portionem? Dicẽdum quòd episcopus poterit illos compellere ad assignandũ congruam portionem, vt dicta clemen. 1. etiam si sint religiosi exempti. & in hoc religiosus exemptus subest iurisdictioni episcopi, ꝙ verum est, dummodo illa ecclesia & populus sint sub potestate episcopi. Nota quòd ratione paupertatis ecclesia quandoque confertur nõ idoneo. facit c. extirpandæ. supra eo. cum si. Nota finaliter casum in quo exempti subijciuntur ordinarijs. alios casus vide enumeratos per gl. in clem. 2. de pęnis.

[Prima glo. summat, & diuidit.]

b ¶ Suscepti regiminis.] Ad p̄sentationem religiosorũ ẽt exẽptorum nõ dẽnt in ecclesijs ipsorum rectores instituti, nisi primo tm̃ eisdẽ assignetur, vñ incũbentia onera subire possint, & congrue sustentari, nec valet cõtraria consuetudo. Et diuide in quattuor partes: in prima arengat: in secunda antiquã constitutionẽ recitat. In tertia ipsi⁹ trãsgressionẽ: in quarta ponit reuocationẽ, & extẽsionẽ ipsius, & ɔ̃riam cõsuetudinẽ damnat.

a ¶ Animarum.] sup. eo.lib. de consti.c.2.infra de sepul.cap.1.
b ¶ Innouatione.] nunc antiquorum declaratione. ꝭ. in prooe.huius libri ad finem exordij.
c ¶ Religiosorum.] de monachis statutũ fuerat.ꝭ.eo. de monachus,de alijs religiosis eadem rõe idem dicebamus;per decre.sup. eod.auaritiæ, & capit. in Lateranen.
d ¶ Assignatum.] qđ per eos augeri vel diminui non poterit: dicit Archi. supra eo. auaritiæ, & habẽt circa hæc prouidere diœcesani etiam quo ad exemptos,vt in cle.de supp.neg. prælat.quia regulares.
e ¶ Soluere.] hospitalitatem tenere. vt in prædi.decr.de monachis,& dic, vt ibi : & ca.21.q.1.cap.1. & 16. q. 1. quoniam quicquid.
f ¶ Exempti.] ecclesia tamen cum populo non erat ibi exẽpta.1 aliàs non intromitteret se episcopus.supra de priu quoniam, & de sup.neg.præl.sicut. hodie secus:vt in clemen.eod. tit. quia regulares.
[Glo.seq.exponit. ponit opin.& declarationes iuris noui.]
g ¶ Sustentari.] forte dimittebant quartã quartæ, id est,sextam decimam decimarũ. supra eodem titu.extirpãdæ.in princip.nolente quòd eis generarentur podagræ.de consecra. distinc.5.legimus quosdam.Notauerunt autem Tan.& Gof. & Ber. supra eodem de monachis.quòd si moniachi hanc portionem assignare nollent, elapsis sex mensibus episcopus ordinaret ecclesiam.allega.decret. de sup. neglig. prælat.in antiq. sicut. Idem notauerunt Innocen. & Hostien. Sed Archid. hic reprehendit : dicens quòd decre. sicut. loquitur de defectu personæ præsentatæ, non de defectu rerum, de quo loquimur hic. Dicit ergo quòd hoc casu episcopus non ordinabit, sed coget illos ad portionem assignandam. Dic vt infra dicam in additione. Hodie diœcesanus ad hanc assignationem faciendam statuet eis terminum, infra quem si non fiat, præsentatum admittet: & postea faciet hanc assignationem : in qua taxam in pluri vel minori non debet excedere, quod dic vt in cle.de iure patr.vt constitutio.
h ¶ Onera.] hospitum receptionis nuntiorum Apos. sedis,& simil.
i ¶ Animarum.] quarum regimen est ars artium. sup. de æta.& qualit.cum sit.in antiq. est.n. anima pretiosior corpore.12.q.1.præcipimus.2Ioan.And.
k ¶ Alios.] clericos intelligo 2 : quia laici nihil percipiũt,sup.in ant.de iure patro.præterea. & sic etiam intelligitur.sup.eo.tit.extirpandæ.in princ.
ADDITIO. Intellige clericos patronos;s.de quibus hic loquitur secundum Archi. per decret statim alleg.hic autem intelligit de habẽtibus ius instituendi.sed salua pace non adaptatur litteræ, nisi dicatur per eos fieri præsentatio solũ ad curam populi de iam instituto per ipsos ad regimen Ecclesiæ:vt scripsi de præb.de monachis.super fi.2.Ioan.And.
l ¶ Consuetudine.] cum.n.aĩab. sit periculosa,vt sup. probatũ est, ergo extirpanda.supra eo. tit, extirpandæ. de cõsu. in antiq. c. vlti. & de hoc ibi plene. Io.An.

al. per quæ.

1 Idem Ioan.Mo. & Arch.

2 Not. Do. ꝙ.dictio ali⁹, nõ includit diuersa. vid Fe li.in c.sedes d re scr.in an ti Font.

pue, per † quas animarum a saluti consulitur, nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum innouatione b solicite prouidere curemus. ¶ Sane fuit olim per sedem Apostolicam prouide constitutum, vt diœcesani locorũ ad præsentationem religiosorum c nullum ad aliquam ecclesiam recipiant, nisi tantum ei de prouentibus ipsius ecclesiæ coram eis fuerit assignatum d, vnde iura episcopalia possint soluere e, & congruam sustentationem habere. ¶ Verum (sicut nobis quærela multorũ frequens insinuat) religiosi exempti f de prouentibus parochialium ecclesiarum, in quibus ius obtinent patronatus, seu rectorum præsentatio pertinet ad eosdem, tantum percipiunt annuatim, quòd rectores ecclesiarum ipsarum non possunt de residuo commode sustentari g, & episcopalia iura persoluere, ac alia incumbentia eis onera h persoluere: propter quod sæpe cõtingit, quòd nõ inueniuntur personæ idnoeæ,quæ huiusmodi ecclesias velint recipere: sicque frequenter minus idoneis conferũtur, ex quo pericula imminẽt animarum i: ¶ Nos itaq; volentes super hoc salubre remedium adhiberi: Præsenti decreto statuimus & mandamus,cõstitutionem huiusmodi quo ad omnes patronos † ecclesiarum religiosos tam exemptos,quam non exemptos, & alios k inuiolabiliter obseruari,cõsuetudine l contraria non obstante.

Licet.] Dicit clericus, ꝙ secundo anno Põtificatus Clementis emanauit hoc capitulum : & simul cum hac decret. legere soleo decreta. sequentem,& decret. si Apostolica. quæ hanc restringunt, & decre. præsenti. q̃ hanc exponit, vt patet in gl. Io. And. Facit tria:Primo recitat antiq̃ cõsuetudinẽ:Scđa ibi,Nos itaque,illã approbat & ĩhibet:Tertia ibi. Nos .n.decernit. Ioan.An.

CASVS. Titius tenẽs beneficiũ canonice, ꝙ spectat ad collationem epi Pictauen. mortu⁹ est ĩ curia Romana:eps Pictauẽ. ad quem spectabat collatio hui⁹ bñficij, sciuit istam vacationẽ:quia forte erat in curia :v. trum poterit conferre illud beneficium ac si vacasset extra curiã? Rñdet ꝙ non:& dicit ꝙ licet prouisio quorumcunque bñficiorũ spectet ad Papam specialius tamẽ antiqua cõsuetudo voluit ad ipsum spectare collationem bñficiorum vacantium in curia : q̃ consuetudinem approbat hic Papa,& cõstituit vt nullus talia bñficia vacantia in curia audeat conferre. Et istud verum : dummodo Papa conferat ĩ.mẽsem:quo elapso poterunt epi ad quos spectat electio, cõferre ꝑ se vel per vicarios suos gñales in spũalib. & tpalib. in sua diœcesi dimissos:Tñ si Papa inuenit illud bñficiũ vacans,ẽt elapso mẽse poterit conferre:si nõ fuerit facta collatio ꝑ epm, vel suũ vicariũ dimissũ in partib. Hoc dicit p̃sens capitulũ.Nota primo,ꝙ Papa hẽt plenã dispõnẽ bñficiorũ in quacũq; parte orbis suorũ:nã ipse fuit vocatus in plenitudinẽ ptãtis, vt ipse cõcurrat cũ oib. alijs ꝑlatis:iõ inter ipsos est locus ꝑuentioni.Nota ꝙ bñficia vacãtia in curia sũt reseruata dispõni Papæ.Nota vlterius ꝙ ius cõe pt disponere illud ꝙ antea disponebat cõsuetudo:& sic de cõsuetudine fit ius cõe:vñ Papa ponderat hic cõsuetudinẽ ad se excusandum:videlicet ne videret̃ ordinarijs collatorib. ꝙ esset cã auferendi ab eis collationẽ istorũ bñficiorũ: tñ cessante cõsuetudine istud idẽ potuisset ordinare. Nota casũ in quo bñficiũ dẽt cõferri ꝑ Papã ĩ.mẽsem, aliàs ꝑdit qualitatẽ collationis: Nam añ nullus alius poterit conferre nisi Papa,post mensem vero alij concurrunt cum Papa,& est locus præuẽtioni.Nota quod iste mensis currit à die vacationis,nec computat̃ dies vacationis : & ideo istud non statuitur in odium negligentiæ Papæ,quia tunc nõ curret mensis iste nisi à die notitiæ,sed statuitur istud tp̃s in fauorem ecclesiarum,

† Alios casus quibus exempti sub. sunt ordinarijs.vide ĩ.e.ca.2.de pẽn. & remiss. per gl.ibi Phi. Fra.

rum, ne diu maneant sine prælato iō currit iste mensis, à die vacationis, vt dictum est: secus in alijs temporibus relictis, cæteris prælatis in odiū negligentiæ eorū: quia illud tempus currit à die notitię ipsorum.

Prima glossa summat.]

a ¶ Licet ecclesiarū] beneficia vacantia in curia alius quàm Papa conferre non potest: quod si fecerit, irrita est collatio.

[Glossa seq. quærit & soluit.]

b ¶ Dignitatum.] qd de episcopatibus: nunquid comprehendūtur hac constitutione? [Cleri. Py. ī. cap. proxi. tenuit quod sic propter verbum, ecclesias, quod hic ponitur quod cathedrales comprehendit. supra de verb. sig cum clerici. Ioan. And.] Satis videtur ꝙ non: quia ea quę speciali nota sunt digna, nisi specialiter notentur neglecta intelliguntur. ff. de iniu. item apud. §. hoc edictum. ī. eo. tit. quamuis ī. de senten. excommu. quia periculosum. cū sim. & facit supra de procur. cap. vltimo. & quod ibi dixi. supra de filijs presby. cap. I. Est enim non dignitas, sed dignitatū culmen. supra eod. venerabilis: & c. cū olim. & hoc seruat curia. 2. quæ reseruationes in his cum vacant facere consueuit: quod etiam interdum in abbatijs facit, vt sic per istam comprehēdant solum prouisa per cōciliū Lateraneñ. non per generale, sup. de elect. ne pro defectu. ad hoc supra de concess. praben. dilectus.

† Aliàs ita: verū et ius ad ea tribuere vacatura. † Quæ facit ne Pa pę noceat ordinarij pueutio vñ iferūt Do. & Pe. de Anch. cōsuetudinē fortificare iuscōe: & hęc fortificatio sumit sibi nomen à cōsuetudine, nō à iure cōi p l ius ciuile. ff. d iust. & iure. & hic Font.

1. Facit clē. de renunt. ca. vno. & dicit Car. ī. c. px. hoc pbari p litteram ibi, cōferre valeāt de epālibus. n. nō sic loquerēt, & dicit Nico. iij. sic interpretatus est in ecclesia Bracharē. Io. And

ADDITIO. Not. Ioan. Mona. infra de hæreti. inquisitores. quòd declarari vidit appellatione dignitatis abbatiam nō contineri. facit 16. quæst. 7. si quis deinceps Et secundum hoc dicit Archi. idem de prioratibus per quos principaliter reguntur monasteria: sicut sunt prioratus de Bosco, & sancti Ioannis in monte: in quibus eadem est ratio; nec per variationem nominis ius immutatur: sed quantum percipio curia hoc non recipit Ioan. And.

c ¶ Pertinere.] 32. dist. oēs: & vide quod dixi supra eo lib. de elect. quamquam. Ioan. And.

d ¶ Vacaturis.] quod alius non potest, vt supra de concel. præb. c. 2. etiam legatus de latere Papæ, vt supra eo. tit. dilectus filius T.

e ¶ Apud sedem.] quæ dicantur apud sedem ipsam vacare, dicetur ī. eod. præsenti.

f ¶ Cōsuetudo.] patet ex facto. supra de accu. accedēs.

¶ Idem.

¶ *Beneficia vacantia in curia alius quàm Papa conferre non potest: quod si fecerit, irrita est collatio. Io. And.*

CAP. II.

Licet ecclesiarum [a], personatuum, dignitatum [b], aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere [c], ita quòd non solum ipsa cum vacant, potest de iure conferre, verum † etiam ius in ipsis tribuere vacaturis [d]: collationem tamen ecclesiarum, personatuum, dignitatum & beneficiorum apud sedem [e] Apostolicam vacantium, specialius cæteris antiqua consuetudo [f] † Romanis Pontificibus reseruauit. ¶ Nos itaque laudabilem reputantes huiusmodi consuetudinē, & eam auctoritate Apostolica approbantes, ac nihilominus volentes ipsam inuiolabiliter obseruari: eadem auctoritate statuimus [g], vt ecclesias, dignitates, personatus & beneficia, quæ apud sedem [h] ipsam deinceps vacare [i] contigerit, aliquis præter Romanum Pontificem quacunque super hoc sit auctoritate munitus, siue iure ordinariæ potestatis ipsorum electio, prouisio seu collatio [k] ad eum pertineat, siue litteras super aliquorum prouisione generales vel etiam speciales sub quacunque forma † verborum receperit, (nisi ei sit super conferendis eisdem in curia Romana vacantibus specialis & expressa [l] ab ipso Pontifice summo auctoritas attributa) conferre [m] alicui, seu aliquibus non præsumat. ¶ Nos enim si secus actum seu attentatum fuerit, decernimus irritum & inane.

Gregorius decimus in concilio generali Lugdunensi.

¶ *Si Papa beneficia vacantia in curia non conferat infra mensem à die vacationis; illi ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre. Io. And.*

CAP. III.

STATV-

g ¶ Statuimus.] fit ergo de speciali cōsuetudine ius commune. sic supra de clande. despon. cum inhibitio & est si. de fideiuss. quòd quibusdam. de priuile. ꝙ non nullis. Allegatur rñ Romanæ ecclesiæ consuetudo p iure in antiq. supra de constit. ex litteris.

h ¶ Sedem ipsam.] non vacantem, aliàs parochiales ecclesiæ conferuntur per illos ad quos collatio pertinet: quod dic vt infra eod. si Apostolica.

i ¶ Vacare.] an beneficium dicatur in curia vacare cū duobus ibi super eo sibi collato litigantibus alter moritur, vel vterque? Dic vt in clemen. vt lit pen. si duobus.

[Glossa sequens tractat quid de præsentatione.]


SI tibi [d] absenti ꝑ tuũ

† Si autẽ ad suam collationem spectet, & simul ad p̄sentationem alterius patroni clerici res est dubia: quia Papa non vr̃ cogitasse de bñficio, in quo cõicat cum altero: vt in fi. isti9 ca. & c. fi. ĩ. e. si aũt alter esset laicus patron9, clarũ est, ꝙ nõ posset. de of. deleg. dilectus. Io. Andr. Pe. Anc. Fõ.

a ¶ Noscatur.] hic est ꝙ capitulum vacante sede non cõfert beneficia, quæ spectant ad collationem episcopi, supra ne se. vaca. c. 2. & infra eo. li. eo. tit. c. vnico. & tamen tunc instituit instituendos ab episcopo inf. e. lib. de instit. c. 1. de maio. & obe. cum olim. [in anti.] & idem vides in generali vicario, supra de inst. ex frequentibus. supra eo. lib. de offic. vica. c. vlt.

b ¶ Non adiecto.] ex quo Papa hoc non adijcit, alterum tantum grauare non intendit: & hoc intellige secundum determinationem, quam habebis infra eo. titu. cap. vlt. & fuit hoc sumptum ex quadam extrauaganti, quæ incipiebat, Contigit interdum sicut te, & cętera.

[Glo. seq. obijcit & soluit.]

c ¶ Cum alio.] absurdum. n. esset illum grauari, de quo Papa non intelligit. In contrarium videbatur: quia ad collationem suam spectat, licet & alteri9: nam & qui iurat suũ non esse, iurat & sibi commune non esse. ff. de ver. sig: pupillus. §. vlt. [cum sua glo. & vide quod dicitur infra de verb. sig. c. vlt.] Et qui legat seruos suos, & qui in totum, & qui pro parte sui sunt, uidetur legasse. ff. de le. 3. l. si quis seruos. Sed hoc facit contraria intentio Papæ, idem est ergo dicere ad collationem talis, & solius talis.

ADDITIO. Bene facit ff. de leg. l. 2. latis. vbi legatum factum vxori de ijs q̃ sunt parata ad ipsius vsum, non intelligitur de paratis ad communem vsum ipsius & viri. Dicebat Ioan. Monac. quod est commune mihi & alteri, proprie non est meum. ff. de tit. nup. illud. & verba generalia proprie non improprie sumebent. alleg. supra eo. tit. & lib. cum de beneficio in fine, & remittit ad regulam, in generali. infra de reg. iur. Ioan. And.

SI tibi absenti.] Circa beneficium collatum absenti nondum acceptatũ soluit quinque dubia: Primũ, an sit illius: ibi, Licet. Secundum an possit alteri conferri: ibi, Ipse tamen. Tertium, an si conferatur, valeat collatio ibi, Quod si. Quartum, quid si lapsus sit terminus datus ad acceptandum: ibi, Sed si. Quintum, quid si pro visus post terminum præueniat collatorem: ibi, Antequam. Ioan. And.

CASVS. Episcopus Pictauẽ. alicui Titio absenti & ignoranti cõtulit aliquod beneficium: nõ fuit ibi aliquis, qui acceptaret collationẽ pro Titio absente: an valeat collatio? Certe sic adeo ꝙ collator non poterit amplius variare, nec illud beneficium alteri cõferre, Sed vtrum Titio absenti & ignoranti per illam collationem sit acquisitum ius in beneficio? Respondet ꝙ nõ, nisi Titius illud beneficiũ acceptauerit: sed facta acceptatiõe est sibi ius acquisitũ sine corporali apprehensione, licet sit secus in rebus profanis. l. traditionibus. C. de pact. Sed ponamus, ꝙ Titius postquã sciuit illud beneficium sibi collatum, differt acceptare collationem: an ep̃s collator possit illud beneficium alteri conferre? Rñdet quod non statim: sed poterit Titio assignare certum terminum, intra quẽ tenebitur suam declarare volũtatem an velit illud beneficium acceptare: quo termino elapso poterit collator illud beneficium alteri conferre. Sed ponamus ꝙ collator elapso termino illud beneficium nõ cõtulit: vtrũ possit Titius tale beneficium acceptare antequam verus collator alteri cõtulerit: ita ꝙ per illã acceptationẽ acquiratur sibi ius in beneficio? Certe sic. No. primo, ꝙ beneficium põt conferri absenti & ignoranti: nec requiritur ad hoc vt valeat collatio, ꝙ ille cui confertur beneficium, illud acceptet. No. statim ꝙ si absens sciuit beneficium sibi fuisset collatum, & acceptauit: statim sibi ius est acquisitũ in beneficio: & potest lato modo dicere illud beneficium suum ratione cuius potest agete rei vendicatione lata. Et sic etiam solo titulo acquirit̃ ius in beneficio & dominium: secus in rebus profanis: quia in illis ex solo titulo nõ acquiritur dominium. ideo l. quoties. C. de rei ven. non habet locum in beneficijs. Not. vlterius, quòd in iure non est aliud certum tempus præfixum ad acceptãdum beneficium collatum, secus in acceptatione vel repudiatione electionis: & ideo collator potest, præfigere tempus ad acceptandum beneficium collatum. Not. insuper, ꝙ non est necesse esse præsentem, cui beneficium confertur: nec etiam alia persona, quæ collationem eius nomine recipiat. Ad hoc supra eod. lib. de rescrip. gratia. Not finaliter casum in quo vacat beneficium, tamen conferri non potest: Nam non dicitur bñficium hic istĩus; & tamen dicit quod non valet collatio. Alios casus vide de cõstit cum accessissent. Dominicus.

[Glo. prima summat, & dicit quid declaret, & quod erat dubium, & consuluit quæstionem.]

d ¶ Si tibi.] Beneficium mihi collatũ ante dissensum meum, alteri conferri non potest: nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus: & tunc etiam post terminum: antequam alteri conferatur potero cõsentire. Emanauit hæc decr. ad declarationẽ & approbationem eorum q̃ no. Inno. & Host. & Moderni s̃. e. accedẽs & Goff. in sum. de inst §. quis institui. sciebamus. n. quod absenti poterat beneficium cõferri, & absens inuestiri, vt ibi: sed dubitatur an medio tempore posset collatio reuocari: quod hic terminat̃, & quod dicit, absenti, idem & multo fortius si præsenti, qui forte deliberare velle se dixit. Ioan. And.

a ¶ Epi-

a ¶ Episcopum.] factum ponit, non ius: quia idem si per alium.] Idem Ioannes Monachus,& Archid.]
b ¶ Habueris.] acceptando, vel consentiendo, vel ratũ habẽdo, si negotiorũ gestor vel procurator gñalis fuerat inuestitus de ipso: sed si specialis, statim dici debuit suũ. ꝙ dic vt no. supra eo. accedẽs. Ad hoc ff. de negot. gest. si ego. ff. de solu. ratum. ff. de acquiren. possessio. qui absenti. Ioan. And.

ADDITIO. Potest etiam consanguineus inuestiri de beneficio: sed per eum etiam ante acceptionem non acquiritur dominum beneficij vel canonicatus, qui consensu eligentium & electi acquirit̃ supra in ant. de elect. cũ inter canonicos. supra de spon. cum locum. licet talis pro tali agere possit. ff. de procurat. sed & hę. vnde dicit Hosti. licet lex talem personam agere permittat, non tamen facit illum procuratorem. ff. iud. sol. l. 3. §. 1. ff. de procur. non solum. §. si de dote. Ioan. And.

† Qđ pōt ēt nullo mediãte. Ie. de An ch. secus ĩ alijs ꝑtibus, q interabsentes fiunt: nã ibi inter mediat aliqd. no. in l. cõsensu. ff. de acti. & obli. Font.

episcopum a cõferatur † beneficium, licet per collationem huiusmodi (donec eam ratam habueris b) ius in ipso beneficio vt tuum dici valeat, non acquiris c: ipse tamen episcopus, vel quicunq; alius d de ipso beneficio (nisi cõsentire recuses) in personam e alterius ordinare nequiuit. Qđ si fecerit, eius ordinatio facta de beneficio nõ liber , viribus nõ subsistit. ¶ Sed si episcopus (notificata tibi collatione) ad consentiendũ terminum f competentem assignet, nisi consenseris, poterit eo lapso g beneficium libere (cui viderit expedire) conferre. Antequam tamen ipsum cõtulerit, tuum poteris (non obstante quòd lapsus sit terminus) præstare consensum h: & extunc de ipso non poterit aliter ordinari.

¶ Idem.

¶ Qui vi vel iniuste occupat secundum beneficium curatum, priuatus est primo. Qui autem ui beneficij aliquod occupat, est ipso iure priuatus iure, quod in illo, uel ad illud habebat. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. XVIII.

EVM †

[Glo. seq. ponit tres opi. quæ olim erant de materia.]
c ¶ Non acquiras.] secus in legato speciei: quia tũc acquiritur dominum legatario ignoranti: licet cõmutabiliter 1. ff. de leg. 2. cum pater. surdo. facit ff. de cond. & de monst. l. legata. per quæ iura dicebant qui, dam qđ hic dicitur. Itẽ per id quod habes s̃. de elect. cũ inter canonicos. & c. publicato. Ad hoc. de reg. iu. quod semel. cum suis concor Alii dicebãt ꝙ si scđo prius fieret traditio, vel prius consentiret: bene tenebat collatio per l. C. de rei ven. l. quotiens. in prin. & in fi. vbi dr̃, si res vendita fuerit duobus, ille potior est, cui prius fuerit tradita. & vide quod dixi ĩ. de reg. iu. q prior. Tertia opinio erat, ꝙ aut secundus sciẽter recipiebat beneficiũ, aut ignoranter: in primo casu nõ tenebat collatio: in secundo sic: tenetur tñ conferẽs prouidere primo in equiualenti beneficio. ad hoc supra eo. inter cætera. ĩ. de iure pat. pastoralis. Facit ad hanc distinctionem. ĩ. de conces. præben. quia cunctis. ff. de vsufr. l. si Sticho.

ADDITIO. Arch. attribuit hanc tertiam opinionẽ Hostiensi, & verum est ꝙ Host. ponit illam in decre. accedens. tamen recedit ab illa inhęrendo Innocentio, qui simpliciter dixerat collatorem non posse à proprio facto recedere. Ioan. And.

d ¶ Alius.] Puta legatus de latere, qui confert beneficia vacantia. supra de off. leg. c. 2. istud autem cõferre non poterit: quia licet vacet, non tamen est liberũ vt infra sequitur.

[Glo. seq. format, & soluit duas quæstiones.]
e ¶ Personam.] Sed nunquid poterit alteri sub cõditione conferre. scilicet si ille nõ acceptauit? ꝙ nõ. s̃. e. lib. de elect. c. 2. & ĩ. de reg. iur. actus. sicut beneficiũ non vacans non confertur cum conditione qñ vacabit. supra de conces. præben. c. 2. ad hoc. supra de rescript. pastoralis. Sed nunquid potest de illo ordinare non conferendo personæ: sed alias puta vniẽdo, vel religiosum locum constituendo? Non, nisi sicut post acceptationem, cũ eadem sit ratio. s̃. de eccle. ędi. ad audientiã 2. s̃. e. exposuisti 12. q. 2. c. antepenul. & etiam tunc secundario fit ordinatio In personam.

1 Scilicet qa priusquã agnoscat, pōt repudiare ꝙ aũt dicit, acq ri dñiũ, dicit re vera adita hæred. Ex fictione tñ dr̃ acq sitũ post mortem. ff. de furt. si ius su. §. vl. & l. à Titio & ff. q. mo. ser. ami. si patte. §. vlt. ff. de cõdi. ꝑti. l. si q ita hæredita tem.

Beneficiũ collatũ absẽti an possit alteri conferri sub cõditione si ille nõ acceptauerit.

[Glo. seq. obijcit & soluit.]
f ¶ Terminum.] sed nonne statutus est terminus à iure infra quem consentire debet, scilicet vnus mẽsis s̃. eo. lib. de electio. q̃ fit. nec videtur ꝙ de beneficio iuris possit episcopus diminuere, infra de regulis iuris. indultum. cum suis concordantijs: Dic decreta. illam loqui in electis, qui adhuc habẽt confirmationẽ petere: istam in ijs quibus fit collatio: ĩ his autem non est statutum certum tempus. & facit supra. ca. proximo. Probatur & hoc per id quod seqtur: nam in decreta. quàm fit. lapso termino priuatus est ipso iure, nec potest vlterius cõsentire: hic autem etiam post terminum consentit, dum modo res sit integra: vt sequitur.

[Glossa sequẽs soluit questionem.]
g ¶ Eo lapso.] quasi dissensisse videat̃. sic supra eo. lib. de appel. ab eo. vbi etiam ista ponunt̃ vt paria. Et per hanc litteram videtur idem dicendum si dissenserit: scilicet ꝙ adhuc re integra possit consentire, quod verum est cõferente in eadem voluntate manente. Ad hoc supra eo. lib. de procur. licet. vbi de hoc dixi.

ADDITIO. Ibi tamẽ. glo. loquitur de electio. hic loquitur de prouiso. Ioan. And.

h ¶ Consensum.] ad hoc ff. de opti. leg. l. mãcipiorũ.

EVm qui.] Sunt duæ partes, quæ satis patẽt: secunda: ibi, Insuper. Et prima subdiuiditur: quia ponit primo dictũ: cuius postea duas rationes subdit: ibi. Nõ enim. Io. Mo. dicit, ꝙ primum dictum ponit peccatũ in facto, & in modo: secundũ in modo tm̃. Io. An. Præmitte quod habes in c. de multa. s̃. eo. in ant. Domi:

¶ Præsupponitur illud quod habetur in c. de multa. eo. tit. in ant. & hodie in extraua. Io. xxij. quæ incipit, execrabilis: vbi dicit̃, ꝙ si alicui obtinenti beneficiũ curatũ, dignitatem, personatum, vel officium, cõferatur aliud simile beneficium: puta si alicui obtinenti ecclesiam parochialem conferatur alia ecclesia parochialis, vel dignitas, vel personatus, aliudque beneficium acceptauerit & apprehenderit possessionẽ, ipso iure vacat primum beneficium: & si contendat habere, caret vtroque.

CASVS. Secundum communem intellectum huius cap mihi obtinenti ecclesiam parochialem episcopus Pictauen. contulit aliam ecclesiam parochialem: quidã tertius intrauit in possessionẽ ipsius beneficij collati: ego nõ expectaui ꝙ episcopus me induceret in possessionem ipsius beneficij: sed mea temeritate istũ tertium à possessione beneficij mihi collati expuli: vtrũ per istã violentam expulsionem à possessione secundi beneficij vacet primum, ac si auctoritate Apostolica fuisset apprehensa possessio huius secundi beneficij? Rñdet ꝙ sic, aliàs sequeret̃, ꝙ vir stultus esset melioris conditionis quã sapiens. Sed quid, sanctissime pater, ego sciens non habere ius in aliquo bñficio, me intrusi sciẽter in eo: vtrũ per istã intrusionẽ vacet

† Vide extrauagan. Io. xxij. ĩcip. Execrabilis. eod. tit. & conciliũ Tridẽt. ses sio. 7. đ reforma. c. 2 & seq. & sessio. 24. de reforma. c. 17.

vacet primum beneficium quod obtineo? Rńdet ꝙ ſic, ac ſi habuiſſem titulum in ſecundo beneficio: & adeptus fuiſſem pacificam poſſeſſionem: ſecus ſi credebam habere ius in beneficio, & tamen nullū habebam. cap. ſi beneficia. infra eo. ti. Sed nunquid ꝑ iſtam violentiam vel intruſionem, debeo carere iure, quod mihi competebat in primo beneficio? Certe ſic ipſo facto ſecundum communem opinionem, & hoc probant iſta verba, eo ipſo. Not. primo quod non eſt alicui licitum intrare beneficium per violentiam, in quo vel ad quod habet ius: ſed debet expectare inductionē ſuperioris. quæ inductio in poſſeſſionem beneficiorum de iure communi ſpectat ad archidiaconum, qui hoc faciet auctoritate epiſcopi: tamen hodie Archi. iſtud nō obſeruant niſi in magnis dignitatibus, & non in paruis beneficijs. Not. ꝙ quis ſua auctoritate non debet ingredi poſſeſſionem beneficij ſibi collati: ſed auctoritate ſui ſuperioris, niſi eſſet inueſtitus. Pro quo ſciēdū eſt, ꝙ inſtitutio eſt tituli collatiua: poſtquā dixit epiſcopus vel ſuperior inſtituēs: inueſtio te per traditionem huius rei: & per illam inueſtituram nō transfertur poſſeſſio, niſi fieret inueſtitura in præſentia beneficij: ſed ſolum per illam inueſtituram datur inſtituto facultas, vt poſſit ingredi beneficium auctoritate ſua. ſimile dicitur in l. 1. ff. de acqui. vel amit. poſſ. vbi emptor ſua propria auctoritate non debet ingredi poſſeſſionem rei venditæ. Et ſic intelligitur text. tamen etiam poteſt intelligi, ſi per violentiam fuit intruſus in beneficio, in quo non habebat aliquod ius. Not ꝙ per adeptionem ſecundi beneficij incompatibilis vacat primum. Vnde ſciendum, quòd licet iſtud cap. nō loquatur niſi in eccleſijs parochialibus: tamen communis opinio doctorum eſt, quòd etiam intelligiť in dignitatibus & perſonatibus: nam iſtud cap. venit limitatiue ad illud cap. de multa. alleg. ideo ſecundum illud ca. debet intelligi: ideo dixit Dominicus de ſancto Gemi. quòd conſtitutio declaratoria debet intelligi ſecundum omnes clauſulas conſtitutionis declaratæ, niſi aliud dicať in cōſtitutione declaratoria. No. vlterius ex hoc tex. quòd lex. ſi quis in tantum. C. vnde vi. & ſimilia iura etiam habent locum in eum q. expulità beneficio, videlicet quòd talis perdit ius quòd habebat in beneficio. No. inſuper ꝙ iſte textus in prima parte nō habet locū, niſi in beneficio curato. No. finaliter ꝙ ſicut non eſt poſſibile duo curata ſimul retinere quando iuſto modo acquiruntur: ita etiam nō eſt poſſibile quando iniuſte. Et ſic videtur quando iura ponunt pœnam exercenti actum: pœna cōmittatur etiam ſi actus non tenet de iure. vide infra de ſent. ex com. ſtatutum Dominicus.

¶ Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Eum qui. [Qui vi, vel iniuſte occupat ſecundū beneficium curatum, priuatus eſt primo. Qui autē vi beneficium aliquod occupat, eſt ipſo iure priuatus iure quod in illo, vel ad illud habebat. Emanauit hęc decretalis ad approbationem & declarationem eorū, q̄ no. Innocentius & Hoſtienſis ſupra eo. tit. de multa.

ADDITIO. Quærebunt enim de illo, qui propria auctoritate inuaſit ſecundum curatum, & arguebant quòd ipſo iure videatur renuntiaſſe primo. 21. q. 2. ſi quis. iam recitabant alios dicere contrariū, niſi auctoritatem ſuperioris habuerit. Ioan. And.

[Gloſſa ſequens arguit à contrario: ſecundo quærit & ſoluit.]

qui [a] beneficium, cui animarum cura [b] imminet, vi occupat, ſeu ſe ſcienter [c] iniuſte intrudit in eo, decernimus ipſo iure fore priuatum beneficio, quod cum cura ſimili primitus obtinebat [d]. Non enim decet vt ſtultus melioris, quam peritus conditionis exiſtat [e]; vel ꝙ inuaſor † eo, qui iuſte ingreditur, priuilegio gaudeat potior. ¶ Inſuper vt violenti [f], qui auctoritate (vel verius temeritate) propria occupare dignitates, perſonatus, aut alia quæcunque eccleſiaſtica beneficia nō

b ¶ Cura.] aliàs non haberet locum pœna decre. ſ. eo. de multa. ſi ergo habet eccleſiam curatā, & poſtea violenter occupat ſimplex beneficium, non vacat primū, ſed perdit ius ſi quod habebat in ſecūdo: vt infra ꝑxi. rñſo. Sed quid ſi habet curatam eccleſiam, & vi occupat præbendam, vel ſimplex beneficiū cui eſt annexa eccleſia curata: nunquid vacat prima? Dic ꝙ non: ſed locum habebit ſequens reſponſum. hoc dico per decre. ſupra eo. titu. & lib. ſuper eo. vbi ergo eſſet priuatus primo per iuſtam receptionem ſecundi, erit etiam priuatus: per iniuſtam: aliàs non. Et eſt ſi. quod dicimus de bigamia [vel eius pœna quæ inducitur ꝑ matrimonium: quod non tenet eo caſu quo incurrereť ſi matrimonium teneret: aliàs non [in ant.] de big. nuper. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium per cōtrarium litteræ, ſed cum diſtinctione.]

c ¶ Scienter.] Ignoranter igitur non tenebit pœna. ad hoc. ſ. eo. tit. ſi beneficia [Idem Arch.] quod de ignorātia facti verū intelligo, ſecus in ignorātia iuris infra de reg. iur. ignorantia, cum ſuis concor.

[Glo. ſeq. per hoc c. ſoluit tria dubia.]

d ¶ Obtinebat.] eadem ratione quæ hic ponitur in pœna decr. de multa. dicam idē de decre. cū in cūctis. ſ. de elect. ſcilicet ꝙ ſi aliquis ſcienter & iniuſte ſe faciat in epiſcopum conſecrari, puta, lite pendente: ꝙ vacent priora beneficia ſua, ac ſi canonice cōſecratus fuiſſet: & ſic etiam iam audiui in curia fore factum [1] propter rōnem q̄ ſequitur. Et eadem ratione vr̄, ꝙ ſi aliquis iniuſtę detinens beneficium, impetrat aliud beneficium, non facta mentione de illo beneficio qd̄ occupatum tenebat, ꝙ litteræ non valeant: ne ſit melioris conditionis, & c. vt hic. Ad hoc ſ. eo. tit. & lib. quā uis. & ſic intelligitur. ſ. eo. ſi motu. & idem etiā ſecūdum id dici poteſt de decre. non poteſt. ſ. eo. ſcilicet, ꝙ ſi aliquis habebat plura beneficia, ex quibus vnum erat occupatū: & tacito de illo ſuper alijs impetrauit diſpenſationem, diſpenſatio non valet.

ADDITIO. Hoc idem tenet Arch. Vnde ad propoſitum huius quod tangitur in prin. glo dixit Inn. in decre. de multa. ꝙ cum interdictū erat regnū (vt puto) Siciliæ, & omnibus capitulis prohibitum eligere, multi tamen eligebantur in epiſcopos & confirmabanť ꝑ Metropolitanos, & adminiſtrabant. arguebat tamē ꝙ elapſo tempore de cōſecrandis, vacabant ipſorū priora beneficia per l. 3. §. videamus ff. de don. inter virū & vxo. in Authen de reſtitu. & ea quæ pa. §. fin. ſ. de exceſ. præla. tanta. ſ. de tranſla. quāto. ſed Archidiacon' dicit illam gloſſam non fuiſſe in originali Inn. I. An.

e ¶ Exiſtat.] 16. q. 1. legi epiſtolam. in prin. ff. quod vi aut clam. l. nam & ſi ſeruus. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. antepen. Nec ex delicto quis facit conditionē ſuam meliorem. ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. §. 1. ſ. de ſent. excom. ſi vere. Nec melior eſſe debet contumacium quàm obedientium conditio. ſ. de poſtul. c. 1. de dolo & contu. contingit.

ADDITIO. Interdum malæ fidei poſſeſſor eſt melioris conditionis quàm bonæ fidei, vt patet ex no. ff. de rei ven. l. in rem. § fi. Ioan. And.

f ¶ Violenti.] No. ꝙ latius loquitur pars prima quā hæc ſecundā: quia loquitur hic ſolum in violento, nō in alio ſe iniuſte intrudente: vt in prima parte. & innititur iſte. §. rigori illius legis. C. vnde vi. l. ſi quis in tātam. & 16. q. 6. placuit.

AD-

† No. hic ꝙ ad delicti punitionē ſufficit. ali. q d fieri d̄ facto. ca. cū nup. d̄ big. not. i c. plerūq; de do. inter virū & vxorē. & Hipp. in l. diu'. ff. de ſic. arg. tñ ad lucrū nō ſufficere aliqd fieri d̄ facto l. hæc cōditio. ff. de cōdit. & dē. tradet. Anc.

1 Sic refert. Io. Mona. Archidiaconus. I. A.

ADDITIO. Et vt ibi not. in re violenter possessa non iuuaret littera confirmationis, C. vnde vi. auctoritatem. Ioan. And.
a ¶ Non verentur.] vereri deberet cum sine iusto titulo illa detinere nõ possint: nec eos iuuat antiqua possessio, vt s. de reg. iur. ca. 1. cum suis concordantijs.
[Glo. seq. tractat de triplici timore.]
b ¶ Formidine.] 61. dis. docendus. de ele. cum in cunctis. de vi. & ho. cle. vt clericorum. Ad idem C. de emen. ppin. l. vna. accedat qđ dr, Oderunt peccare, &c. 1. Et vocatur talis timor seruilis 2, q per se pmium non habet, nisi quia solet inducere filialẽ. & est timor seruilis fm Gregoriũ, in quo viuit peccandi voluntas, & sequeret opus si speraretur impunitas: & pertinet ad seruum. Initialis respicit amissionem præmij, & pertinet ad mercenarium. Filialis respicit, offensam: & proprio ad filium pertinet.

1 Vide hos versus offic. ordi. irrefragabili. in vlt. gl. Ioan. An.

2 Vide B. Th. 2. 2. q. 22. art. 2. & ibi Gaietanum.

ADDITIO. De hoc de pœ. di. 2. sicut seta. Io. An.
c ¶ Taliter.] s. violenter. facit pro eo quod s. dixi. &c.
d ¶ Ad ea.] differentia est inter ius quod competit in re, & quod competit ad rem, vt videbis inf. de cõcess. præben. cap. vlt.

IS cui.] Primo determinat duos casus: Secũdus, ibi, Si vero. Secũdo decretũ apponit: ibi, Prouisio quoque. Iterum prima subdiuiditur: quia primo ponit dictum, à quo duos casus excipit: ibi, Nisi: & secundum determinat: ibi, Tunc enim. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendum, q gratia de qua in hoc c. non fiebat fauore illius, cui erat prouidendum: sed gratia illius ad quẽ dirigebat: puta q̃ Papa facit gratiã abbati sancti Cypriani, vt posset prouidere de bñficio spectante ad collationẽ vel præsentationem alterius prælati: tunc in ista gratia nõ est necesse quòd fiat mentio de beneficio obtento. item non mandabatur prouideri certæ personæ: sed idem si etiam certæ personæ mandaretur prouideri.

CASVS. Papa dedit alicui executionis gratiam siue facultatem, vt posset vni certæ personæ idoneæ prouidere de bñficio existente in sua ecclesia vel alia; iste executor voluit mihi prouidere de tali bñficio, qui tamen obtinebam beneficium aliquod simplex, quod erat sufficiens, & ex quo poteram sufficiẽter sustentari: vtrum possit mihi prouideri de alio bñficio simplici? Respondet quòd non: quia in sua gratia sibi mandatur, vt prouideat personæ idoneæ: modo ex quo habeo beneficium ex quo possum sufficienter sustentari, non sum idoneus ad aliud beneficium: quod verum est, nisi vellem primum beneficium dimittere: nã tunc posset mihi cõferri aliud bñficium. Sed ponamus quòd in gratia ipsius prælati siue executorum dr vt possit conferre beneficiũ in sua ecclesia vel alia existens: etiam obtinenti aliud beneficium? Rñdet q mihi obtinenti beneficium simplex poterit prouidere: dummodo beneficium quod obtineo non sit curatum. Sed ponamus quòd obtinebam duo beneficia simplicia: iste executor vult mihi cõferre aliud beneficium compatibile: vtrum possit? Certe non: licet in gratia sua dicatur, vt illud beneficium possit conferre etiam obtinenti aliud beneficium: nam gratia sua intelligitur in obtinente vnicam bñficium dũtaxat. Sed ponamus q Papa dicit in litteris grẽ suæ, vt iste executor possit prouidere de bñficio alicui etiam obtinẽti plura bñficia: aliquis obtinet tria beneficia, vtrũ possit sibi conferre aliud bñficium? Respondet q nõ: nã illa pluralis verificatur in duobus beneficijs. Not. primo id ad quod allegatur præsens c. q obtinẽs sufficiens beneficiũ, nõ est idoneus ad obtinendum aliud beneficium: nisi expresse vt beneficiatę pso nẽ possit cõferre, fiat concessio. Not. magis specifice, q si Papa mãdat alicui collatori, vt prouideat personæ idoneæ de beneficio, virtute illius facultatis nõ prouidet personæ obtinenti bñficium sufficiens, nisi illud primum bñficiũ dimittat: & hoc verũ, nisi aliud diceretur in gratia. No. quòd in litteris ad beneficia, pluralis locutio restringitur ad duo beneficia tm, & adhuc requiritur q ista duo bñficia non sicut curata.

† Hæc dicto determinat ly, prouidere: ergo si nunc nil hẽt, quamuis alàs habuerit, videbitur etiã de curatis, cum hic fit grã prouidenti, iõ est in suum fauorem amplianda. Pet. de Anch. Fõ.

verentur a, & si non virtutis amore, pœnæ saltem formidine b à suæ temeritatis audacia refrænẽtur, eo ipso ius, si quod in dignitatibus, personatibus, & beneficijs occupatis taliter c, vel ad ea d ipsis forsitan competebat, amittant.

¶ Idem.

¶ Habens potestatem Apostolicam personæ idoneæ de beneficiato pruidendi, aliàs beneficio sufficienter prouidere non poterit, nisi in litteris hoc exprimatur, & tunc vni cum simplex obtinenti prouidebit. Si vero conceditur vt prouideat beneficia obtinenti, ad duo tantum refertur: & contra factum est nullũ. hoc dicit. Dominicus.

CAP. XIX.

IS cui c conceditur, vt auctoritate Apostolica possit vni personæ idoneæ f † ĩ sua vel alia ecclesia pruidere alicui, aliud beneficium sufficiens g obtinenti prouidere non potest h: nisi primo ille beneficiũ quod obtinet, omnino dimittat i. Vel

[Prima glossa dicit quid approbet, & reprobet.]
e ¶ Is cui.] approbatur hic opinio Hostiensis, quam not. sup. eo. tit. c. vlt. in fine: & reprobatur opinio Innocentij ibi not. & Compostellan. not. supra de rescrip. cum adeo. in fine. Et fuit de facto in Mediolan. archiepiscopo hæc quæstio primi dicti.
[Glo. seq. dubium soluit.]
f ¶ Idoneæ.] & si non apponatur: hoc idem intelligo sup. de ele. causam quæ. sup. de rescri. cũ adeo. Ad hoc de præsum. cap. vlt.
ADDITIO. Ad hoc littera inf. ibi, vel nisi in concessione huiusmodi sit expressum, & idem Host. in p̃alleg. decr. vlt. eo. tit. Ioan. And.
[Glo. seq. arg. à contrario, & remittit.]
g ¶ Sufficiens.] ergo si nõ est sufficiens, secus est 3. Ad hoc. s. eo. de rescri. postulasti. [& c. cum adeo. s. eo. cũ teneamur. & c. dilectus. ff. de ven. inspi. l. 1. in fi.] Quid autem veniat in hac sufficientia, not. per Io. 21. q. 1. c. 1. & per Ber. sup. eo tit. de monachis. Ioan. And.

3 Idẽ Archid. dũmodo in collatiõe faciat mẽtionẽ de primo. s. eo lib. de officio le. collatio.

[Glo. seq. ponit motiuum opi. contrariæ.]
h ¶ Non potest.] contrarium notabant dicti doctores, & mouebantur illa ratione: quia hoc casu non fiebat gratia prouiso, sed prouidenti: nec poterat secundum eos prouisus hoc casu ambitiosus dici: cum ad sui instantiam nihil fuerit obtentum. sup. eo. tit. & lib. quãuis. inf. eo. si motu proprio. Sed contrarium est verũ: quia beneficiatus idoneus non est. sup. eo. super inordinata. & iure communi beneficiatus beneficiari nõ mandatur. sup. eo. tit. quia in tantum. Ioan. And.
ADDITIO. Dicit Io. Mo. q genus facilius patitur debilitatẽ vel annihilationem quàm species: quia genera sunt intelligenda ciuiliter. ff. de serui. si cui. ff. ad exhi. l. pe. vnde verbum, personæ idoneæ, debet intelligi secundum ius commune, de qua sup. Ioan. An.
[Glo. seq. ponit differentiam inter duas formas.]
i ¶ Dimittat.] si ergo dimittit, tunc sibi poterit prouideri, & in hoc est differentia inter istam formam, & illam quam in principio impetrauit ille, cui prouidetur: quia in illa non sufficit modo beneficiũ primum dimittere, si tunc tacuit. inf. eod. si motu 4. Hic sufficit nunc dimittere, licet in concessione gratiæ nihil fuerit dictum.

4 Io. Mo. & Archi. allegat đ ele. dudũ 2. & quòd ibi not. in gloss. tps. Ioan. An.

ADDITIO. Quia nulla potest notari surreptio im prouiso. Dicit Io. Mo. per hoc rescriptum nihil habet actualiter, sed potentialiter: & ideo satis est q sit habilis persona, quando potentia explicatur ad actum Ioan. And.

a ¶ Tunc enim.] Not. interpretationẽ strictam. Ad idem s. eo. cum in illis. Ioan. And.

b ¶ Sine cura.] si igitur vtrunque vel alterum sit curatum, tali non poterit prouidere. Et nota q pluralis locutio non est vaga: immo potius arcta & restringenda: sit ergo contenta duorum numero. j. de reg. iur. pluralis. cum suis concordantijs.

c ¶ Non subsistat.] poterit igit illud beneficium alteri conferri: sed si ille possidet, non poterit sine cognitione causæ de possessione repelli. j. eo. licet.

SI beneficia.] Decre. ista succurrit ignorantiæ. Et primo primi gradus. Secundo secundi & vlteriorum: ibi, Eundem. Et pars prima facit tria, quia primo ponit casum: Secundo rationem prouisionis: ibi, Ne talis: Tertio prouidet parenti: ibi, Statuimus. Quarto vero resistenti: ibi, Alioquin.

† Vide Dñicũ ɔs. 73. incip. formant, & Lapum allegatione 120.

CASVS. Cum obtinerem aliquod beneficium incompatibile, episcopus Pictauen. contulit mihi aliud beneficium, & non eram dispensatus per Papam ad plura beneficia incompatibilia, tamen Papa præuenerat episcopum Pictauen. quia illud beneficium mihi collatum alteri contulerat, quod tñ ignorabam: ego videns q non poteram habere plura beneficia dimisi primum beneficium, & acceptaui secundum: postea secundum fuit euictum per illum cui Papa contulerat: an possim redire ad primum beneficium? Respõdet q si, cum statim fui debite informatus q in secundo beneficio nõ habebã ius, non expectato exitu causę, dimisi illud sm̃ beneficiũ possum redire ad meum primum beneficium propria auctoritate · & sic sine noua collatione: & hoc habet verbum, libere, positum in tex. idem est de omnibus alijs, qui illo modo dimiserunt beneficia: nam poterunt ad illa redire sua propria auctoritate. Not. primo q collatio beneficij facta per Papam afficit manus ordinarij collatoris ẽt ignorantis illam: ita q collatio illius in contrarium facta non valet, ad hoc eod. tit. & lib. s. c. si postquam. Not. secundo q vbi ex vna cã fit decisio casus in primo gradu: eadem causa deciduntur casus occurrentes in secundo & cæteris gradib. sequentibus. Dominicus.

[Prima glossa decretalem summat, & commendat; & glossæ reliquæ sunt textuales.]

nisi in concessione huiusmodi sit expressum, qđ aliàs beneficiatæ valeat prouidere personæ: Tunc enim [a] prouidere poterit vnicum duntaxat beneficium obtinenti: dum tamen illi cura non immineat animarum. ¶ Si vero concessum fuerit, vt prouidere illi valeat, qui alia beneficia noscitur obtinere, huiusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia sine [b] cura restringi. Prouisio quoque facta contra præmissa eo ipso viribus non subsistat [c].

¶ Idem.

¶ Si quis ignorans recipiat beneficium prius reseruatũ vel alteri collatum per Papam; si ex qua sciuit, illud sine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia propter illud dimissa, aliàs non. Io. And.

CAP. XX.

SI † beneficia [d], quę per sedem [e] Apostolicam conferuntur, aut decreto interposito reseruantur, interdum contingat ab ijs [f] ad quos aliàs pertinet collatio eorũdem, aliquibus huiusmodi collationem seu reseruationem ignorantibus de facto cõferri, & beneficia quæ illi tenebant antea, & † post prædictorum adeptionẽ dimissa [g] per eos alijs assignari: [h] Ne talis ignorantia eis (cum sint sine culpa [i]) præiudicialis existat: statuimus, vt si ipsi de collatione seu reseruatione prędicta postea certiores [k] effecti, sublata difficultate quacunque omnino dimiserint beneficia sic sibi de facto collata, ad beneficia sua priora (collatione quibuscunq; personis facta de ipsis nequaquam obstante) libere reuertantur: Alioquin redeundi ad ea (si difficultatem adhibuerint in alijs dimittendis) sit ipsis penitus interdicta facultas. ¶ Eundem quoque modũ in dimittendo recepta, & recuperãdo dimissa, quo ad omnes [l] alios, qui forsan occasione prædicta sua dimiserint beneficia, & dimissa per alios fuerint assecuti, per omnia decernimus obseruandũ.

d ¶ Si beneficia.] siquis ignorans recipiat beneficium prius reseruatum vel alteri collatum per Papam: si ex quo sciuit illud sine difficultate dimittit, recuperat priora bñficia pp illud dimissa. aliàs nõ: Hæc decretalis summæ innititur æquitati: & iustæ ignorantiæ prouidet.

† Dictio, & deest in antiquoribus codicibus.

e ¶ Per sedem Apostolicam.] idem si per aliũ qui cõferre posset: puta per legatũ. j. eo. tit. si à sede, quia non ius ponit, sed factum. [Idem Archidiaconus.]

f ¶ Ab ijs.] scientibus vel ignorantibus; nõ curo: vnde si bñ aduertis, hæc decre. non requirit ignorantiã in cõferente, sed solũ in eo cui confertur. Præsumitur autem ignorãtia, nisi probet sciẽtia. j. de regu. iur. præsumitur. [Idem Ioan. Mo. & Archi.] quod intellige vt ibi dixi.

g ¶ Dimissa.] vel iuris necessitate, vel ignorantia, vel sola voluntate. Ioannes And.

h ¶ Alijs assignari.] multo ergo fortius recuperabunt, si adhuc non sit alijs assignata, vt sup. eo. tit. & lib. si tibi. in fin.

i ¶ Sine culpa.] & sic deberent esse sine pœna. de const. [in ant.] cognoscẽtes. j. de reg. iur. sine culpa. si ergo sciuissent, fuissent in culpa, & sic tali priuilegio non verentur. Ioan. And. Hoc placet. Arch.

K ¶ Certiores.] & sic cuilibet referenti credere nõ tenentur. de simonia. per tuas. 2. [1] Sed non dẽt se dicere dubitare, vbi certus [2] esse debet. de rescr. in an. c. cum contingat. & est si. 33. dist. habuisse. In princ.

ADDITIO. Ibi, te concubinam manifesta veritate comperimus. ad idem 2. q. 1. Deus. ver. mala. not. 30. q. vlt. nullum. alibi dicitur clara probatione vel cõpetẽtib. indicijs. j. de reg. non solum. alibi manifestis. inf. de hære. accusatus. §. licet. secundum Archi. Datur tñ dimittendi consilium, vt sibi taliter prouideat, quod clare ostendere possit beneficium dimissum ad alium pertinuisse per instrumenta publica vel insinuata, vel aliomodo. Ioan. And.

l ¶ Omnes alios.] hoc vult dicere, beneficia istius A. fuerunt collata B. iste B. dimisit quæ prius habeat, & fuerunt collata C. cuius C. priuata beneficia fuerunt collata D. aget A. contra B. qui si dimittat in pace, aget contra C. qui etiam si sine difficultate dimittit, repetet à D. sic de singulis.

1 Arch. remittit de cle. excõ. ministr. illud. vers. licet aũt. Ioan. An.

2 Certus qs dr cũ anim' nõ potest aliqua tõne in ɔriũ inclinari. Gozadinus cons. 13. nu. 39.

Non

NOn potest.] Diuisio patet: quia sunt tria dicta ꝑ §.diuisa.Secundum:ibi,Illud Tertium:ibi,Cum vero.rationem sui subdens:ibi,Hoc enim.

CASVS. Cum obtinerē aliquod beneficiū simplex, impetraui à Papa vt possem retinere plura bñficia:tñ tacui quod obtinerē aliud bñficium: vtrū litteræ meæ dispensationis sint subreptitiæ?Rñdet Romanus Pōtifex,ꝙ sic.Sed pone quod aliquis à sede Apostolica obtinuit dispensationē,vt licite posset retinere duo bñficia curā animarum habentia: accidit ꝙ isti dispēsato fuerūt collata duo bñficia curata:postea dimisit vnum illorū bñficiorum, & fuit sibi collatum aliud beneficium curatum vtrū possit illud recipere virtute suæ dispensationis?Rñdet Romanus Pontifex ꝙ non:nā litteræ dispensationis sunt odiosæ & restringendæ:modo dispēsatio sua fuit purificata in duob. primis bñficijs:ideo nō poterit virtute eiusdē dispēsationis retinere aliud bñficium,nisi aliud diceretur in dispensatione:Nā in istis odiosis incipiēda & attendēda sunt verba gratiæ ſm eorum propriū significatum. Sed quid si mihi obtinenti aliquod bñficium Papa fecit gratiam, vt possē obtinere aliud beneficium:vtrum per hoc videaẽ Romanus Pontifex mecum dispensasse super pluralitate beneficiorum? Certe non.De quo ergo seruit mihi impetratio mea? Respondet Romanus Pontifex,ꝙ seruiet mihi de hoc:quia litteræ meæ non erunt subreptitiæ,ex hoc quia in eis fit mentio ꝙ obtinebā aliud bñficium: sed tñ ꝑ hoc non sum dispensatus ad obtinendum plura bñficia.Not.primo arg. ꝙ subreptitio in dispensationibus bñficiorum vitiat gratiā ipso iure.ad hoc.sup.de fil.presby.c.2.eo.lib. Not.secundo,ꝙ in gratijs bñficialib. taciturnitas alicuius qualitatis, qua expressa nihilominus litteras habuisset,vitiat litteras:nā si expressisset minimū bñficium obtinuisset dispensationem:& tñ vitiat litteras,ad hoc inf.eod. si motu proprio.vide quod dixi sup.eod.dudum. Dom.

¶ Idem.

¶ Taciturnitas beneficij etiā modici vitiat dispensationem super pluralitate beneficiorū, quæ etiam legitime super duobus obtenta,ad duo prima recepta refertur. Item prouisio alicui facta de beneficio non obstante quod aliud habeat, dispēsationem super vtroque retinendo non inducit h.d. secundum Zen.

CAP. XXI.

NOn † potest a dispēsatio super pluralitate beneficiorum concessa impetranti prodesse, qui aliquid quantumcunque modicum b beneficium subticuit in eadem. ¶ Illud autem Apostolicæ sedis c indultū, vt quis duo beneficia curam d animarum habentia †, si aliàs canonice e conseruantur eidem, possit recipere, ac simul licite retinere f, intelligitur de duobus

†Vide Felin.in c.i nostra,ex de rescri. & Panor. in cap ad aures. in 2. not. de rescrip.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

a ¶ Non potest.] emanauit hæc decretal.ad declarationem eorum quæ not.Inno.supra de elect.dudum 2.in glo.hoc intellige in fine.& quæ ibi not. Hostiensis. & de rescrip.postulasti.& de præb super inordinata in fi. & Compostel in decretal.capitulum, de rescrip.ad finem gl.magnæ.vers.Item quæritur de hæc,& c.in nostra.in gl.penul.& Gar.supra de offi.ord. ordinarij,in fin.& Guil in Spec.tit de lega.§.videndum.ver.illud. cum sequen.ad finem.

[Glo.seq.fortificat tex.& circa duo remittit.]

b ¶ Modicum.] si.n. in impetratione hoc locū habet. sup.de rescr.si proponente.ꝫ eo.si motu multo fortius in dispensatione locum dēt habere,cum ēt ipsæ dispēsationes sint ambitiosæ,& restringendæ sup.de fil.presby.c.2.eo.lib.Quis autem super pluralitate beneficiorum dispensare possit, vide 70.dist.sanctorum & 21. q.2.si quis iam translatus.& sup.eo. tit.de multa. An autem de iure sine dispensatione teneri possint vide quod dixi sup.de rescri.gratia.

c ¶ Apostolicæ sedis.]nota arg.pro illa opinione,quę habet,quòd solus Papa dispenset in curatis.

[Glo seq.quærit:arguit pro:soluit contrarium.]

d ¶ Curam animarum.] pone, habens ecclesiam curatam, dispensationem obtinuit,vt liceret sibi recipere aliud beneficium etiam si sit personatus similem curā non habens,& cum priori tenere:confertur sibi archidiaconatus:quæritur an possit illum retinere?Et vr̄ ꝙ sic:quia licet archidiaconus curam habeat,non tñ curam similem curæ parochialis ecclesiæ,vt sup. de ele. dudū 2.ad fi. Ad hoc sup.qui fi.sint legi.per venerabilem. ver. verum. Nec ēt pōt dici simile, vbi est aliqua dissimilitudo.28. q.1. fic.n.ff.de iniusto rup. testa. l. 3. & expressa similitudo requirit. sup. de transla. inter corporalia. Item verbum simile, in indulgētia positum,gratiose interpretādum est. sup.de verb sig. olim. Sed hic ꝫ. secundum Guli. qui hoc not. in Spe.tit de leg.§.vidēdū.ver.quid si habens ecclesiam. & sup. de offi.ord.in fi. Similitudo enim de qua fit mentio in indulgentia, non ad species,sed ad genus refertur:& sufficit qualitercunque curam habeat:cum talis indulgentia velut ambitiosa sit restringenda,vt hic vides. sup.eo.lib.de rescr. si gratiose.de fi.ptæsby.c.2.C.de sena.consul.l.1.

† Vide concil. Trid. sess.7. de refor.c 2. & seq. & sess.24. de refor.cap. 17.

ADDITIO. Dicit Boetius super Topica Tullij,lib. 3.ꝙ similitudo est rerum singularium vel differentiū comparatio:vnde in illa non requiritur quòd res tota sit toti rei similis, sed in eo ad quod confertur.de confir.vti.vel inuti. cū dilecta, & vide quod ibi dixi:qui fil sint legi.per venerabilem.post princ.& vers.verum. si.ff.de admi.tut. si pupillus alterum.§.fi. ad Trebell. l.recusare.§.vlt.facit quod dixi. de iudi. causam quæ 2.de cōsti.translato.super vlt.gl.& de transla.c.2.super gl.arg.quòd.Ioan.And.

e ¶ Canonice.1] concor.sup.eo.lib.de rescri. si gratiose.& sup.de elect.dudum 2.ad fi.

ADDITIO. Et vide quod ibi scripsi super ver. de nouo.Ioan.And.

1Qñ dicaẽ bñficium canonice retineri docet hic Franc⁹ ex Spec. quē videto.

[Glo.seq.de duobus quærit,& soluit.]

f ¶ Retinere.]quæro de duobus:primo:Nunquid ꝑ talem indulgentiā videaẽ cōcessum, ꝙ in neutro reside re 2 teneaẽ?Vr̄ ꝙ sic,ne inutilis sit indulgentia,& hoc vr̄ tenere 10.7.q. 1.si quis in clero.in gl.2.causa.n.prohibitionis esse vr̄,ne quis plura beneficia habeat:quia residere tenetur:hoc ergo inducere vr̄ indulgētia principaliter, quòd ad hoc non teneatur. Dic secundum Gulielmum,qui hoc notat in prædi.§. ver. quid si indulgetur.quòd tenetur in altera residere,nisi illud expresse in indulgentia caueretur, quod ad hoc non teneretur:ambitiosæ enim sunt tales indulgentiæ & restringendæ, vt supra dixi: resideat ergo in altera quā vult:vel nunc in ista, nunc in illa: & sic vtrique satisfiet. Sed quid dices, in indulgentia cauetur hæc clausula: dummodo in beneficio, in quo non residet,faciat canonice deseruiri: nunquid si hunc modum non seruauerit 3 valet dispensatio & beneficiorum retentio?Respondeo secundum Innocentium & Hostien. & Compost. qui hoc not. in dicta decre dudum.& de præsum.c.vlt. & Guli. qui hoc not.in prædi.§.1.versi. sed quid si indulgentia.quod not. in cle. de offic deleg.c.vnico,quòd bene tenet dispensatio:illud enim,dummodo, non habet vim conditionis:sed potius admonitionis vel comminationis, vt ff de tute.l.muto.C.commi.epist.per totum,& vide quod dixi infra de regul.iur.actus.poterit tamen propter seruitij,negligentiam eo iuste priuari.supra de cleri.nō resi.relatum.

2 De hoc articulo ꝑter Do. hic, vide Archi. in ca. si quis in cle. ro. 7.q.1.

3 Vide duo similia,q̄ scripsi sup.de cle. eo.li licet ca. nō. Ioan. And.

a ¶ Primis.]

a ¶ Primis.] ita dicebant prædicti doctores, & probabãt per l.ff.de leg.3.fideicommissa.§.si quis decem.ff. de condi.& demon.l.hæc conditio. ff.de verb.sig. bones.§.1.ff.de verb.oblig.eum qui calẽdis, & idem erat satis expressum per decre.s.eo.lib.de offic.ordi. ordinarij.ad fi.ibi dum dicitur, vel ea quæ, &c. vt ibi dixi.

Bñficium recipiẽs, facit duo prima vacare.

b ¶ Eundem.] per receptionem ergo tertij vacant duo prima, vt in cle.eo.tit.si plures.

ADDITIO. quod not.hic Arch. ibi vide in glo.si intelligas. Io. And.

c ¶ Subreptitia.] quòd fieret exceptis duob. casibus. s. de rescrip. gratia.& j.eo.si motu proprio. Not. ergo ꝙ sufficit huic clausulæ quòd suum consequatur effectum, & alium non poterit operari. ff. de adimen.leg.l.legata inutiliter.

SI Apostolicæ.] Primo ponit factum continens gratiam legati, & approbationẽ Papalẽ: Secundo ibi, Certum est: soluit dubium insurgens ex facto, rationem interserens & dubium fortificans: ratio: ibi, Cum ipsa. fortificatio: ibi, Etiam. Ioan. And.

primis [a] beneficijs, quæ cum cura post dictum indultum obtinere contingit eundem [b]. ¶ Cum vero tibi (non obstãte quòd aliud beneficium obtinere noscaris) à sede prædicta de aliquo beneficio prouideri contingit: per hoc tecum vt primum beneficium cum secundo retinere valeas, non intelligitur dispensatum. Hoc enim solũ prædicta operatur expressio, quod facta tibi gratia nequeat subreptitia [c] iudicari.

¶ Idem.

¶ *Mandatum legati super facienda prouisione per Papam confirmatum, Papalis gratia est censenda Zenze.*

¶ Pro intellectu huius c.est præsupponendum ꝙ quando in aliqua ecclesia sunt plures expectantes, vnus auctoritate ordinaria, & alius auctoritate legati, & alius auctoritate Apostolica, & habent similes gratias: expectans auctoritate Apostolica, licet sit posterior in impetratione, est præferendus cæteris.

CASVS. Legatus Papæ fecit mihi gratiam, in ecclesia Pictauen. quia creauit me canonicum, & mãdauit canonicis, vt me de facto reciperẽt in fratrem & canonicum, & præbendam si qua vacaret de præsenti mihi conferrent: alioquin proximo vacaturam: postea accessi ad Papam, & petij vt ipse cõfirmaret gesta per suum legatum, videlicet vt mihi confirmaret gratiã à suo legato factam: vnde Papa auctoritate Apostolica confirmauit illam gratiam mihi factam, & mandauit canonicis, vt mihi assignarent præbendam si qua vacaret: alioquin proximo vacaturam. Deinde Papa fecit tibi similem gratiam: Nam contulit tibi ius canoniæ in ecclesia Pictauen. & mandauit canonicis vt te reciperent in canonicum assignatione præbendæ: postea vacauit quædam præbenda, quæritur cui nostrum debeatur? Tu pro parte tua allegas quod tibi, non mihi debetur: quia tua gratia est à sede Apostolica & auctoritate Papæ, mea autem est auctoritate legati, & non Papæ: Ego autem dico quod ex quo mea gratia est confirmata per Papam, quod a tempore confirmationis dicitur gratia Apostolica, & nõ solum gratia legati; quæritur an bene faciam? Respondet quod sic: & ideo si sum primus in data & in impetratione, præbenda mihi & non tibi debitur. Not. primo quod legatus in suis actibus gestis virtute legationis, non debet dicere; auctoritate Apostolicæ sedis: sed auctoritate legationis, quod nota; quia plures vidi in hoc errare. Nota vlterius, ꝙ executores deputari in litteris beneficialibus etiã legatorum debent esse certi, de quo per glo.in c.tibi qui.de rescri.sup.eo.lib.vbi habetur quid de Apostolicis. Dominicus.

[Prima glossa dicit casum similem, & ponit dissimilitudinem.]

d ¶ Si Apostolicæ.] quod hic dr̃, habuisti sup.eo.si eũ & emanauit ad declarationem eorum quæ ibi dixi; nec est differentia in iure: licet in facto videri posset: ibi, non fuerat obtemperatum litteris legati. Item ibi Papa mandauit canoniã statim conferri, præbendam autem cum vacaret: hic canoniam & præbendam conferri mandat cum vacabunt, & sic ibi expectans iam erat in canonicum receptus: hic non.

CAP. XXII.

SI apostolicæ [d] sedis legatus [e] volẽs tibi suæ legationis [f] auctoritate in certa ecclesia [g] prouidere, canonicatũ & præbendam, nulli alij de iure debitos proximo in ipsa ecclesia vacaturos collationi suæ reseruet, & decernat [h] irritũ & inane, si secus super hoc contigerit attẽtari, certis, qui eos [i] tibi conferant cum vacabũt, executorib. per suas litteras deputatis: nosque postmodum plena de his facta narratione, quod ab ipso legato factum extitit, ratum & gratũ habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus [k], &

e ¶ Legatus.] sc3 de latere: alius enim nec conferre, nec reseruare posset. sup.eod. lib. de offic.lega.c.1.

f ¶ Legationis.] si enim auctoritate Apostolica speciali hoc faceret: non esset alia confirmatio necessaria. sup.eo. lib.hi qui. 2.responso.

[Glo. seq. ponit dictũ, quod postea moderatur.]

g ¶ Ecclesia.] in qua eiusdem legati alia reseruatio nõ pendebat, quod dic vt sup.de off.leg.c.3. ad fi.& quòd dixi verum intelligo, nisi etiam id Papa ex certa scientia confirmaret, eius rei facta plena narratione, vt infra dicitur.

h ¶ Decernat.] nota contra opinionem modernorũ, qui dicebant, quod legatus non poterat decretum apponere, nisi ad id speciale haberet mandatum. Ad idem sup.eo.lib.de offi.lega.præsenti.& dicam inf.de conces.præb.quia cunctis.

ADDITIO. Hanc opinionem hic reprobatam tenet Hostien. in summa de offic. lega. §. quid pertinet.ver.irritat.& vide in Spe.tit.2.§.nunc ostendens.versi.37.

i ¶ Eos.] scilicet canonicatum & præbendam.

[Glo.seq.exponit, quærit & soluit.

k ¶ Confirmamus.] non in forma communi, sed ex certa scientia facta fuit hæc confirmatio. supra de confirmat.vti.vel inuti.cap.penul. Quid dices de vsitata quæstione. Receptus est aliquis proprio motu capituli: impetrat confirmationem à Papa per formam, ne inane canonici nomen, &c. in qua confirmatione Papa quod de ipso factum est confirmat auctoritate Apostolica: cum clausula, si est ita: mandans etiam executori quòd si est ita, auctoritate Apostolica præbendam, &c. post impetrat aliquis canonicatum & præbendam nulli alij de iure debitam, & secundum stylum solitum: vacat modo præbenda, cui debeatur, quæritur. Super hac quæstione multotiens fuit à me petitum consilium & sigillum; & dubitans de ea plura lucra respui. Sed communiter tenent doctores per hanc decreta. & per decret. supra eod.tit.& lib.si eum, quòd præferatur receptus & confirmatus [l] & bene facit pro eis. supra eodem lib.de rescri. cum aliquibus. in fin. quod satis puto. Ioan.And.

l Ita tenet Pe.de Anc.quia clausula de qua in gl. multũ cõfirmat receptionẽ canonicorum: immo facit illã cẽseri Papalẽ.arg l.q. rebat. ff. de mil.testa. idem Do.&Ph. Font.

a ¶ Con

a ¶ Conferendum.] qđ plus est quàm mandare cõferri, vt s̃.eo.lib.de rescri.duobus.
[Glo. seq. recitetur per quæstionem & solutionem.]
b ¶ Præferri.] præfertur ergo: & hoc consequit̃ ꝙ gratia sua est perpetua: cũ aliàs si confirmatio Papæ non interuenisset, expirasset finito legationis officio, si ad collationem vacantis processum non fuisset. s̃. eo. lib. de offi. leg. præsenti. in princ. Et per hoc patet, quod cum per talem cõfirmationem acquiratur & augumẽtetur ius, ꝙ talem cõfirmationẽ impetrans de ptioribus beneficijs tenet̃ facere mentionem: & idem dico de recepto ꝓprio motu capituli, ad hoc s̃. eo. tit. & lib. c. quamuis. & melius eod. tit. c. non potest. si enim in litteris ꝑ quas ius iam acquisitum conseruatur, scilicet in dispensatione super pluralitate, tenetur impetrans beneficiorum suorum facere mentionem: multo fortius in litteris, per quas ius nouum acquirit, & acquisitum auget, eius immutãdo naturã, vt hic patet. & sic seruat curia 1: Nã & qui confirmat, donat. ff. de verb. signi. l. lege obuenire.

† Hæc duo verba: ipsius legati: desũt in manuscript. codicib.

1 Vt etiã not. Arc. j. c. prox. vbi dicit Bonifaciũ sic rñdisse ab auditoribus consultũ, Ipse tñ ibi prius tenuerat ɔ̃riũ. Io. Andr.

eisdem executoribus vel alijs nostris damus litteris in mandatis, vt in huiusmodi prouisionis negotio auctoritate nostra procedant iuxta ipsius legati continentiam litterarum: Certum est, quòd (cũ ipsa prouisio ipsius legati † post impetratam à nobis auctoritatem nostra censeatur effecta) omnibus, quibus postea mãdauimus in eadem ecclesia prouideri, (etiam si canonicatum ipsius ecclesiæ duxerimus conferendum [a] eisdem) de iure præferri [b] debebis in prębenda postmodum [c] inibi vacatura.

¶ Idem.

¶ Obstat taciturnitas obtenti beneficij licet modici: nisi constet prouisionem factam proprio motu Papæ, qui denum intelligitur, si hoc in littera exprimatur. hoc dicit. Zen.

CAP. XXIII.

h ¶ Conferamus.] penes Papam enim remansit eadem potestas, & maior etiam in prædictis: vnde ex quo ipse præoccupauit, melior est ipsius conditio, vt supra e. dudum.

¶ Idem.

¶ Reuocatio gratiæ non tollit ius quæsitum, sed quærēdum, nisi ius annexionis aliud inducat: nec tamen tollit ius quærendum annexum iuri digniori iam quæsito. hoc dicit secundum Zenze.

S I is cui.] Circa reuocatoriam gratiarum decidit tres casus dubios: Primū, contra expectantem in eo solum quod expectat: secundum & tertium, pro expectante: ibi, Non sic, & ibi, Sed & si. vtriusque rationem ponit. Ioan. And.

CAP. XXXIX.

S I

¶ Pro intellectu istius cap. est præsupponendum quod habetur in glo. posita sup er verbo, verba: videlicet quod Bonifacius viij. conditor huius voluminis statim post suam promotionem, reuocauit gratias factas per duos suos prædecessores, videlicet Nicolaum & Cælestinum. & verba illius constitutionis erant ista: Gratias factas per tales, & per quas ius nō est acquisitum in re, cassamus & adnihilamus, decernentes in irritum.

CASVS. Nicolaus quartus vel Cælestinus quintus cōtulerat Titio canonicatum: & mādabat canonicis, vt sibi prouiderent de prębēda, canonicatu, dignitate, vel officio; virtute suæ gratiæ. Titius assecutus fuit p̄bendam, & expectat dignitatem vel officium: Pendēte illo tēpore Nicolaus quartus mortuus est: & ei successit Bonifacius viij qui reuocauit gratias factas per prædecessores suos: postea vacauit dignitas: illā petebat Titius virtute grã sibi factæ per Nicolaum quartum: dicebat capitulum ꝙ non tenebatur sibi illam dignitatem cōferre: quia gratia sua fuerat reuocata per Bonifacium viij. Dicit Titius ꝙ constitutio reuocatoria intelligitur dumtamen non fuisset sibi acquisitū ius in re. & quia fuerat præbendā assecutus, ideo dicebat suam gratiam non esse reuocatam: Econtra allegabat capitulum, quòd ista dignitas esset separabilis à canonicatu: & licet Titius cōsecutus fuisset præbēdā, tñ non habebat ius in re quantum ad dignitatem: nūquid capitulum bene dicat? Respondet ꝙ sic, & iō dicit Romanus Pontifex, ꝙ sua gratia erat extincta quātum ad dignitatem, personatum, vel officium. Sed pone ꝙ Papa creauit me canonicum, mandauit mihi cōferri præbendam, & etiam vt conferretur mihi dignitas vel officium: vacauit præbenda, quæ cōsueuit assignari soli canonico: assecut' fui dignitatē, sed adhuc sum

sum sub expectatione prębendę: pendente tēpore fuit reuocata mea gratia, postea vacauit præbenda: nūquid illam possum petere? Rñdet; ꝙ sic: licet gratia mea fuerit effectum sortita quantum ad canonicatum & dignitatē. Sed quid si Papa creauit me canonicum, & mandauit prouideri de præbenda cum vacaret: postea vacauit dignitas: quæ consueuit assignari simplici canonico: & fuerunt reuocatæ gratiæ; vtrū ista videatur reuocata, ex quo nō sum adhuc adeptus præbendam? Respondet Romanus Pōtifex quòd nō. Nota primo quod per mortem Papæ concedentis gratiam, non extinguitur gratia ē re existente integra: ideo est opus reuocatione. Nota quod si in ecclesia sit statutum quòd dignitas nō conferat̃ nisi canonico: sufficit quòd talis habeat iꝰ canonicę, licet nō habeat præbendā. Et hoc nisi statutum magis specifice loqueretur: q̄a diceret, nisi canonico præbēdato: nam tūc essent obseruanda verba statuti: vt hic est textus.

Nota ꝙ ius reuocatorium superueniēs, tollit ea quæ sunt in fieri: non autem illa quæ sunt in perfecto esse. Nota in §. non sic, ꝙ cōsuetudine induci pōt in ecclesia, ꝙ quis habeat dignitatem & canonicatum in eadem. ad hoc supra eo. cum in ecclesia. & de consuetud. cap. 1. eodem lib. Dominicus.

† Dicunt Pe. de Anch. & Ar. ꝙ rescriptum impetrans a Papa ad dignitatē nō facta mētione cōsuetudinis, d̄ qua nō obtineret ꝑ l. honores. §. 2. ff. de decu. est subreptitium. Font.

[Prima glo. dicit vnde habuit ortum.

a ❡ Si is.] Habuit ortum ex constitutionibus reuocatorijs, quas fecit Bonifacius statim post promotionē suam, de gratijs factis à Nicolao iiij. & Cælestino v. ꝑ quas ius quæsitum erat ad rem, non in re. Reuocatoria gratiarum Nicolai incipiebat: Pridem ad apicem. illa vero Cælestini incipit: Dudū circa promotionis: & inf. de his etiam constitutionibus tractat inf. c. pro. xi. & inf. de conces. præb. c. vlt. plenius.

b ❡ Nicolai.] quarti.

c ❡ Cælestini.] quinti.

d ❡ Non annexam.] quasi in annexis secus sup. eo. tit. & lib. super eo. & c. quia sæpe. & inf. proxi. responso.

[Glo. seq. ponit verba reuocatoria.]

e ❡ Verba.] quorū mentem habes s̄. de conces. pben. c. vlt. sed ad litterā erāt hęc: Omnes collationes, prouisiones, reseruationes super canonicatibus, dignitatib. personatibus, præbendis, officijs, portionibus, pstimonijs, ecclesijs parochialibus, ruralib. vel alijs: nec nō super quibuscunq; beneficijs ecclesiasticis vacaturis cum cura vel sine cura, in quib. non sit ius quæsitum in re, licet ad rē, per dictum antecessorem nostrū seu eius auctoritate factas, concessas seu cōmissas: & ea q̄ ab ipso sup. his, vel circa ea quolibet processerūt, Apostolica auctoritate in fratrū nostrorum p̄sentia vj. Kal. Ianuarij cū adhuc (sicut præmittitur) essemus Neapoli, oīno cassauimus, irritauimus, & vacauimus; cassas, irritas, & vacuas nunciauimus, nullius ēt decreuimus fore firmitatis: & quòd ex tunc secus a quoquā scienter vel ignoranter contigerit attentari, &c. ideo igitur, dixit ista verba: quia ꝑ verba illa cassatur ius quæsitum ad rem: sed ius in re non sic intelligitur reuocatum.

ADDITIO. De reuocatione aliorū priuilegiorū Cęlestini vide in cōstitutione Ioannis: sancta Romana. & dicā s̄. tit. 2. c. vl.

f ❡ Cōsuetis.] per hoc non reuocat̃ gr̃a: est. n. æquiuis, quod ꝑꝑ ius in re seruetur ius ad rem in hoc casu, q̄ ꝑꝑ ius ad rē extinguere t̃ ius in re cōtra mētem constitutionis.

ADDITIO. Est ṡ. ff. de lib. & posthu. ṡ ita. §. regula. cuius casum vide de offi. deleg. præterea. super gl. vlt. Ioan. And.

g ❡ Magis dignum.] supra de consecra. eccle. vel alta. quod in dubijs cū suis concor.

ADDITIO. Pro & cōtra de offi. dele. super quæstionum. §. si vero. in antiq. vbi de hoc Ioan. And.

h ❡ Sed & si] tolle, quod est infra: præfatus qui canonicatum auctoritate Apostolica iam habebat, adeptus fuerat in eadem ecclesia ex episcopi. &c. Ioan. And.

i ❡ Cuiuscunque.] ad quem pertinebat collatio, vel forte legati.

K ❡ Idem.] s. qui canonicatum retineat: & canonicatus ratione præbendam.

Qvodam.] Decidit dubium exortum ex duabus gratijs Nicolai & Cælestini: & processu facto ꝑ primam secuta post reuocatoria, & decisionis causam exprimit: ibi, prima, n. Ioan. And.

CASVS. Papa fecit mihi gratiam in ecclesia Pictauē si: quia cōtulit mihi ius canoniæ, & mandauit canonicis, vt mihi cōferrent præbendam si qua vacaret, alioquin proximo vacaturam, cum decreto irritante: datis mihi executoribus: postea Papa fecit tibi similem gratiā cū clausula, anteferri: quia voluit te p̄ferri quibuscunque prioribus, quib. facta erat similis gratia: vacauit præbenda: certum est ꝙ tibi debebatur virtute cl̃e, anteferri: tñ meus executor contulit mihi præbendā vacantem: quia forte ignorabat tuam gratiam: postea fuerunt reuocatæ gratiæ, & tuus executor tibi cōtulit istam præbendam: quæritur cui debeatur præbenda? Rñdet ꝙ nulli nostrū debetur: primū non mihi debetur,

---

is a, cui de canonicatu, præbenda, & dignitate, personatu, vel officio, per felicis recordationis Nicolai b vel Cælestini c prædecessorum nostrorum litteras, gratia in aliqua ecclesia facta erat, constitutionis nostræ reuocatoriæ tempore, canonicatum & præbendam, dignitati, personatui, vel officio alicui non annexam d erat adeptus, licet dignitatem, personatum, seu officium inibi expectaret: propter expectationem huiusmodi priuatus non intelligitur iure, quod in canonicatu & prębenda fuerat canonice assecutus: ius tamē quod ad dignitatem, personatum, vel officium competebat eidem, iuxta verba e dictę reuocationis, intelligitur reuocatum. ❡ Non sic autem si canonicatum cum dignitate, personatu aut officio conferri tantum canonico consuetis f †, fuerat assecutus sub expectatione prębendę: cū ius magis dignum g, quod iste in dignitate, personatu, seu officio huiusmodi iam habebat, ius minus dignum canonicatus retineat, cuius canonicatus ratione ius eidem saluum remanet ad prębendam nulli alij debitam; Apostolica ante ipsum auctoritate recepto. ❡ Sed & si h ex episcopi vel alterius cuiuscunque i collatione vel prouisione, adeptus fuerat in eadem ecclesia dignitatem, personatum, siue officium conferri tantum canonico consueta, pręfatus, qui canonicatum auctoritate Apostolica iam habebat, idem k erit censendum.

❡ Idem.

❡ *Obest reuocatio gratiæ præbendam expectanti, & decreti interposito, etiam ignoranti. hoc dicit. Zen.*

CAP. XL.

QVO-

tur,p.p clausula de anteferri. Itē nec tibi:q̄a t.p̄e quo fuit tibi collata præbenda, iāque tua gratia fuerat reuocata:ideo nullus nostrum habet ius in illa p̄benda. Not.primo limitationē ad regulam illā, q̄ in gratijs expectatiuis habet locū illa regula.Qui prior est t.p̄e, potior est iure: fallit illud quādo apparet de contraria volunta te ipsius mandatis: quia voluit q̄ secundo receptus omnibus prioribus p̄ferretur: sed quando aliter nō apparet de voluntate Papæ, habet locum illa regula: Qui prior est tempore, potior est iure.

a ¶ Quodam.] aliàs hoc erat de iure cōi. supra eod. titu. & lib hi qui.

b ¶ Anteferri.] ad idē infra de concess.p̄b. auctoritate.

c ¶ Constitutio reuocatoria.] de qua vidi sti s.proxi.cap.

d ¶ Ignoranti.] supra e. ti. & lib.si postquam, & ca. dudum. & capitu. si beneficia,&c.

ADDITIO. Hæc iura aperte probant decretum Papæ ligare ignorantes. ad idē j. de concess.præb q̄a cunctis. & vide quod dixi supra e. ti.& lib. si Apostolicæ. Io.An.

e ¶ Collatio.] quia si præcessisset collatio, ius habuisset non ad rem, sed in re: & sic non fuisset reuocatū per constitutionē reuocatoriam. c. proxi. de concess.præb.c.vlt. Et sic nota q̄ quis impedit alium in eo q̄d per se non cōsequit. ad idē j. de cōcess.p̄b. auctoritate. sed ibi aliquid consequitur. quia habet secundam præbendam: aliàs solum habiturus esset tertiam.Ioan.And.

Mandatū.] Tres casus dubios,cū scribit ad collationē capituli, hic decidit,& in vltimo excipit. Secundus:ibi, Ad beneficia. Tertius:ibi, Idē.Exceptio:ibi.Nisi.

CASVS. Papa mādauit ep̄o Pictauen̄. vt mihi prouideret de beneficio proxime vacaturo in ecclesia Pictauē.cuius collatio spectat ad ecclesiā Pictauē.vacauit nunc beneficiū,cuius collationē hēt canonicus solus, non oēs canonici simul:vtrum illud beneficiū cōprehendatur sub gratia mihi factaꝰ Rn̄det Romanus Pōtifex cū distinctione:aut iste canonicus fecit collationē illius beneficij vice & noīe totius capituli:q̄a forte p.p discordias euitādas fuit factū statutū, vt vnus solus canonicus, puta antiquior cōferret bn̄ficia vacātia in prima hebdomada:& alius in alia hebdomada & sic de alijs: & tunc comprehēditur sub gratia mea: quia tunc idem est ac si totum capitulum conferret. Si aūt iste solus canonicꝰ nō hēt facere collationē vice & noīe capituli,sed rōne suæ p̄bēdæ :tūc nō cōprehēdit sub grā mea,nisi diceret in lr̄is meis aliud: puta q̄a apponeretur clausula ista: de bn̄ficijs spectātib. ad ecclesiā Picta.cōiter vel diuisim.Et sic est intelligendū capitulū, cū in illis,alleg. videlicet, q̄ cū mādatur alicui p̄uideri de bn̄ficio spectante ad capitulū alicuius ecclesiæ, nō p̄t p̄uideri d̄ bn̄ficio spectāte ad collationī singularis canonici: Nā hoc ītel ligiť verū,nisi singularis conferret vice & noīe capituli. No.primo, q̄ q̄n̄q; collatio bn̄ficiorū p̄t spectare ad solū capitulū. No. sc̄d̄o q̄ mādatū factū vniuersitati cōiter vel diuisim, cōprehendit materiā spectantē ad eos vt collegiū:vel ad eos vt sigulares. Do. [Prima gl. dicit quid declarer.

dam [a] per litteras felicis recordationis Nicolai Papæ prædecessoris nostri canonicatum sub expectatione † vacaturæ præbendæ in certa ecclesia obtinente, successor eius Cælestinus cuidam alteri similem in eadem ecclesia gratiam fecit, quem omnibus etiam ante ipsum auctoritate Apostolica, vel quauis alia in ecclesia ipsa receptis voluit anteferri [b] †, cum interpositione decreti:priusquam tamen ad primū & eius executores secundæ gratię notitia peruenisset, vacans præbenda eidem primo per suos fuit executores collata: post huiusmodi autem & ante factam secundo collationem ipsius præbendæ,nostra constitutio [c] reuocatoria emanauit: & quoniam quis eorum ius habeat in præbenda huiusmodi dubitatur:Nos neutrum illorum habere ius decernimus in eadem: Prima enim collatio post & contra decretum à dicto Cælestino interpositum facta (licet ab ignorantibus & etiam ignoranti [d]) non obtinet firmitatem. Ius vero quod secūdo ad præbendam, non in præbenda huiusmodi compe tebat(cum nostram reuocationem eius collatio [e] non præcesserit) per eam penitus est sublatum.

¶ Idem.

¶ Mandatum de prouidendo de beneficio ad collationem capituli pertinente, non tangit ius singularis canonici. hoc dicit secundum Zenze.

CAP. XLI.

Mandatum [f] Apostolicum tibi directū vt T. clerico de beneficio [g] spectante ad collationem [h] Narbon. capituli prouideres, beneficia eiusdem capituli [i], siue dentur in communi per ipsum,siue per canonicos eiusdem ecclesiæ singulares uice ac auctoritate capituli, aut ex iure ipsius de consuetudine vel statuto [k] merito comprehendit †. Ad beneficia tamen ratione dignitatum, personatum, vel officiorum, quæ nonnulli ex eisdem canonicis obtinent in ipsa ecclesia,ad eorūdē collationem spectantia mandatum huiusmodi minime se extendit [l].

f ¶ Mādatū.] Decretalis ista venit declaratiue ad decretalem supra. eod. titu.& lib. cum in illis.in fi.

ADDITIO. Tolle litterā j.merito cōprehēdit bn̄ficia. Io. An.

g ¶ Bn̄ficio.] de curato nō p̄uidebiť. s.eo. tit. cū in illis. in fine: nec de dignitate. supra eo.tit.cap.vlt.

h ¶ Collationē.] de spectante ad p̄sentationē, īstitutionē,vel electionē, nō poterit p̄uideri, supra eo.cū in illis. §.cū autem.

i ¶ Capituli.] idē. n. est facere p̄ alium q̄d p̄ se j. de reg.iur.q p aliū.cū suis cōcor.ff. quod cuiusq; vniuer. item eorū. §. si decuriones.[Vbi dicitur quòd non refert an ordo elegerit, an deputatus ab ordine.Ioan.And.

k ¶ Statuto.] est forte consuetudo vel statutū,bn̄ficia vacātia j. mēse p̄tinētia ad collationē capituli ꝯferat primus canonicꝰ:vacātia sc̄d̄o, sc̄d̄us:tertio tertiꝰ,& sic de singulis. Vel q̄ bn̄ficia familiariū suorū spectātia ad collationē capituli vacātia canonici ꝯferrāt.tales ꝯsuetudines & statuta sūt ī multis ecc̄lis Gallicāis.

ADDITIO. Idē ſm Archid.sic capitulū cōiter ordinat:q̄ q̄sq; canonicus dū viuit, cōferrat certa bn̄ficia:sicut suo t.p̄e dicit factū in eccl̄a Bononien̄.I.An.

l ¶ Extendit.] q̄a Papa nō intēdebat grauare alteiā dignitatē capituli,sed totū capitulū.s.c.cū ī illis.adfi.

† Expectatiuas ad vacatura, oīno sustulit cōciliū Tri. sess.24.de reforma. c.19.

† De clausula, ante ferri, vid̄ late per Feli. in c. capitulū. extra de rescrip.

† Petr.de Anch. notat mādatū ēt adstringere gerentē vices ciꝰ cui mādatur.simili ter mādatū factum vicē gerēti:q̄a deficit principalis:dēt postea p̄ principalē cōmoda recipiē tē implere.l.ſm naturā.ff.de reg.iu. neque poterit p̄ vicē gerentem impleri. ī his.n.mādatis ītelligiť,restātē ī codē statu. l. 1. ff. si ex noxa. cā aga. Fon.

1 Et an mandatū gñale ex tēdat ad singulos vide Abb. & alios in c.eā te, extra de rescri.

a ¶ Singulariter. 1] quasi non vice capituli, vt in 1. responso. Ioan. And.

b ¶ Prębendarum.] vel dignitatum, vel officiorū ipsius ecclesiæ, vt in secūdo responso. Et nota ꝙ dicit ratione huiusmodi præbendarum: quasi dicat, si ptineret ob aliam causam, puta propter alia beneficia, quæ habent in alia ecclesia: mandatum tunc non comprehendit illa.

¶ Idem esse censemus, si ratione præbendarum suarum ad ipsos canonicos collatio dictorum beneficiorum singulariter [a] pertinere noscatur. Nisi contineatur forsitan in mandato, quòd eidem clerico prouideas de beneficio ad collationem Narbon. capituli pertinente communiter vel diuisim: tunc enim de beneficijs, quæ ad ipsorum collationem pertinent, ratione huiusmodi prębēdarum [b] poteris prouidere.

2 Ista rubrica est nigro generalior: tñ hmōi rubricæ nō restringuntur a specialiori nigro. Iason in l. 1 ff. si cer. pet. Docto. §. c. de sum. tri. Font.

DE CLERICO 2 ægrotante, vel debilitato.

¶ Visum est de clericis non residentibus, & de præbendis non conferendis eisdem. Sed quia dubitari poterat, numquid eis ægrotantibus vel debilitatis sint prouentus ecclesiæ subtrahēdi: ideo post præcedētia subijcit istum titulum.

Astorali.] Primo declarat cuius sit dare coadiutores epōrum & superiorum. Secundo prouidet, cum eps coadiutorē vult: ibi, Verum. Tertio: ibi, Si vero. cum est demens. Quarto: ibi, Si autē cum eps coadiutorem non vult. Quinto: ibi, Præsenti. de coadiutorum expēsis & potestate. Sexto ibi, Cæterum. ad superiores prorogatur, quod de epīs dixerat. Ioan. And.

† Hæc duo verba: vel debilitato: desunt in vetustiorib. exemplarib. ēt impressis.

CASVS. Iure cautum reperitur, ꝙ si eps sit taliter impeditus, vt non possit exequi officium pastorale: est sibi de coadiutore prouidēdum. Sed quæritur ad quē spectat puidere de isto coadiutore: vtrum ad metropolitanum, vel legatum, vel solum Papam? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ datio coadiutoris epōrum, archiepōrū, & aliorum superiorum, est de maioribus causis reseruatis Papæ, ideo solus Papa poterit eis dare coadiutores. Et dicit Romanus Pontifex, ꝙ ipsis p̄latis inuitis poterit prouidere de coadiutore. Sed q̄ritur, nūquid eps vel superior alius senio cōfectus, vel alio morbo impeditus, possit sibi assumere coadiutores? Rñdetur, ꝙ sic: de consensu tñ sui capituli, vel maioris partis capituli: sed non posset accipere coadiutores dissentiente capitulo vel maiore parte. Sed ponamus, ꝙ eps ē demēs vel furiosus, certū est ꝙ nō pōt sibi eligere coadiutores. Sed numquid suum capitulū poterit coadiutorem aut coadiutores eligere? Respondetur ꝙ sic: dumtamen totum capitulum cōsentiat: vel saltem duę partes capituli. Sed ponamus ꝙ eps dicit ꝙ non indiget coadiutore: nūquid capitulū suum eo inuito poterit dare coadiutorem? Respondet ꝙ nō. Sed Papæ debebit capitulum notificare statū epi & ecclesię: qui Papa prouidebit ecclesiæ, & dabit coadiutorem, si videat id fieri debere. Sed vtrum coadiutor tenebit præstare officiū coadiutoris ex pēsis suis, vel prælati, cui est datus coadiutor? Respondet Romanus Pōtifex, ꝙ coadiutor accipiet sumptus moderatos de prouētibus ipsius prælati, cui est datus coadiutor: nec poterit alienare bona ecclesiæ, quæ seruando seruari possunt: licet possit alienare bona mobilia, quæ seruādo seruari non possunt: ad similitudinem tutoris dari pupillo, vel curatoris adulto. Sed numquid coadiutor qui legauit fructus ecclesiæ, tenebitur reddere rationem siue computum bonorum per eum ad ministratorum? Rñdet ꝙ sic: non solum in foro pænitentiali, sed etiam in foro cōtentioso: & poterit compelli ad reddendū rationem siue cōputum ipsi p̄lato, cui est datus coadiutor, vel successorib. suis. Nota primo, ꝙ datio coadiutoris epōrum, vel aliorum prælatorum superiorum est de maioribus causis, quæ spectant solum ad Papam. Ex quo sequitur, ꝙ legatus Cardinalis non pōt dare coadiutores, nisi haberet ad hoc specialem potestatem à Papa. c. quod translationem. §. de offi. leg. in antiq. Nota vlterius, ꝙ contra Romanam Ecclesiam non currit p̄scriptio in his, quæ sibi reseruauit in signum generalis dominij. Nota insuper ꝙ eps senio confect' vel alio impedimento perpetuo detētus, potest sibi assumere vnum coadiutorē, vel plures: dūmodo consenserit suum capitulum, vel maior pars. Nota, ꝙ si eps non possit eligere coadiutorem: tūc capitulum suum poterit pro ipso eligere: & hoc auctoritate Apostolica sibi data per istud c. sed tunc requiritur, ꝙ omnes de capitulo consentiant, vel duæ partes capituli. Nota ꝙ alius a Papa nō potest epō inuito dare coadiutorem. Nota ad quod allegatur præsens c. quod quis non tenetur militare suis proprijs expēsis. Nam hic dicitur quòd coadiutor debet habere expensas moderatas de prouētibus epi cui est datus coadiutor. Nota, quòd coadiutor nō potest alienare bona ecclesiæ. & hoc verum de immobilibus, vel mobilibus pretiosis: Nam bona mobilia, quæ seruādo seruari nō possunt, posset ipse coadiutor alienare ad similitudinem tutoris vel curatoris.

† Quis auctoritatē habeant coadiutores dati epis senibus vel infirmis, late docet Oldradus consi. 44.

TITVLVS V.

De clerico ægrotante § vel † debilitato. §

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Datio coadiutorum episcoporum, & suorum superiorum est de maioribus causis, & spectat ad solum Papam: potest tamen episcopus senio uel infirmitate perpetua impeditus, de consensu capituli sui uel maioris partis sibi auctoritate Apostolica unum uel duos coadiutores assumere: & si demens fuerit, capitulum aut duæ partes ipsius hoc facient. Sed si episcopus contradicit: tunc nil innouabit capitulum, sed episcopi & ecclesiæ conditionem quam cito poterit, intimabit Papæ. Et coadiutores illi sumptus moderatos habebunt de prouentibus prælatorum ipsorum. Ioan. And.*

CAP. VNICVM.

PAstoralis [c] officij debitum exequētes: declaramus, atque statuimus, coadiutorum † episcoporum & superiorum prælatorum dationē

[Prima glossa dicit quid declaret, & summat.]

c ¶ Pastoralis.] Emanauit ad declaratione decretalis §. eod. ex parte. in fine, & eorum quæ ibi not. Hostien. & eod. tit. de rectoribus. in fine. Et hoc dicit: Datio coadiutorum episcoporum, & suorum superiorum est de maioribus causis, & spectat ad solum Papam: potest tamen eps senio, vel infirmitate perpetua impeditus. de consensu capituli sui vel maioris partis sibi auctoritate Apostolica vnum, vel duos coadiutores assumere: & si demens fuerit, capitulum aut duæ partes ipsius hoc facient. Sed si episcopus cōtradicit, tūc nil innouabit capitulum, sed episcopi & ecclesiæ conditionem

ditionem quam cito poterit, intimabit Papæ. Et coadiutores illi sumptus moderatos habebunt de prouentibus prælatorum ipsorum. Ioan. And.

a ¶ Maioribus.] Connumeretur ergo inter alias, quas habes notatas s. de trãslat. c. 1. de offic. leg. quod translationem. de excess. prælat. sicut vnire.

b ¶ Non obstante.] Nota per hanc litteram, ꝙ contra Romanam Ecclesiam non currit pscriptio 1 in his, quæ sibi in signũ specialis priuilegij reseruauit 2 sicut nec contra priuilegiũ prælationis, de hoc supra de præscriptio. cum nobis.

[Gloss. seq. dat simile: exponit, & contrarium soluit.]

c ¶ Tantummodo] sic supra eod. lib. de supplen. neglig. præl. ecclesiæ, ergo non ab archiepiscopo, vel patriarcha, vel legato: quia in generali legatione talia nõ transeunt. in prædicta decretali, quod translationem. Ad decretalem infra eod. ex parte. in fine respondetur, ꝙ illud fuit de speciali auctoritate vel mandato domini Papæ, & ꝙ ita esset per antiqua iura, probatur per cano. 7. q. 1. cap. 1. & c. quamuis sit triste, cum multis capitulis eiusdem quæstionis. ad idem decret. superius allegatæ, in antiq. de reg. licet. versi. illa semper. de renuntiatio nisi, ad finem.

1 Vid. Fel. in c. cum dilectis. de fide instr. & Abba. in c. cũ contingat. de fo. comp.

2 Quæ sint Romanæ sedi spãliter reseruata, tradit Host. in sũma. tit. de offi. lega. §. q d ptinet. & Turrecre ma. in ca. huic soli 17. dist.

intelligendam esse de causis maioribus [a], & referendam ad sedem Apostolicam, ac ab ea (consuetudine non obstante [b] cõtraria) tantummodo [c] postulandam: ¶ Verum ne hoc prætextu ecclesiæ (existentes præcipue in remotis [d]) dispendia patiantur: nos earum in hac parte indemnitatibus prę cauere volentes, hac generali cõstitutione sancimus, vt episcopus senio aut valetudine corporali grauatus, vel etiam aliàs adeo impeditus perpetuo [e], vt officium suum nequeat exercere: possit de sui consilio & assensu capituli, vel maioris [f] partis ipsius, vnum, vel duos auctoritate [g] Apostolica coadiutores assumere, ad dictum officium exequendum. ¶ Si vero episcopus demens [h] fuerit, & quid velit aut nolit exprimere nesciat, vel non possit: tunc eius capitulum, vel duæ ipsius partes [i] eadem auctoritate, unum aut duos [k] coadiutores assumant idoneos, qui eius officium [l] † exequantur. ¶ Si autem episcopus senio aut incurabili modo grauatus, vel perpetuo impedimento detentus, ad sui executionem officij reddatur inutilis: & coadiutorem assumere vel habere noluerit [m], licet à capitulo requisitus proprio, se illius non indigere suffragio forsitan asserendo: tunc nil per capitulum innouetur, sed hoc casu, & etiam proximo [n] idem capitulum episco-

riosus, filius datur curator patri. C. de curato. furio. l. si pater. ff. eod. tit. l. 2. aliàs autem erubescit lex filios esse castigatores 3 parentum, in Authen. de nup. §. si quod sanctum, colla. 3. de maior. & obed. cum inferior. hinc est ꝙ ipsi inuito coadiutorem non dabunt, vt in seq. responso.

3 Vide B. Th. 22. q. 33. art. 4.

[Gloss. seq. dat quatuor similia, & ponit regulam.]

i ¶ Duæ ipsius partes.] sic non sufficit maior pars, & est speciale, ad idem in antiq. de ele. licet. vbi in electione Romani Pontificis requiruntur ad minus duæ partes. ad idem supra eod. tit. alleg. c. scriptum. vbi in postulatione quæ concurrit cũ electione, duæ partes etiam requirũtur, ad idem supra eo. lib. de elec. si quando, & c. indemnitatibus. §. 1. licet autem hoc sit speciale, quod duæ partes debent consentire: regulare est, ꝙ duæ partes collegij vel vniuersitatis debent esse pręsentes. ff. quod cuiusque vniuer. l. plane. ff. de decre. ab or. fac. l. 3.

ADDITIO. Vide quod not. de maior. & obe c. fi. in 3. glo. & de ijs quæ. fi. à maior. par. c. in gloss. penul. & quod sup ea dixi. Ioan. And.

† Gñaliter ĩ oĩb. q̃ sunt iurisdõnis diœcesãæ & dignitatis epalis item bñficia ꝓfert. itẽ cognoscer d̃ causis delegatis sub nomine dignitatis. Do. no. in c. fi. sup. e. Pe. de Anch. Font.

ADDITIO. Archiepiscopus, vt tetigit hic glo. in princ. talem coadiutorem dare nequit, qui id solum põt in prouincia sibi decreta, quòd à iure reperitur cõcessum, vel ex prisca consuetudine introductum. 9. q. 3. conquestus. supra e. lib. de supplen. negligen. præl. c. Romana. Ista ergo potestas concessa episcopo & capitulo, vel maiori parti, seu soli capitulo, metropolitano non competeret episcopo viuente: licet datio visitatoris quandoque competat eo mortuo. supra eo. lib. de supplen. neglig præl ecclesiæ. Ioan. And.

d ¶ In remotis.] his. n. precipue prouidendum fuit. Ad hoc supra de elect. nihil est. ad finem.

e ¶ Perpetuo.] & sic nota, ꝙ licet ęgrotans laboret in firmitate incurabili, nõ remouetur, sed datur coadiutor. ad idem supra. eod. tit. ex parte, & sic reprobatur opin. Bern de qua not. supra eo. tua.

ADDITIO. Dicit Archi. responderi, posse quod hic in episcopo loquitur. Ioan. And.

f ¶ Maioris.] regulariter. n. tenet quod facit maior pars de ijs quæ fi. à maio. par. cap. c. 1. & dicitur totum capitulum fecisse. 56. dist. Apostolica. cum simili, sed hoc fallit inf. proxi. casu.

g ¶ Auctoritate Apostolica.] sunt igitur isti delegati Papæ in hac parte. & concor. s. de offi. ord. irrefragabilis supra de hære. ad abolenda. in fine. & inf. de natu. reg. c. vnico. & in cle. de sup neglig prælat. quia regulares. cum concord.

h ¶ Demens.] de suc. ab intest. cum dilectus. 3. q. 9. indicas, & est simi. quod dicit lex, ꝙ quãdo pater est furiosus

k ¶ Aut duos.] hanc litteram, quam supra habueras, hic videas repetitam: per quam litteram credo quod si plures dare vellent, non possent. 4 & potuit Papa ad hoc motus esse ex eo quod coadiutores debent sumptus habere ab ecclesia, vt infra eo. § præsenti. item us ergo scripturæ 5: quia Papa si de plurib. voluisset, hoc expressisset. de deci. ad audientiam in antiq. & sufficit ita scriptum esse. 6. q. 3. scriptum. ff. qui & à quibus l. prospexit. cum etiam isti non ordinaria, sed delegata potestate fungantur: vnde habent seruare metas mandati supra tit. proxi. cui de non. supra de rescrip. cum dilecta.

4 Idẽ Ph. & Do. Fõ.

5 Nota formã datãab hoĩe seruãdã, sicut formã datã à iure. Do min. Fõt.

l ¶ Officium.] est ergo coadiutoris 6 officium ea facere, quæ pertinent ad officium eius cui deputatus est.

[Glo. seq. not. differẽtiam, arguit, argumentum reprobat, & ad iura contraria respondet.]

6 De ptãte coadiutoris vide Old. consi. 44.

m ¶ Noluerit.] nõ est ergo idem tacere quod ꝯdicere, quia si ꝯdicit, capitulum coadiutorem non dat: si tacet, secus, vt in proxi. casu. ad hoc facit inf. de reg iur. is qui tacet. vbi dicam de hoc. Et no. arg. ex hoc textu, ꝙ coadiutor non daẽ inuito. ad hoc 7. q. 1 scripsit & c. qualiter. & c. quamuis §. ecce. sed hoc est falsum: quia inuito daẽ. ad hoc de eccle. ædifi. ad audiẽtiam 1. in fi. & not. s. eo. ex parte. in vlt. gl. Et iura illa non in coadiutore, sed in substituto loquunẽ, qui non daẽ inuito. coadiutor aũt in casu isto ꝓ capitulũ inuito epo non daẽ: aliàs aũt ꝓ eũ ad quẽ ptinet, bñ daẽ inuito: vt ibi dixi. sed hic Apostolica auctoritate daẽ: sed hoc casu nõ dabiẽ: quia capitulũ in hoc casu mandatum nõ hẽt à Papa, ad quem datio eius pertinet, vt in principio.

n ¶ Proximo.] scilicet quando demens est episcopus, & nescit vel non potest exprimere quid velit.

a ¶ Cir-

a ¶ Circunstantias.] aliter.n. ad veritatem peruenire non posset 23.q.8.occidit.supra de testi.cum causam.
b ¶ Moderatos.] ad idem supra eod.tit. de rectoribus. & c.seq.non.n.coguntur proprijs militare stipendijs. 10 q.2.præcarie.12.q.2.charitatem.
[Gloss. seq. tres concor.alleg.& quæstionem soluit.]
c ¶ Abstinentes.] ad idem sup.de elect.nihil est. & eod. lib. & t.is cui.& c.indẽnitatibus.§. si vero. Et intellige de alienatione immobilium vel mobiliũ pretiosorũ: alias mobilia quę seruando seruari nõ possunt, alienare poterunt ad instar tutorum. C. de admi. tut. lex quæ tutores. Ioã. And.

pi:sed vtrum ista beneficia vacantia poterit capitulum conferre? Respondet Romanus Pontifex quòd non: sed collatio istorum beneficiorum reseruabitur futuro episcopo:nec valet cõtraria consuetudo:vt tenent doctores in dicto capitu.cum olim.allega. Et rationem assignant: quia capitulum non potest incipere præscriptionem:cum præscriptio non incidat, nec currat contra ecclesiam vacantem. Sed ponamus quòd vacant beneficia patronata: vtrum capitulum potest instituere præsentantes? Respondet quòd licet capitulum non possit conferre beneficia vacantia (vt dictum est) tamen poterit instituere ad pręsentationem patroni. Nota primo vnum casum, in quo capitulum sede vacante non exercet iurisdictionem episcopalem, scilicet in collatione beneficiorum spectante ad solum episcopum, sed poterit instituere ad præsentationem patroni, id est, in confirmandis electionibus: vt in iure allega. in gloss. Nota ibi, Admittere, quòd differunt admittere & instituere. Et per hunc textum deciditur vna quæstio, quæ est in facto: Nam quidã patronus quẽdam clericum præsentauit vicario episcopi: & rogauit illum, vt illum admitteret: vicarius respondet, placet: vnde notarius instrumento suo inseruit qualiter vicarius illũ admisit & instituit: nunc redarguitur instrumentum de falso: quia vicarius episcopi admittendo personam, non per hoc instituit. Iste text. facit quòd instrumentum sit falsum: quia differunt admittere & instituere: & admittendo personam istius præsentati, non videtur illum instituere.

DE INSTITVTIONIBUS.

Cõtinuatio dñi Heliæ. ¶ Dictum fuit supra de præbendis: verum quia posset dubitari ad quem pertinet collatio & institutio præbẽdarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum: ideo ad nos informãdum annectitur titu. de institutionibus. Pro quo sciendum, quod institutio hic accipit large: & sub se comprehendit collationem: Nam collatio proprie dicitur quando beneficium est liberum, & in mera dispositione episcopi, ita φ disponit de illo beneficio iure suo ordinario absq; aliqua præsentatione: Sed quãdo beneficium non est liberũ, sed est in iure patronatus alicuius, quia patronus præsentat, & ad præsentationem patroni episcopus instituit: illud proprie dicitur institutio. Prouisio vero dicitur quãdo fit iure deuoluto: s. quando superior prouidet in refutationem inferioris.

pi & ecclesiæ suæ conditionem, & statum, ac facti circunstãtias [a] vniuersas, quàm cito poterit fideliter & expliciter referat ad notitiam dictæ sedis, recepturi humiliter & efficaciter impleturi, quod super hoc per sedẽ ipsam contigerit ordinari. ¶ Præsenti quoque adijcimus sanctioni, vt coadiutores huiusmodi de prouentibus prælatorum, in quorum assumentur auxilium, sumptus recipiant moderatos [b], ab alienatione qualibet de bonis ecclesiasticis prælatorum ipsorum, vel ecclesiarum suarũ quomodolibet facienda penitus abstinentes [c], rationem non solum in districto examine, sed & prælatis eisdẽ (si sanæ mẽtis extiterint) ac capitulis eorundẽ, seu etiam ipsorum prælatorum successoribus (si hoc antea non fecerint) plenariam reddituri. Cæterum quod de episcopis præmittitur: ad superiores et prelatos esse volumus & intelligimus referẽdum.

TIT. VI.

De institutionibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Capitulum sede vacante, licet beneficia ad Episcopi collationem spectantia conferre non possit, tamen ad illa præsentatos instituere potest. hoc dicit. Zenz.*

CAP. I.

Et si capitulum [d] † sede vacante beneficia, quæ ad collationem episcopi [e] pertinẽt, conferre nõ possit [f]:

† Varias significationes huius vocis, capitulũ, ponit Io. And. in c. capitulũ. §. de resc.

Et si capitulum.] Sede vacante capitulum succedit episcopo in potestate instituendi. sed non in potestate conferendi beneficia. hoc dicit secundum Io. de Fan. Et primo improbat similitudinem: Secundo decidit casum dubium: ibi, Præsentatos, quod dubium fortificat: ibi, Licet. Ioan. And.

Pro intellectu huius capituli est præsupponendum illud quod habetur in c.cum olim.de maior.& obed. in antiq. videlicet quòd capitulum sede vacante succedit episcopo: ideo potest exercere ea quæ sunt iurisdictionis per se: & illa quæ sunt ordinis per alium, puta, per aliquem episcopum. Item est præsupponẽdum, quod cõferre beneficia est iurisdictionis voluntariæ: ideo potest exerceri extra territorium. in c. nouit. de offic. lega. in antiq.

CASVS. Vacante ecclesia. Pictauen. per mortem p̃lati, antequam aliquis esset electus in episcopum, vacauerunt aliqua bñficia spectãtia ad collationem episcopi: certũ est quòd capitulum succedit loco episco-

Not. casum prohibitum capitulo sede vacante. Alios vide per Ioan. And. in c.1. supra de maior.& obed. eod.lib.

Not. quod potestas instituendi in beneficijs deuoluitur sede vacante ad habentem exercere iurisdictionem prælati defuncti. Dominicus.

[Prima glo. dicit quid declaret.]

d ¶ Et si capitulum.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. supra de maior.& obed. his quæ.& cap. cum olim.

e ¶ Episcopi.] solius, quod dic vt infra ne sede vac. cap. vnico.

[Glo. seq alleg. concor. objicit & soluit.]

f ¶ Non possit.] vt sup. ne sede vac. c. illa. 1 Sed objiciens, si põt confirmare quod est plus: quare non conferre? Solu. est falsum, quòd confirmare sit plus: quia qui confirmat, non donat. de fid. instru. inter. sed qui confert donat. supra eo. lib. de offi. vaca. c. vlti.

1 Opi. Gu. Spe. de p̃sẽtatione non faciẽda per capitulũ vacãte sede, & quõ cõmendã facere põt s̃m Vincen. quæ ibi scripsit hic ponit Archidi. Ioan. An.

[Glo.

[Glo.ſeq.quærit & ſoluit.]

a ¶ Præſentatos,] quid de electis per clericos ad quos electio ſpectat? Dic idē.ſed de illis erat expreſſum in prædicta decret.cū olim.de maio. & obe.ideo de præſentatis ſolum hic dixit; & poterat de præſentatis dubitari, quaſi p̄ſētatio īnniteretur gratiæ, & non iuri communi: vt ſic poteſtas huius gratiæ vacante ſede in capitulum nō tranſiret.

b ¶ Idonei.] intelligitur ſi non ſit appoſitum. de elect.causā quæ.in antiq.

ADDITIO. Arguit hic Archidi. per c. 28. diſ. priuſquam. & per not. 63. diſt.c. 1.in fi. quòd ſi confirmator, epiſcopus, capitulum, vel confirmator ipſorum dicit: talem non debuiſtis eligere: per idipſum reprobaſſe videtur. Ioan.And.

c ¶ Epiſcopum.] ſolum 1. ea enim quæ ſūt iuriſdictionis, trāſeunt in capitulum ſede vacante: vt in iuribus ſuperius allegatis. ad idem de hære. ad abolendam, in antiq. quod verum intelligas, niſi interdictum eis eſſet à Papa: vt ſ. eod. lib. de maior. & obed. capit. vnico.

præſentatos [a] tamen à patronis poteſt admittere, ſi ſint idonei [b], & eos 10 inſtituere in beneficijs, ad quæ fuerint præſentati: Licet ad epiſcopum [c] (ſi ſupereſſet) admiſſio & inſtitutio huiuſmodi pertineret †.

† aliàs, pertinerent.

† Hæc duo verba: in eodē. nō ſūt in manuſcriptis codicib.

1 De articulo hui' glo. vide late per Hoſt.in c. ad abolēdā. verſi. ſede vacāte. extra de hæret.

† No. idoneitatē & tēpus hic ꝑ copulā poni: vñ nō ſat eſt ꝙ intra tp̄s iuris poſſit promoueri: ſed dēnt etiā aliæ idoneitates cōcurrere. Do. & Pet. de Anc. Fō.

¶ Idem [in eodem †.] 20

¶ *Non repellit præſentatum defectus ſacrorum ordinum. hoc dicit. Zenze.*

CAP. II.

SI is [d], ad quem rectoris præſentatio in aliqua parochiali eccleſia noſcitur pertinere, quempiam non conſtitutum in ſacris præſentet ad eam ipſum † (dummodo aliàs ſit idoneus, & infra 40 tempus à iure ſtatutum [e] ad ordines, quos ipſius eccleſiæ cura requirit, valeat promoueri) decernimus admittendum.

SI is.] Non diuiditur. Io.And.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia parochiali patronus illius eccleſiæ præſentauit Titiū clericū conſtitutū in minoribus ordinibus, diœceſano: q̱ clericus erat aliàs idoneus: vtrū ꝑꝑ iſtud defectū, ꝙ non eſt promotus ad ſacerdotium ſit repellendus à 50 beneficio? Rñdet, ꝙ ꝑꝑ defectū ſacri ordinis nō eſt à beneficio repellēdus: dū modo aliàs fuerit idoneus, & poſſit promoueri ad ſacros ordines intra annū. Not. primo ꝙ appellatione rectoris cōprehendit̄ ille, q̱ p̄ficitur parochiali eccleſiæ. vide in clem. dudū. de ſepul. Not. ſcd̄o ꝙ idoneitas in præſentato ad eccleſiā requiritur tempore præſentationis quo ad alias qualitates quam ordinem ſacrorum. Dom.

d ¶ Si is.] quod in decret. ſ. de æta. & qualit. præterea. de diſpenſatione olim fieri poterat: eſt hic hodie 60 ius cōe. quod verum intelligo in hoc ſuo caſu: ſ. cum præſentatur quis ad rectoriam eccleſiæ parochialis per patronum. Dic autem vt ſ. eo. lib. de præb. ſi pro clericis pauperibus.

ADDITIO. Multi contra. & vide quod ibi dixi de elect. dudū. 1. ſuper verſi. vel in ordinibus. Ioan. And.

e ¶ Statutum.] ſupra de elect. eo. lib. licet canon. [vide gl. ſi. c. 2. ſupra de reſcrip.]

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET Eccleſiæ non vacantis.

¶ Viſum fuit ſupra de præbendis & alijs beneficijs eccleſiaſticis: etiam viſum eſt de inſtitutionibus ad illa beneficia eccleſiaſtica: verum quia poſſet aliquis dubitare quid iuris ſit de beneficijs non vacantibus vtrum poſſint alijs conferri: ideo ponitur titulus de conceſſione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis.

TIT. VII.

De cōceſſione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis.

¶ Innocentius quartus dilecto filio Andreæ capellano noſtro.

¶ *Si mandatur alicui prouideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam 30 & vacat dignitas quā ante acceptationem ordinarius cōfert, tenet ipſius collatio: etiā ſi executor impetrantis ante acceptationē fecerit reſeruationē, inbibitionem, & proceſſus ſuper prima vacāte. I. A.*

CAP. I.

QVIA cun-

QVia cunctis.] Hęc eſt famoſa decretalis, & copioſa, & ſubtiliter gloſſata ꝑ Inn. Abbas ſic ſūmat: ꝙ executor datus ſub forma, ꝙ cōferat tali qđ duxerit acceptandū: añ acceptationē nihil facere pōt. Sed dicit. Ioā. An. ꝙ iſtud nō vr̄ bñ dictū. Sed dic ꝙ ītellexit illud nihil, ꝙ afficiat: & ſic dēt intelligi gl. in §. Subiūctū. ĵ. q̄ incipit. Nota ꝙ qñ. Do. Iſtud c. diuidit̄ in ſex partes, vt ī gl. Nā ī prima ponit̄ actoris petitio. In ſcđa. exceptio rei. In tertia ponit̄ agētis replicatio: in quarta parte ponūtur duplicationes: In quinta, triplicatiōes: In ſexta & finali parte ponit̄ ſnīa. Prima eſt in prin. Scđa: ibi, dicebat aūt. Tertia: ibi Ex parte. Quarta: ibi, Sed extitit: Quinta: ibi, Ecōuerſo: Sexta: ibi, Nos itaque.

CASVS. Inn iiij. fecit grām cuidā Draconi in eccleſia Carnot. ſub hac forma: quia mādauit canonicis illius eccl̄æ, vt Draconē reciperēt ī canonicū, & ī frēm & p̄bēdā vel dignitatē ſi qua vacaret eidē ꝯferrēt, q̄ duceret accepiādā; alioqn ꝓximo vacaturā, cū decreto irritāte, & datis ſibi executorib. ad cōpellēdū: Draco iſte p̄ſētauit grām ſuā executori: q̱ executor acceſſit ad illā eccl̄am ī qua erat ſubdecan⁹ illi⁹ eccl̄æ: & ipſi Draconi cōtulit p̄bēdā ꝓximo vacaturā: & ſic cōtulit anteq̄ Draco illā acceptaret: Deinde ī ipſa eccl̄a vacauit p̄poſitura Normaniæ, q̄ erat dignitas ſine cura: qua vacāte qdā legat⁹ Card. in illis partib. exiſtēs, rogauit ep̄m, vt de dicta p̄poſitura ꝓuideret cuidā Andreæ nepoti dñi Papæ: Ep̄s rñdit ꝙ q̄tū ad hoc cōmitebat vices ſuas illi legato Cardinali: q̱ legat⁹ p̄poſiturā cōtulit Andreæ nepoti dñi Papæ: poſtea Draco acceptauit illā dignitatē. Mō fuit orta cōtrouerſia ſuꝑ illa dignitate inter Andreā nepotē Papæ, q̱ habuerat collationē à legato noīe ordinarij. & dictū Draconē q̱ habuerat collationē à ſuo executore: fuit dubitatum q̱s haberet poti⁹ ius in ipſa dignitate: vñ fuerūt allegatæ plures rōnes hincinde: tandē auditis allegationibus hincinde ꝑ partes propoſitis, Papa tulit ſnīam diffinitiuā pro ſuo nepote ꝯ Draconē, & ipſi Draconi impoſuit ꝑpetuū ſilētiū. Rō motiua Papæ fuit, q̱ Draco acceptauerat dignitatē iſtā poſt collationē ordinarij.

Not. primo ex principio textus practicā cōcipiēdi libellū cū agit q̱s ꝓ beneficio, qđ dicit ad ſe ꝑtinere. nā non ſufficit dicere ꝙ habuit collationē a tali: ſed vlterius addat in libello, & q̱ habebat pōtatē ꝯferēdi.

Not.

Not. principalem effectum huius cap. ꝙ si mandetur alicui prouideri de dignitate proximo vacatura, quā ipse quo pro scribitur, duxerit acceptandam: potestas ordinarij non est ligata, nisi is pro quo scribit̄ acceptauerit: nam executor non potest facere collationē nisi facta acceptatione: sed facta acceptatione pōt executor suā potestatem exercere, etiam priusquam vacet dignitas. Nota ꝙ in iudicijs non est facienda acceptatio personarū: quod est contra aliquos iudices, qui grauant suos consanguineos, vt videātur iustiores. tamen prudentes iudices se exonerant à talibus causis, ne videantur hominibus iudicasse affectione carnali. Nota ꝙ decretum irritans in gratia expectatiua ligat ignorantes, dum tamen fuerit purificatū: quod purificatur dum gratia est purificata. Et non dicitur purificata gratia, nisi ipsa fuerit acceptata. Nota quæ dicatur canonica collatio: quia illa quæ est facta de beneficio vacante: & per illum, qui potestatem habet conferendi. Nota finaliter, quòd licet nō sit necesse in libello tollere defensionem partis aduersæ, vt not. Inno. de re iudic. cū Bartholdus. tñ ex illa non vitiatur libellus: vt patet hic dū dicebat, ꝙ nō erat facta inhibitio, Do.

ctis a; & infra b. ¶ Proponebatur itaq; pro parte tua, quòd cum prædicta c præpositura dum vacabat d tibi per eum e, qui conferre potuit ipsā, collata fuisset: collatio huiusmodi canonica existebat, maxime cum nulla per Priorem f ipsum, quæ illam impedire posset g inhibitio præcessisset. Dicebat autem pars altera, quòd cum præmissę h litteræ sede Carnoten. vacante fuissent in capitulo publicatæ i, ac præfatus episcopus tunc de capitulo ipso esset k, ibique præsens existeret, ignorare non potuit mandatum Apostolicum (super conferenda memorato D. præbenda vel dignitate sine cura l, quam ipse duceret acceptandā, cum primo in ecclesia ipsa prædicta vacaret) alij fuisse directum, & sic per consequens facultatem sibi esse sublatam conferendi huiusmodi dignitatem propter quod videbatur m, quod nec per se nec per alium præfatam præposituram, curam nō habentem animarum annexam (quæ primo post mandatum ipsum in ecclesia prædicta uacauit) poterit alicui personæ conferre. Præsertim cum iam dictus Prior, eodem publicato mandato, mox præfato D. præbendam vel dignitatem curam huiusmodi non habentem, quam primo in eadem ecclesia vacare contingeret, contulisset: nec aliàs etiam (prout allegabatur n) prodesse poterat ipsius episcopi ignorantia in hac parte.

[Prima gl. sūmat, & ponit ꝓuisionē inuētā ꝯ casum.]

a ¶ Quia cūctis.] Si mādatur alicui prouideri de dignitate vacatura, quā duxerit acceptādā, & vacat dignitas, quā ante acceptationē ordinarius cōfert, tenet ipsius collatio, ētsi executor impetrantis ante acceptationem fecerit reseruationē, inhibitionē, & processus super prima vacante. Contra hunc casū stylus curiæ clausulā ad inuenit, qua statuit terminū acceptādi, inhibēs ī. illum collationē fieri cū decreto. quod dic vt in clemen. eod. tit. cum ei quem. 2. responso.

ADDITIO. Formam illius clemen. ibi vide notatam in gl. iste terminus. Ioan. And.

[Secunda gl. supplet decisam, & diuidit decretalem.]

b ¶ Et infra.] sub hoc infra intelligas factū. s. qđ Inn. 1 dedit gratiam Draconi sup prima p̄benda vel dignitate sine cura, quæ vacaret in ecclesia Carnotēsi, q̄ duceret acceptādā, dato sibi Priore quodā in executorē: vt in litteris suis erat decretū: Prior ille accessit ad ecclesiā Carnotē q̄ tūc vacabt: & ibi in capitulo in quo erat subdecanus gratiā publicauit, & cōtulit ibidē illi D. dignitatē sine cura, vel p̄bēdā, q̄ ibi primo vacaret, q̄ duceret acceptādā: inhibens ne qs veniret ꝯ suā collationē, & ꝓnuntians irritū secus factū; Post hoc p̄positus Normanię in vltramarinis partib. decessit, prius electo & cōfirmato subdecano ipsius ecclæ Carnoten. in epm Carnotēsē: p̄positura aūt illa erat dignitas 2 sine cura in ecclesia Carnoteñ. G. sancti Eustachij, Cardinalis in partib. illis legatꝰ supplicauit epō, vt dignitatē illā cōferret Andreæ nepoti dñi Papæ; eps ille cōmisit illi Cardinali, vt conferret: qđ factū est. Prior aūt ille executor Draconis audiēs dignitatē illā vacasse, cōmisit cuidā archipresbytero, ꝙ illū Draconē, q. ipsā dignitatē acceptauit, deberet de ipsa inuestire, ꝙ factū est. Modo inter. D. & A. super hac dignitate qōne suborta, partes fuerunt corā Papa: & primo allegauit A. vt sequit̄. hæc patent in decisa, & ex ijs, quæ sequentur infra. Et diuide in sex partes: In prima q̄ durat vsque ibi, Dicebat aūt: ponitur Andreæ petitio. In sc̄da, quæ durat vsq; ibi, Ex parte: ponit̄ Draconis defensio. In tertia q̄ durat vsq; ibi, Sed extitit, ponunt̄ replicationes A. in quarta q̄ durat vsq; ibi, Ecōtra vero: ponunt̄ replicationes Draconis. In quinta q̄ durat vsq; ad §. Nos itaque. ponuntur triplicationes A. In sexta ꝓ A sentētia fert̄.

ADDITIO. Host. qui facit nouē partes in hoc capitu. de secunda facit tres: dicens ꝙ ꝯ A. excipitur: Tertio exceptio roboratur: Quarto pro. D. alia rō inducitur. Itē de tertia dr̄, ꝙ quinto replicatur: Sexto, replicationi additur, hoc non placet: quia potius sunt partium diuisiones, q̄ partes. Ioan. And.

c ¶ Prædicta.] in decisa. sic ī. de reb. eccl. nō alie. dudū.

d ¶ Vacabit.] notabat factum partis alterius. q.d illi D. fuit collata præbenda seu potius dignitas ꝑ executorem suū, anteq̄ vacaret: sed mihi vacās collata fuit.

e ¶ Per eum.] scilicet per epm seu eius auctoritate, vt s̄. dixi, interdum ēt solus eps talia cōfert: interdū cum capitulo ſm diuersas consuetudines, quod dic vt no. de elect. cum ecclesia Vulterana. infra ne sede vac. c. vnico. & bene dixit, qui potuit: quia aliàs collatio nō valuisset, quia pro non dato habetur, quod ab ullo dat̄ &c. de iure patr. quod autem. in antiq. ibi de hoc.

f ¶ Priorē.] qui fuerat executor Draconis, vt s̄. dixi.

g ¶ Posset.] Nota ꝙ aliqua præcesserat: sed non talis, quæ impedire posset, & erat ratio: q. a fuerat facta añ acceptationē, vt patet infra versi. subiunctum.

h ¶ Præmissæ.] in decisa impetratæ per illū D. ad Priorem executorem suum.

i ¶ Publicatæ.] vnde per hoc videbat̄ dignitas affecta, vt ī. e. si capitulo, sed nō est verū hoc casu, vt ibi dicā.

k ¶ Esset.] sic supra de rescrip. eam te. & licet hoc nō ignoret: non tamen ignorabat collationē per Priorē factā ante vacationē & acceptationē nō valere: & io istæ allegationes ignorantiæ parum prosunt.

l ¶ Sine cura.] etsi hoc nō fuisset adiectū, de tali intelligēdū erat, vt s̄. e. l. de præb. cum in illis. 1. responso.

m ¶ Videbat̄.] male intelligentib. subtiliter aūt intuētib. hoc nō videbat̄. s̄. đ translatio. iter corporalia. § j.

n ¶ Allegabatur.] pro parte ipsius D. ad corroborandam exceptionem, vel defensionem suam.

1 Quartꝰ auctor decret. dicit Hostiē & Boat. post cū q. sem ꝑ fuit nobilib. gratiosus: & iste Draco fuit filius dñi de Borbonio. I. An.

2 Dicit Io. Mo ꝙ hic non fuit disputatū an esset dignitas. vel officiū, tñ vt dicit ipse Inn. đ p̄b. de multa in fi. ꝙ p̄positurae ecclesiæ Carnotē. sunt officia, nō dignitates. Io. And.

a ¶ Non

a ¶ Non possit.] vt ĩ. de priuileg. volentes. talia tñ priuilegia non extenduntur ad sententias ordinariorũ nisi in casibus, vt ĩ eo tit. iam alleg. ne aliqui.

b ¶ Similiter.[parum valet hæc similitudo: quia alia ratio reformat pactum, vt patet ĩ. §. ex parte.

tutionibus non agitur de pœna infligenda. dicit ergo ꝙ quia lex omnibus est cõmunis, & omnes astringit. s. de cõstitu. cap. fin. C. de leg. leges sacratissimæ. ideo ibi est tempus vniforme. Sed indulgentia est lex priuata. 3. dist. priuilegia. quã sola concedentis intentio cõtemplatur. Io. And.

Nam si alicui à sede Apostolica concedatur, quòd excommunicari non possit [a]: licet id forsan suus ignoret episcopus, non tamen propter hoc eius ligatur sententia, si quam proferat in eundem. Similiter [b] si alicui conferendi præbendam aliquã tribuatur à sede Apostolica potestas: ex hoc ipso videtur, quòd sit episcopo conferendi tunc eam penitus interdicta facultas. ¶ Nec obstaret si forte obijceretur, quòd lex seu constitutio & mãdatum nullos astringũt, nisi postquam ad notitiam † peruenerint eorundem, aut nisi post tempus [c] infra quod ignorare minime debuissent: quia in priuilegijs [d], & indulgentijs seu concessionibus specialibus secus existit, in quibus sufficit, quòd ad illorũ, quibus conceduntur, notitiã perueniant, vt patet cum indulgetur alicui, quòd excommunicari non possit: sicut superius est expressum. Et quidem cum tribuitur alicui potestas conferendi præbendam: videtur proculdubio ei concedi aliquid speciale [e]. ¶ Adijciebatur insuper, quòd cum sententia statim arctet etiã ignorantem: quoniam si contra prælatum aliquem absentem [f] depositionis [g] sententia proferatur, contractus, quos inijt ignoranter postea vt prælatus, nullum robur obtinent firmitatis: & in supradictis litteris irritum decernimus & inane, quidquid super huiusmodi di præbenda vel dignitate contra nostrum contigerit attentari mandatũ: collatio, quam idem episcopus post tale nostrum decretum (siue illud ignorauerit, siue non) de præfata præpositura, per se vel per alium fecerat, nõ valebat [h]. ¶ Ex parte vero tua extitit replicatum, quòd hæc de illis priuilegijs & indulgentijs (æquitate suadente) debent intelligi, quę vim suam [i] habent mox cum ad illos, quibus conceduntur per ueniunt: ex quorum tenore liquido nosci potest, quòd talis circa ea fuerit intentio concedentis, vt pote cum alicui conceditur, quòd excommunicari non possit. ex † hoc enim euidenter apparet alijs ipsum excommunicãdi ademptam esse penitus facultatem: non sic autem si alicui conferendi præbendam, siue certam [k], siue incertam [l] tribuatur potestas: nõ enim tunc esse videtur tribuentis intentio, vt per hoc ei (ad cuius donationem præbenda ipsa pertinet) cõferẽdi possibilitas adimat [m]: nisi prius ille sibi notificet, quòd eam velit p̃ huiusmodi potestatem conferre, aut ei collationẽ interdicat illius, vel postquam illi nolifi- vt in casu nostro.

c ¶ Post tempus.] qd est duorum mensium à tempore publicationis. postea vero non valebit ignorantiã allegare, vt in authẽ. vt fa. no. cõsti. coll. 5. circa princ. & s. ne cle. vel mo. super specula. Et hic adde quod dixi in fi. huius lib. super data Romę. in vlt. glo. Ioan. And.

ADDITIO. Facit etiam s. de sen. excõ. nouerit dicit Host. ꝙ putat ibi speciale in constitutionibus principis: aliàs autem hoc tẽpus erit arbitrariũ. ff. de iure delib. l. 1. §. ait prætor. & ideo sufficit, ꝙ sit publice promulgata, ad hoc vt omnes astringat. s. de postulatio. prę̃lat. c. 1. 16. distin. ꝙ dicitis. de constit. c. 2. de hac materia, & quæ sit ratio diuersitatis, plene no. in sum. de constit. §. quando cõstitutio. in princ. Hosti. cuius dictum ponunt. Ioan. Mon. & Archid. Opinionem autem Ioan. quam ponit Archi. vide ĩ remis. quę sequitur in gl. Subdit autẽ Archi. ꝙ mandatum ligare non debet nisi ex quo puenit ad eos quibus mittitur. ff. de acquirenda possessione. l. absenti. Et not. Inno. s. de elect. innotuit. in vltima gl. sua. & vide quod dicã super glossa sequẽti. Io. And.

† Vide Deciũ & doct. in c. cognoscetes. extra de cõstit. & Turrecre. in c. ĩ istis. §. leges. dist. 4.

d ¶ Priuilegijs. Hæc allegatio intelligitur secundum responsionem aduersæ partis. ĩ. eo. §. ex parte & poterat esse ratio: quia cõstitutiones sũt pœnales: & sic ex se odiosæ: priuilegia gratiosa, & sic fauorabilia. ad hoc ĩ. de reg. iur. odiosa. sed licet hoc probabile videatur secundum prædictum §. debet intelligi.

ADDITIO. Dicũt Inno. & Host. ꝙ hæc ratio, scilicet: quia constitutiones sunt pœnales: non est perpetua. declarat Ioan. Mo. quia in multis consti-

e ¶ Speciale.] quasi secundum intentionem allegãtis littera pro D. directa priuilegium est censenda: & sic nõ requiratur episcientia: sed nõ ẽ ita vt sequitur. Io. And.

f ¶ Absentem.] contumaciter. aliàs contra. 3. q. 9. per totum.

ADDITIO. s. de maio. & obedien. inter quattuor. Archid. remittit 3. q. 9. in sum. de dolo & contumac. veritatis. in antiq. Io. And.

g ¶ Depositionis.] idem in inhibitione, suspensione, vel excõmunicatione videtur, ad hoc de dolo & contuma. cap. veritatis. in fine.

h ¶ Non valebat.] hoc verum esset, si de certa præbenda vel dignitate mandatũ fuisset: vel in casu isto post acceptationem, & hoc non aduertit allegator. Ioannes Andreæ.

i ¶ Vim suã habent.] priuilegium enim datũ alicui statim vim suam habet cum peruenerit ad illum cui conceditur. ad hoc facit lex dicens, quòd si scripsi seruo meo, vt in libertate moretur; non statim liber est: sed tunc cum littera ad ipsum peruenerit. ff. de acqui. pos. l. qui absenti seruo. in princip. † Sed non sic cum datur alicui potestas conferendi præbendam, vt ĩ. versicu. non sic autem, &c.

† al. ita: ex hoc. n. euidẽter apparet alijs excõmunicãdi eũ adeptam. &c.

† Host. dat hic aliud simile. ꝙ vide not. de p̃ben. accedens. ad fin. glo. Io. And.

K ¶ Certam.] expressam vel non expressam: puta primam, quæ vacauerit.

ADDITIO. Quæ dicitur certa pro tanto, quia refertur ad vnicam: vere tamen prius est incerta.

l ¶ Incertam.] sicut cum dicitur, præbendam conferas, quam duxerit acceptãdam,

m ¶ Adimatur.] s. de præb. dilectus 2.

cauerit talem potestatem fore sibi concessam, vacuum decernat & irritum [a], si secus de ipsa prę sumat. Quia [b] cum illi non amplior detur potestas, quàm ipse Romanus Pontifex habeat in hac parte, sicut per eam quā obtinet ipse Romanus Pontifex, facultas conferendi beneficium vel prębendam (nisi suam insinuet voluntatem) alicui non aufertur, similiter & per eam, quæ taliter illi [c] ab ipso [d] conceditur ei, ad quem ipsius præbendæ spectat collatio, priusquam insinuet ille sibi q̄d eam velit concedere, vel etiam conferat (si forte vacet) potestas non tollitur conferendi: nisi forsan quòd ipsam conferre nō possit, exprimatur in concessione huiusmodi potestatis: tunc enim licet talem concessionem fortassis ignoret: sua tamen collatio, si postmodum præbendam ipsam conferat, nihil valet: cum satis super hoc concedentis intentio agnoscatur: sicut cū indulgetur alicui, q̄d excommunicari non valeat, vt in superiorib est præmissum. ¶ Subiunctum [e] etiā extitit, quòd cum memorato Priori p̄ præfatas litteras mandassemus, vt memorato D. præbendam vel dignitatem sine cura, quam acceptandam duceret, si vacaret, tunc, vel quam primo vacare contingeret in

ecelesia prædicta conferret, idem Prior prouidendi ei de præbenda vel dignitate ipsa (nisi post [f] acceptationem ipsius) † non habebat aliquam potestatem. Vnde cū sæpedicta præpositura fuerit tibi (antequam illam idem D. acceptaret [g],) præfati episcopi auctoritate collata, huiusmodi collatio talis [h] mandati nostri prætextu (etiam si prius illud episcopus ipse sciuisset) non poterat vacuari. Nostrum autem in hac parte decretum ad præbendam seu dignitatem, quam prædictus D. acceptaret, referri [i] debebat: alioquin super incerto fuisset editum, nec aliquē astrinxisset [k]. ¶ Sed extitit ex aduerso [l] responsum, quòd & si † præfatus Prior iam dicto D. præbendam vel dignitatem huiusmodi cum vacaret, ante huiusmodi acceptationem cōferre nequiret: idem tamen D. præbendam vel dignitatem talem licite posset & libere acceptare: quare prædictus episcopus præfatam præposituram (cum non prius eum requisierit, an acceptare vellet eandē) cuiquam conferre non potuit: quinimo ipsius collatio (cum idem D. præposituram ipsam postmodū acceptauerit) irritari debebat, & concessio per iam dictum archipresbyterū [m] sibi facta debet stabilis permanere.

Executor habēs potestatē cōferrendi, pōt interdicere ei ad quem aliàs de iure ptinet conferre.

a ¶ Et irritum.] nota q̄ executor qui habet potestatē conferrendi, potest interdicere collationem ei ad quē pertinet de iure, & reseruare sibi collationē, & decernere irritum quod postea fieret, sicut & legatus. de iure patr. cū dilectus. & not. de hoc, de præben. c. vlt. & sic habes hic tres casus. in quibus præbenda afficitur. de his videbis j. eo si capitulo. & c. si soli. Ioan. And.

ADDITIO. Quòd possit executor talis sibi reseruare, & decernere, &c. not. Innoc. qui dicit satis hic patere, q̄ executor suspē dit ordinarium à collatione beneficij. Sed Hostiensis intelligit hæc verba quando in rescripto est clausula: decernentes, &c. s̄. de præbend. inter. & refert quod alij generaliter intelligūt. & Archid. dicit opinionē Hostien. confundi. j. eo si soli. Ioan. And.

b ¶ Quia cum illi.] optima responsio, & secundum Innoc. Papa enim præbendas omnes & dignitates conferre potest. s̄. de præben. c. 2. & tamen illi ad quos collatio spectat, possunt illas conferre: nisi Papa prius insinuet illi q̄ non conferant, cū decreto, sic per talē potestatem datam executori non aufertur ei ad quem pertinet conferendi potestas, nisi in litteris id dicatur: scilicet q̄ conferre non possit.

c ¶ Illi.] executori.

d ¶ Ab ipso.] Romano Pontifice. Io. And.

e ¶ Subiunctum.] p̄ parte ipsius Andreæ, cui scribitur.

f ¶ Post acceptationem.] intelligitur autem acceptare petendo per executorem suum sibi conferri beneficium, quod poterat acceptare: vel recipiendo illud sibi præsenti collatum, vt in cle. eo. tit. cum ei quē 3. responso.

Acceptare dr̄ quis beneficiū eo ipso q̄ petit illud sibi conferri.

g ¶ Acceptaret.] no. quòd quando scribitur sub hac forma; quam duxerit accetandam: decernentes irritum & inane, executor tunc ante illā acceptationē nil potest facere: & si fecerit, non valebit tamquam super incerto prolatum. argum ff. quòd cuiusque vniuer. l. item eorum. §. 1. Si vero Papa mandet alicui prouideri de præbenda, quam duxerit acceptandam, sine clausula illa, decernentes: tunc tenebit collatio illius, ad quem de iure pertinet, antequā ei nuntietur [r] de acceptatione, Si autem Papa mandat alicui prouideri de prębenda, quam acceptauerit, cum clausula; decernentes: tunc acceptatione facta, statim executor interponit auctoritatem suā, prohibendo ne contra p̄hibitionem suā aliquid disponatur de illa præbenda, decernendo irritum & inane quicquid postea duxerit faciendum: cum hoc per illam formam sic ei sit cōcessum: nec valebit prouisio tunc facta ab eo, ad quem pertinet illius præbendę collatio, etiam ignorante huiusmodi acceptationem & decretum. Ber.

r Facit (inquit Phi) s̄. de appe. cap. sup eo. 2. Font.

† Do. not. hic, q̄ executoris ad cōferēdū beneficiū, q̄ impetrās duxerit acceptandū, inhibitio, intimatio, collatio ante tp̄e vacationis nō ligat ordinariū: q̄a pōtas in euentum conditionis, non exercetur ante purificatam ↄditionē. facit ca. si pro re. s̄ eo. de rescripi. Fō.

h ¶ Talis.] scilicet quam duxerit acceptandam.

i ¶ Referri.] licet igitur dicat̄ in litteris; decernētes, &c. nihil operat̄ decretū priusquā fiat acceptatio: aliàs decretū esset sup̄ incerto: p̄ut sequit̄: Papa enim non vult q̄ statim assumat illud decretū suū vigorem: sed tunc cū acceptauerit, valet: etiam si ille ad quem pertinet collatio, ignorauerit acceptationem: q̄a tunc decretū sumit vigorē, & ligat ignorātes, vt hic; & s̄. de p̄b. eo. lib. dudum: Secus enim est in casu vel decreto, quod p̄hibet aliq̄d fieri: & q̄ ↄ factū fuerit, cassat: q̄a statim ligat. 35. q. 3. ↄdicimus. & s̄. d̄ elect. q̄a p̄p. vers. aliter, & q̄n non apponitur clausula illa; decernentes, sæpe locū habet regula illa. Multa fieri p̄hibent̄, facta tn̄ tenent. de regul. ad Apostolicam, in antiq. s̄m Ber.

† Not. casū modū allegādi: videlicet, vt loquat̄ conditionaliter, q̄ si sic esset tn̄, &c. Et hoc ē casū ne videatur fateri intentionē aduersarij. ad hoc de verb. sig. c. abbate. §. ad hoc. & s̄. de ex cep. cū ve nerabilis. secundū Hos. & Io. Andr.

k ¶ Astrinxisset] cō cor. cle. eo. tit. cum ei quem. 2. responso.

l ¶ Ex aduerso.] ex parte Draconis.

m ¶ Archipresbyterū] cui Prior q̄ erāt executor Draconis cōmiserat collationē p̄positurę, vt patet in integra. & dixi in prin.

ADDI-

ADDITIO. Alij dicunt, ꝙ ille Prior factus erat archipresbyter: & sic erat eadem persona quæ prior: per hoc ius non variatur: tamen ex integra patet contrarium. Ioan. And.

a ❡ Legatur.] ponit tenorem legis, ff. de optio. leg. si cum optio. Ioan. And.

ADDITIO. Dicit Host ꝙ fortis est allegatio, quę locum hēt, siue homo indistincte legatus sit, siue pluriū data sit optio: q̄a singuli sub cōditione videtur legati. ff. qui & à quibus. l. 3. arg. ff. de pecul. leg. cum dn̄s. §. fi. ff. de optio. leg. si tibi. § fi. & l. si optio. & si lapsi sint anni xx. vr̄ ꝙ optare possit: & ꝙ beneficium ei debeatur. Arg. expressum ff. de cond. & demonst. l. fin. Ioan. And.

b ❡ Elegerit.] not. ꝙ in legato generis data optione eligēdi speciem, non potest fieri alienatio alicuius speciei ante electionem legatarii.

c ❡ Ceditque ille.] s. seru' manumissus vel alienatus, antequam legatarius elegerit. legatarius ergo poterit illum seruū manumissum, vel alienatū vendicare si voluerit: forsitam seruus ille aliis seruis melior erat, & hæres legatario electionē auferre nō potuit. Eodem mō videbatur quòd ep̄s nō potuerit auferre electionē isti Draconi: & sic collatio archipresbyteri valere debebat: hoc itēdit hæc allegatio: sed nō ē vera. Ber.

d ❡ In vltimis voluntatibus.] cōis responsio aduocatorum nostri tp̄is ad leges Infortiati, spāle in vltimis voluntatibus. Sed dicant quare? Vnde admirando dicebat Host Domine dominus noster, & cetera. Si in vltimis voluntatibus hoc locum habeat, multo fortius in beneficiis, in quibus est adhuc plenior interpretatio facienda, supra de dona. cū dilecti. Sed non aduertit, ꝙ ista non sunt talia beneficia, quę sic large sunt interpretanda, vt notauerat de elect. dudum. & habes sup de præben. eo. lib. quamuis 1.

ADDITIO. Host. qui dicebat in beneficiis pleniorem interpretationem faciēdam, addebat, ꝙ princeps non debet in facto suo fraudem aliquam adhibere. s. de donatio. per tuas. nec aliquem propter beneficium suum decipere. C. de iis qui ve. æta. l. 1 nec aliud iniicere laqueum 27 q. 1. de viduis 2. nec verbum suum variare. 23. dist. psalmista. Nec primo impetrāti præiudicare, vt̄ no de rescrip. c. 1. & c litteris, de iure patr. cum autē. in fin Et dicit quod nescit si prædictis omnibus consideratis, ipse pro nepote suo iudicasset. Honeste, & iuste hoc tenuisset, si ponderasset quod ipse no. in prin. suæ summæ. Ioan. And.

Sicut cum legatur [a] alicui vnus ex seruis, quem elegerit [b], vel optauerit, & hæres ante optionem, vel electionem illius manumittit aliquem, vel alienat ex illis: profecto manumisso vel alienatio irritatur, ceditque ille [c] legato, si legatarius eū duxerit eligendum. ❡ Econtra verò ꝓ parte tua propositum extitit, quòd id in vltimis [d] volūtatib. tenet: nec præmissa in legatis futuris [e], quemadmodum in extantibus habēt locum: quia nec etiam ad optandum seu eligēdum ex illis [f], sicut ex istis potest terminus assignari. Et grauis inesset conditio, quoddāque incongruū [g] videretur, si quando mandaretur alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua prouincia, quam primo illud vacare contingeret, prouideri: oportet ipsum † in singulis beneficijs postmodum inibi vacantibus (prorogata non absque periculo [h] forsitan ipsorū collatione †) requiri: vnde cum sæpe præfato Priori fuisset iniunctum, vt dicto D. præbendam vel dignitatem, quam acceptandam duceret, si vacaret in ecclesia memorata, vel quam cito contingeret eam vacare, sibi auctoritate Apostolica conferret, & ita eidem D. circa futuras, siue vacaturas præbendas vel dignitates tales [i] ipsius ecclesiæ optio data esset, non poterat per hoc memorati episcopi in illis quādo vacarent, collatio impediri, nisi forsan cum aliquam ex eis vacare contingeret, illam ipse D. (priusquam eam cōferret episcopus) acceptaret [k]: vel etiam nisi ante vacationē alicuius ipsarum vacaturarū ex his primam, vel ea omissa, ex aliqua causa [l] vlteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatam conferre postmodum episcopus non valeret. ❡ Nos itaq; tam tuis, quàm præfati D. rōnibus

† al. ita: oportet eum.

† Hic no Phi. ꝙ ordinarius, cui mādatur cōferre bñficiū Titio q̄d duxerit acceptandum: pōt beneficiū ante acceptationē alteri cōferre, nisi i litteris esset terminus Titio p̄fix' ad eligendum. cle. 1. §. secus inf. eod. Fonta.

e ❡ Legatis futuris.] vt lego Titio vnum fœtum nasciturum de grege, quem eligere voluerit, & fuit huius mādati forma similis huic legato: dum dicit, quæ primo vacauerit, q̄ duxerit acceptandum. Legatum de p̄senti est, lego tibi vnū de seruis meis, quē elegeris, in his à tp̄e aditæ hæreditatis intelligat̄ rei legatæ dominium fuisse legatarii: vnde nec seruum legatum sub conditione hæres manumittendo facit liberum. ff. de manumiss. seruum.

Legatum est & de futuro & d̄ p̄senti.

ADDITIO. ff. qui & à quibus. l. cum is & vide quod dixi su per glos post. & quod ibi dixi in text. Ioan. And.

f ❡ Illis.] Legatis de futuro: ibi non potest ad eligēdū terminus assignari vt sequitur: Sed in legatis de præsenti bene assignatur termin' legatario ad eligēdum. Assignabit enim sibi prætor terminū, vt eligat: quod si non fecerit, hæres poterit seruos vēdere ff. de optio. lega. l. mācipiorum, & l. si tibi. in prin. & l. si optio. §. vlt. ad hoc facit de restit. spol. frequens. s. eo. lib.

Legata d̄ futuro, & de p̄senti differunt.

ADDITIO. Facit sup eo. si pluribus. & c. si tibi, & supra eod. lib. de consue. cap. fi. Ioan. And.

g ❡ Incongruum.] s. eo. executor.

h ❡ Periculo.] In beneficiis ergo lęditur respublica: in legatis priuata: in quib. & testator quam vult legem sine alicuius iniuria pōt imponere. C. de sacro. sanct. eccle. l. 1.

i ❡ Tales.] scilicet sine cura.

k ❡ Acceptaret.] Not. ꝙ ille pro quo scribitur sub hac forma, potest acceptādo sine præsentia & collatione executoris impedire collationem ep̄i: quod verum est, si est ibi clausula, decernētes, &c: vt superius dictū est. Sit ergo vigil. ille pro quo sic scribit̄, vt ordinariū in acceptando præueniat. Ad idē inf. eo. ne captandę, in fi. & ff. de iis quæ in frau. cre. l. pupillus. in fi.

ADDITIO. Quod possit impediri collatio ep̄i acceptando sine præsentia & collatione executoris: tenēt Inn. Io. Mo. & Arc. adhiberi tñ dēnt testes idonei: f̄m Host. alleg. de offi. ord. pastoralis in fi. melius facit de sent. excom. sacro. in princ. in anti. Sed Cōpost. vr̄ velle, ꝙ coram executore facienda sit acceptatio. s. de rescri capitulum. in gl magna. ad fi. versi. quid si litterę: & vers. seq. Sed vt dicit Arch. hoc non est iure cautū, immo contrarium hic apparet: cum sic indistincte loquatur, non dicendo coram quo acceptet. Ioan. And.

l ❡ Causa.] ergo sine causa non potest, vt dixi s. eo. ne captandæ. & vna acceptata non poterit aliam acceptare. ff. de opt. leg l. apud Aufidium. nisi fuisset deceptus

vt quia debeatur alij, & ignorabat: vel pro dignitate simplex beneficium acceptauit.
ADDITIO. Idem no. Inno. & Host. post eum. alleg. ff. de opti, lega. l. 2. & s. de psum. quia verisimile vide quod no. supra de elect. causam; & quod scripsi. s. eod. lib. de rescrip. cum in multis. super vlti. glo. quod dicam infra eo. ne captandæ. ad finē. Ioan. And.
a ¶ Nouimus.] ipsum ergo mouit iustitia, non carnalitas; & est hoc contra quosdam hypocritas, qui vt videantur iusti, pronuntiant contra suos.
ADDITIO. Vt dicit Hostiensis de quodam Parisiensi scholari, qui reuersus ad patriam, pronunciabat contra suos iustas causas fouentes pro extraneis, vt iustissimus videretur. Ioan. And.
b ¶ Curauimus.] quia collatio tibi facta præuenit acceptationem Draconis. Ioan. And.

† al. ita: memorato D. sup ea, &c.

† Vide 9 ciliū Trident. sessio. 24. de refor. c. 19

plenius intellectis: quia sæpe dictam præposituram ad te nouimus [a] pertinere, ipsam tibi (habito fratrum nostrorum cōsilio) adiudicare curauimus [b]: ipsi † D. super ea perpetuum silentium imponentes.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Omnis promissio per quam datur via ad beneficia vacatura, est reprobata. Ioan. An.

CAP. II.

Detestanda [c] † iniquorum peruersitas abstinere nesciens à vetitis, nec gaudere debito modo concessis [d], digne plerunque officium excitat præsidentis, ad ea, quæ iusta fuerant consideratione concessa (cum in abusum ea vergere circunspicit) discretione præuia reuocanda [e]. ¶ Sane licet olim fuerit canonica constitutione decretum [f], quòd † hi, qui promittunt aliquibus de beneficijs ecclesiasticis cum poterunt, vel cum facultas [g] se obtulerit, prouidere, promissiones suas (facultate se offerente) debeant adimplere: quia tamen

† al. vt hi.

DEtestanda.] Primo ponit fm Io. Monac. arengam vel exordium: Secūdo ius antiquum, & sequelam ipsius: ibi, Sane. Tertio illud reuocat: ibi, Nos.
¶ Præsupponendum est illud quod habetur in ca. accedens. eo. tit. in antiq. videlicet φ licet non valeat promissio ista, promitto tibi beneficium cum vacabit: vel promitto tibi bnficium vacaturum per mortem: valet tn̄ ista promissio, promitto tibi de beneficio prouidere, cum facultas se obtinerit: quia non est tantum votum mortis alterius captandæ sicut in prima promissione: nam multis alijs modis quàm per mortem possunt beneficia vacare: puta cum facultates alicuius ecclesiæ sunt augmentatæ: iuxta c. cum M. Ferrariensis. de const. in antiq. ideo emanauit præsens capitulū ad declarationem illius capituli, accedens.
CASVS. Episcopus Pictauēsis ad quem spectat collatio præbendarū ecclesiæ Pictauensis, promisit mihi assignare prębēdam cum vacaret: vtrum ista promissio sit obligatoria, ita φ possim agere 9 Episcopum Pictauen. ad suam promissionem: & si non adimpleuerit, teneatur mihi ad damna & interesse, si pp hoc feci aliquas expensas? Respondet Romanus pontifex, φ illa promissio non est obligatoria. Sed ponamus φ eps Pictauen. fecit mihi promissionē sub ista forma: Promitto tibi conferre beneficium cum primum facultas se obtulerit; nunquid valet ista promissio? Rn̄det quòd olim valebat ista pmissio: & virtute illius poterat agi contra promittentem ad damna & interesse: sed hodie non valet, ne detur occasio machinandi in mortē proximi: nec virtute illius potest agi. Not. primo ex hoc textu, quòd abusus est iusta causa cassandi illa q̄ aliàs iusta erant. Nā propter abusum multotiens princeps cassat priuilegia concessa aliquibus. Et in hoc fundant se iustitiarij huius regni: qui nolunt permittere scholares huius vniuersitatis gaudere priuilegijs nobis concessis. Not principalem effectum huius ca. φ beneficium vacaturum non potest promitti sub quacunque forma verborum. Nota quod promissio continens turpitudinem, non est obligatoria: & sic promissio beneficij vacaturi nō est obligatoria: vt qui inuitat aliquem ad machinandum in mortem proximi: immo censetur promissio ista impossibilis impossibilitate iuris. No. id quod est prohibitum directe, nō potest promitti per obliquum. vtrum per istud c. sit correctū c. relatum, de præb. in ant. Rn̄det. gl. & bene, φ nō: immo receptus in canonicum pōt licite petere præbendā ex vi canonicatus: sed non ex vi promissionis. Sed qd si conferatur præbenda alij: vtrum teneat collatio? Respondeo φ sic: sed tamen iste in canonicum receptus potest agere cō tra capitulum, vt sibi prouideat de redditibus cōibus, donec fuerit sibi prouisum de aliqua præbenda, licet hoc non sit iure cautum: tamen doctores communiter insequū tur Inno. qui hoc no. in titu. de maiori. & obed. in antiq. Nota vlterius, quòd importunitas petentium inducit hominem ad cōcedendum id quod non concessisset. concor. sunt in glos. No. finaliter quòd extorqueri dicitur illud, φ obtinetur per importunitatem verborum. Dominicus.

[Prima gl. summat, & dicit quid corrigit, & declarat.]
c ¶ Detestanda.] Omis promissio, per quam datur via ad beneficia vacatura est reprobata. Emanauit hæc decretal. ad correctionem decretal. sup. eo. accedens, & declarationem & approbationem eorum, quæ ibi tangebant Innocentius & Hostiensis.
ADDITIO. Et exponit Arch. detestanda, id est, abominanda, & execranda. Sic etiam sumitur sup. de fil. presbyt. ex transmissa. in fi. & sup. de sepul. c. 1. in fi. & sup. qui fil. sint. leg. per venerabilem. in fi. Alibi sumitur pro denuntiatione. ff de verb. sig. subsignatum. §. detestari. & l. seq. quæ dicit, quod detestatio est denūtiatio facta cum testatione. Ioan. And.
d ¶ Cōcessis.] Fuerūt hæc verba sumpta de canone 47. di. virū catholicum. ibi dicit, mēs auida potentiæ nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere cōcessis, nec adhibere pietati cōsensum. nam, & (vt dicit canon) mēs cupiditati alligata cito deuiat à vero 83. dist. nihil. & 96. di. bene quidem. & alibi, Omnium malorum radix est cupiditas 47. di. bonorum. de pœni. di. 2. quia radix. ad hoc de const. nam concupiscentiam.
e ¶ Reuocanda.] ad hoc optime 63. dist. §. verum. sup. de cōsang. & affi. non debet, de deci. suggestum, vbi & priuilegium reuocatur cum tēdit ad noxam 1 [& 12. q. 1. certe. sup eo lib de rescrip. statutum, in prin.]
f ¶ Decretum.] sup. eo tit. accedens.
[Glo. seq ponit dictum Host. quod improbat.]
g ¶ Facultas.] antiquis iurib. generalior visa fuit hæc forma, quàm illa cum vacbit: quia multis casibus potest se facultas offerre, quod non est mors canonici expectanda: sed vt dicebat Hostien. in decre. accedēs. etiam potest beneficium propter mortem vacare: puta renunciatione, depositione, præbendarum diuisione, & similibus modis: vnde vtrobique videbatur mala intentio esse posse, vnde voluit dicere quòd voluntas ibi erat pro ratione: sed hæc littera supra posita, iusta fuerunt cōsideratione, & c. dicit contrarium: vnde oportet dici, quod ratione generalitatis licebat olim, quod specialiter & expresse nō licebat. ad hoc de offi. ordi. si sacerdos. in antiq. & quod ibi no. & 23. distin. quamquam & infra cap. proxi.

† Vide notata in c. qd pnonale. ex d ver. sig.

a ¶ Ex-

(ſicut experiētia [a] docuit) per promiſſiones huiuſmodi, quæ per importunitatem nimiam (per quam non concedenda multotiēs cōceduntur [b]) & per ambitionem improbam vt plurimū extorquentur, aperitur via ſub tali palliatione verborum, ad promittenda damnabiliter † contra Lateranenſe [c] concilium beneficia vacatura; mortis alienæ votum ingeritur, & eccleſijs, ac prælatis, & perſonis eccleſiaſticis grauamina plurima inferuntur. Nos malis huiuſmodi & animarum periculis occurrere cupientes, promiſſiones eaſdem & alias quaſcumque ſub quouis modo, aut forma [d] verborū decętero [e] faciendas, per quas directe vel indirecte [f] aperiri via valeat ad beneficia vacatura, auctoritate Apoſtolica penitus reprobamus & omnino viribus vacuamus: decernentes per eas [g], vel ipſarum aliquā ad prouidēdū alicui nullum deinceps quomodo libet obligari.

¶ Idem.

¶ *Habens litteras Apoſtolicæ ſedis ſuper primo beneficio, dignitate, uel præbenda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non poteſt: ſed primum quod uacabit, uel ex cauſa ſecundum, uel ulterius poterit acceptare. reſeruationes, proceſſus & decreta contra hoc facta non ualent. Ioan. And.*

CAP. III.

NE CAPTAN-

a ¶ Experiētia.] quæ eſt efficax magiſtra rerū. de elec. quàm ſit. ſ. eo. lib. cum ſuis concordantijs.

ADDITIO. Et 50. diſt. vt cōſtitueretur. & ſ. eo. lib. de reſcrip ſtatutum in principio. Ioan. And.

b ¶ Cōcedūtur.] ſupra de reſcrip. c. vlt. eo. lib. & ſ. de pur. cano. cum in iuuētute. ī. de relig. do ca. 2. C. de peti. bono. ſub. l. 1. lib. 10. & eſt ibi importunitas ambitioſa, & non ambitioſa, vt dixi de reſcri. cap. vlti.

c ¶ Lateranenſe.] ſ. eo. cap 2.

d ¶ Forma verborū.] puta, cum in genere promittitur eccleſiaſticum beneficium, vt notatur ſupra eo. accedens.

e ¶ De cætero.] ad prętęrita 1 ergo non extenditur hęc conſtitutio: tum quia non eſt iuris veteris declaratio, immo correctio; tum quia de præteritis non cauetur in ea. ad hoc ſupra eod. lib. de cōſue. ca. 1. de off. leg. c. penulti. ad fi. ad hoc 32. q. 4. dixit Sara. de conſtitu. cap. 2. in antiq.

[Gloſſa ſequēs quęrit, & diſtinguendo ſoluit.]

f ¶ Indirecte.] nunquid omnia indiſtincte reuocata dicētur, per quę via paretur ad vacaturas. ſicut receptiones canonicorum: & ſic ſit reuocata decre. ſupra, de præben. relatum. de cōceſ. præben. cum ſuper. & reſeruationes. de iure pat cum dilectus? Dico 2 ꝙ non. Vnde breuiter dic, quòd aut recipiť quis in canonicum ſimpliciter: aut recipitur & promittitur ſibi de pbēda cū ſe facultas obtulerit prouideri: aut non recipitur, ſed ſolū promittitur ſibi de præbenda prouideri, cum primo vacabit: aut promittitur prouideri de præbenda cum primo ſe facultas obtulerit: vel cum poterit, vel ſimpliciter. Primo caſu valet receptio: ex cuius virtute debet habere præbendā 3. Quod eſt verum niſi ſit ibi expectans auctoritate Papæ, ſupra eodem lib. de præben hi qui. In ſecundo caſu etiam debet habere præbendam non ex virtute promiſſionis, ſed ex virtute receptionis: & ſic intelligantur contraria, relatum. & cum ſuper. In tertio caſu, ſcilicet cum non recipitur: ſed ſimpliciter prouideri promittitur de præbēda cū vacabit non tenet promiſſio, vt ſupra eodem, ex tenore. & cap. 2. Si vero non recipitur, ſed promittitur prouideri de præbenda cum poterit: promittens ſecundū iura antiqua obligatus erat: ſecundum hæc noua nō: vt hic vides. Et quòd per hoc verbum indirecte, nō ſit reuocata expectantium receptorum prouiſio, probať ex eo, quia vitanda eſt quantum fieri poteſt iuriū correctio. ſupra eo. lib. de elect. cum expediat cū ſuis cōcordantijs. hic autem nil de expectantibus, ſed ſolū de promiſſionibus dicitur: quod etiam quadruplicatū eſt in textu. & ſic hoc ius correctoriū nō dilatemus. Secundo, quia hodie videmus confirmationes receptionū emanare à curia ſicut olim: licet à quibuſdā audiuerim quòd tales confirmationes non concedit cancellaria per formam iuſtitiæ: niſi eas Papa cōcedat per formam gratiæ. Sed certe his rationibus & p formam iuſtitiæ ſaltem iudices cōcedi deberent, ſcilicet cum clauſula: ne inane canonici, &c. [Vide quod dixi poſt Ioan. Mona. ſupra eo. lib. de præb. ſi Apoſtolicæ, ſuper glo. non in forma. Ioan. And.] Tertio, quia eadem ratione requiretur reſeruationes legatorum ſublatas. qđ eſt falſum. ſupra eod. libro de offi. lega. cap. 3. & 4. Concludo ergo breuiter, vbi ex ſola promiſſione quis expectat, non valet promiſſio, vt hic: ſed vbi ex receptione vel reſeruatione, ſecus: vt ī prædictis iurib. quia caſus illos non tāgit hæc decretalis.

g ¶ Eis.] ſcilicet promiſſiones.

NE captandę.] Pręmittit conſtitutionis cauſam: Secundo ſubdit conſtitutionem: ibi, Declarandū: in qua ponit thema, de quo ſoluit duo dubia affirmatiue: & tertium negatiue. Primum: ibi, Licet. Secūdum: ibi, Aut. Tertiū: ibi, Certū. Quartum pſequitur: ibi, Quod ſi. Ioan. And.

CASVS. Dictum fui ſupra eod. in cap. quia cunctis, ꝙ quando Papa mandat prouideri de beneficio, quod ille pro quo ſcribit duxerit acceptādum, executor datus non recipit poteſtatem conferendi illud beneficium niſi facta acceptatione: ſed vtrū poſſit acceptare certum beneficium antequā vacet dicēdo, Ego accepto talem propoſituram, vel talem præbendā: & intendo illam habere virtute gratiæ mihi factę? Rūdet quòd non: & ſic iſtud capitulum venit ad limitationē illius capituli, quia cunctis. in §. penult. in fin. Verumtamen dicit Papa, quòd ipſe poſſet iſto modo facere acceptationem: Accepto beneficium qđ primo vacabit: vel quod ſecundo, vel tertio loco vacabit. & hoc verum, quando ſubeſt iuſta cauſa ne acceptet bñficiū, quod primo vacabit. Nota primo limitationem ad cap. quia cunctis. ſupra, eo. tit. & lib. ꝙ illud capitulum intelligitur, qñ ille pro quo Papa ſcribit, vult acceptare in genere: quia non poſſet acceptare certū beneficium: vt hic dicitur: quod ſi acceptauerit certū beneficium, quod talis tenet: tunc caſſantur & annihilantur omnes proceſſus inde facti: verumtamen ſi acceptet certū beneficium, & poſtea vacet illud, poterit petere non virtute acceptationis, ſed virtute gratię ſibi factæ.

Nota ꝙ multa licēt in genere, quæ nō licent in ſpecie. Nota vlterius vnum caſum, in quo excōmunicatio eſt nulla ipſo iure: uidelicet ſi meus executor pmulgauit excōicationem poſt meam acceptationem de certo beneficio vacaturo: Nam ex quo acceptatio mea eſt nulla ipſo iure, non ualent proceſſus inde ſecuti: & p conſequens nō ualet excōmunicatio. Not. quòd quando Papa ſcribit ut ta i prouideatur de beneficio, quod duxerit acceptandum: manus ordinarij non ſunt ligatæ ante acceptationem.

Nota quod ille pro quo ſcribitur, debet acceptare primum

† No. ꝙ ſ ueniēs iuri, peccat gl. đ pęn. di. 1. i ſūma. imo incurrit notā infamiæ. c. illud. đ maiorit. & obed. Bar. in l. ſi qs p e. ff. de fideiuſ. ui de gl. ī c. 1. đ ſcrut. ī or. faci. uide q̄ dixi ego in c. ppetuæ ſ. de elec. Fonta.

1 De materia huiꝰ gloſſæ ui de glo. & doctores ī c. licet canō. uerbo decetero. ſ. de elect. hoc eodē li. & Bartolū & doctores ī l. ita ſtipulatꝰ ff đ uerb. oblig.

2 Idē Arch. & quo ad reſeruationes. idē I. Mo. Io. And.

3 Nō ītelligas ꝙ ita ſit debita, ꝙ ſit affecta: ut no. ī. e. ſi ſoli in gl. ulti. ultra medium. verſ. ut ſiq; I. An.

mam beneficium, & non secundũ, nisi subsit iusta causa. puta quia dubitatur an possit illud acceptare: & an sibi debeatur, vel non: tamẽ (vt dictum est) manus ordinarij sunt liberæ ante acceptationem. quòd verum est, nisi apponeretur ista clausula: præfigendo tibi terminum vnius mensis ad acceptãdum à tẽpore vacationis: inhibendo collatorib. & alijs quibuscũque, ꝙ pendente illo termino non conferant, decernentes id irritum, &c. Nota insuper, ꝙ per concessionem beneficiorum vacaturorum datur occasio & votum mortis alienę, & sic est hic text. pro dicto Goffr. supra eo. proposuit.

Nota finaliter, ꝙ expectans virtute sui rescripti, potest iterato acceptare beneficium quod primitus acceptauerat, si prima acceptatio fuit nulla. de quo supra eo. titu. & lib. cap. 1. circa fi. & de rescript. cum in multis. etiam eo. lib. Domi.

[Prima gloss. summat, dicit vnde sumpta, & quid declaret.]

a ¶ Ne captandæ.] Habens litteras Apostolicæ sedis super primo beneficio, dignitate, vel præbenda quod duxerit acceptandũ: certum acceptare nõ potest, sed primũ quod vacabit, vel ex causa secundũ, vel vlterius poterit acceptare. Reseruationes, processus, & decreta contra hoc facta non valent. Et fuit tracta hæc decre. de decre. extrauaganti. eod. tit. quę incipiebat: licet. aliàs, audiuimus. & ver. licet in genere, additus est. [Vt sciatur quid posset facere executor: vt dicit Archid. se habuisse à domino Bitteleñ. I. An.] Et emanauit hæc decre. ad declarationem decre. s. e. tit. & lib. quia cunctis. §. penult. in fi. & eorũ quæ ibi no. Inn. & Host. & quæ no. Compost. de rescrip. capitulum. versus fi. in §. item quæritur, qualiter fiat, & quãdo fiat acceptatio.

ADDITIO. Et ibi no. in ver. sequentibus Hic not. Archi. scilicet, ꝙ is pro quo scribitur cum priuilegio acceptãdi in prouincia: acceptare potest in certa diœcesi vel ecclesia, in qua Papa id facilius concessisset. Ioan. And.

b ¶ Tribuatur.] contra concilium Lateranense, & cõtra decre. proximam supra.

c ¶ Quem.] scilicet personatum: aliàs quàm, scilicet prębendam vel dignitatem. Ioan. And.

d ¶ Quod.] scilicet beneficium.

e ¶ Executoribus.] siue ad prouidendum, siue ad cõpellendum, non curo: licet aliàs distinguatur. infra cap. proxi.

† Ponit differẽtiã inter istas ppositiones in, & de. de qua re vide Bar. in l. 1 §. plures. ff. de exerci.

† Aliàs ita: q̃, seu ꝙ duxerit &c. q̃ varietatẽ et agnouit glo. hic.

† Phi. & Do. notãt ꝙ nõ valet actus fact' tpe prohibito licet cõferat in tps pmissũ. ficiũt no. in c. bonæ 2. s. de electio. rõ huius ẽ legis phibitio. de eo qui dux. in matr. quã pollu. c. 2. & in l. p fundũ ff. de seru rustico. pd. neq; diceas (ait Superãtius) sicut.

dæ [a] alienæ mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis Apostolicæ tribuatur [b]: Declarandum duximus, quòd is, cui ab eadem sede, vt ei prouideatur de præbenda, dignitate, vel personatu, aut alio beneficio in † aliqua prouincia, diœcesi, vel ecclesia, quem [c] † seu quod [d] duxerit acceptandum: certis sibi super hoc executoribus [e] deputatis gratia noscitur esse facta. Licet in genere [f] primum personatum, dignitatem, præbendam seu beneficium in eadem prouincia, diœcesi, vel ecclesia vacaturum: Aut secundũ seu vlterius (si rationabilis causa [g] subsit) valeat acceptare: Certum tamẽ & expressum priusquam vacet, acceptare non potest. ¶ Quod si fecerit, etiã si p executores eius secundum acceptationẽ huiusmodi facta fuerint reseruatio, inhibitio, varijque processus, ac sententiæ promulgatæ: tam acceptatio † ipsa, quàm processus virib. careãt [h], nec aliquam obtineant roboris firmitatem: immo nisi acceptator ille dignitatem, præbendam, personatum, seu beneficium taliter [i] acceptatum & reseruatum per collationem, vel institutionẽ postmodum factã de vacãti iam adeptus, vel ei ius in ipso [k] fuerit acquisitum: per eum, ad quem eiusdẽ personatus, dignitatis, præbendæ, aut beneficij collatio, seu prouisio pertinet, (dictis acceptatione, ac executorũ processibus inde secutis nequaquam obstantibus) de illo vacanti libere poterit alij prouideri [l].

¶ Idem.

¶ *Sine speciali mandato non inhibet executor generaliter collationem beneficiorum prouinciæ: specialiter vero reseruat primum, & inhibet vlteriorem non sine mandato: nec tunc tenet collatio contra facta. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. IIII.

EXECVta prouincia, non potest prælatis, ad quos beneficiorũ spectat collatio facere inhibitionem generalẽ donec fuerit prouisum illi, pro quo scribitur. Inhibitionẽ autem specialem facere potest de primo, secũdo, vel tertio beneficio vacaturo: & si fieret collatio ꝯ hmõi inhibitionem specialem, est nulla ipso iure. hoc dicit.

CASVS. Papa mandauit Decano ecclesiæ Pictauen. vt mihi puideret de beneficio qđ vacaret in prouincia Burdegaleñ. alioquin de beneficio proximo vacaturo: receptis litteris executor videt nullum beneficiũ vacare: vult inhibere archiepiscopo Burdegalẽsi, & quibuscunque alijs prælatis prouinciæ Burdegalẽsis, vt non conferant aliqua beneficia, donec de beneficio fuerit mihi prouisum: vtrum possit facere istam inhibitionem generalem? Respondet quòd non. Sed ponamus, quòd Papa sibi mandauit, vt mihi prouideret de beneficio quod duxerim acceptandum: acceptaui beneficium primo vel secundo loco vacaturũ; nunquid executor poterit reseruare illud beneficium, & inhibere prælatis prouincię Burdegalensis ne tale beneficiũ conferant? Respõdeo quòd sic. Et si plati fecerint

f ¶ In genere 1.] & sic licet in genere, quod nõ licet in specie: & interdum est ecõuerso. quod dic vt supra de offi. ord. si sacerdos. 23. dist. quamquam.

[Glo. seq. notat, quærit, & soluit.]

g ¶ Causa subsit.] No. ergo ꝙ ille pro quo scribit de præbenda acceptãda, potest primã acceptare: sed non vlteriorẽ, nisi ex causa, vt supra eo. tit. & lib. quia cunctis. circa fi. & ꝯ. c. proxi. Sed quæ potest esse causa: forte prima debetur alteri: vel dubitatur an debeatur? Ad hoc 23. q. 1. quid culpatur. ad fi.

ADDITIO. Idem hic Arch. & idem Inno. & Host. supra ca. 1. circa finem alleg. Ioan. And.

h ¶ Careant.] No. casum in quo sententia excõicationis non ligat alios, videbis ꝯ. de sen. excõ. præsenti.

i ¶ Taliter.] scilicet certum & expressum. vel secundum, vel vlteriorem sine causa. Ioan. And.

K ¶ In ipso.] sup hoc vide quod habuisti s. eo. lib. de præben. si is cui. & ca. seq. & ꝯ. eo. cap vlt.

l ¶ Prouideri.] nõ ergo necesse habet expectare. ꝙ ille acceptet: vel sibi terminũ ad hoc cõcedere, vt s. e. qa cũctis. §. penult.

EXecutor.] Primo ponit dictũ negatiuũ: & ipsius casũ exceptũ: ibi, Nisi. Secundo: ibi, Pót, ponit affirmatiuũ cũ suo decreto: ibi. Qđ aũt. Io. An.

¶ Executor deputat' sup alicuius prouisione facienda sibi in certa

do. Phi. de prin. act': qa bñficij acceptatio cẽset vnus & indiuiduus actus. Fõ.

1 Vide clemẽ. cũ ei. de cõcess. pb. & Rotã decisio 431. in nouis.

tor [a] † super prouisione alicuius à sede Apostolica, per generales litteras in aliqua prouincia [b] deputatus, prælatis & alijs, ad quos beneficiorum in eadem prouincia spectat collatio, ne ad prouisionem aliquorum procedant, donec illi, pro quo scribitur sit prouisum, nõ potest generaliter inhibere: Nisi expresse [c] in ipsis litteris facultas huiusmodi [d] inhibitionis concedatur. Potest tamen reseruationem, & eisdem inhibitionem facere specialem de primo: vel (si hoc illi ex beneficio competat litterarum) de secundo vel vlteriori beneficio inibi vacaturo, eidem clerico conferendo. Quod autem contra talem [e] reseruationem & inhibitionem ab eo, ad quem beneficij reseruati collatio pertinebat, fuerit attentatum, non tenet.

¶ Idem.

¶ Si mandetur capitulo vt me recipiant in canonicum, & præbendam conferant, cũ id pertineret ad eos, dato executore ad prouidendum, per solam præsentationem factam capitulo affecta est præbenda: & executor (negligente capitulo infra terminum per eum statutũ me recipere, & præbendam conferre) non vocato capitulo id exequi poterit. Ioan. And.

CAP. V.

SI capitulo [f] alicuius ecclesię cũ ad ipsũ cano

---

cerint aliquam collationem contra inhibitiones sibi factas, collatio ipso iure erit nulla. Nota primo principalem effectum huius capituli, ꝙ executor deputatus per litteras generales, vt prouideat alicui in aliqua ꝓuincia, non põt, ipse executor inhibere ꝑlatis gñaliter ne bñficia in prouincia vacantia cõferãt, sed bene spãliter. Sed vtrum sit idẽ dicendum in executore deputato ad prouidendum in aliqua ecclesia, vel in aliqua diœcesi, videlicet vt non possit facere inhibitionem gñalem? Rñdet glo. ꝙ tunc nõ habet locum istud capitulum. No. ꝙ executor deputatus potest bñficium primo vacaturum reseruare suæ collationi: & hæc reseruatio & inhibitio afficit bñficium, & ligat manus ordinarij, vt istud beneficium conferre non possit.

† Nota ꝙ executor datus ad ꝓuidendum, seu cõferẽdũ nõ põt reseruare, vel inhibere ĩ gñre, sed in specie sic: & rõnem ponit hic Io. An. & Innoc. in c. cũ dilectus. s̃. de iure patr. Francus.

[Prima gl. dicit vñ sumpta, q̃d additum, & quid declaret.]

a ¶ Executor.] fuit tracta hæc decretalis de extrauaganti, quæ incipiebat eod. tit. sicut ex parte. & §. potest tamen. additus fuit. Et emanuit ad declarationem eorum quæ proxi.

ADDITIO. Et eius quod not. Host. in sum. de præben. §. & à quo. ver. pen. & vlt. & eius quod not. Inno. & Host. s̃. de iure pat. cum dilectus. Et vide ꝙ scripsi post Compost. de rescrip. pastoralis super vlt. gl. an potestas executoris qui duas inhibitiones fecit in ꝓuincia, expiret per mortem Papæ. Ioan. And.

b ¶ Prouincia.] idẽ [1] putato de ciuitate, diœcesi, vel ecclesia ꝑ ꝑ eandẽ rõnem, ad hoc sup. eo. c. proxi. & ĩ. proxi. responso. Sed dic cõtra vt hoc verbum inferius etiam repetitum aliquid operetur: sup. de deci. ad audientiam. inf. de priuileg. si Papa §. 1. & in fi. ad idem sup. eo. tit. & lib. quia cunctis. §. pen. nec est eadem ratio: cum grauius sit totam prouinciã impediri, quàm diœcesim vel ecclesiam. 6. q. 3. scitore. ad hoc sup. eod. lib. de præben. quamuis. 1. & 2. responso.

1 Pro hac glo. vide q̃d plenissime hic tradit Ph. Francus.

c ¶ Expresse.] ratione ergo expressionis hoc tũc poterit, ad hoc sup. eo. lib. de offi. deleg. c. vlt. §. vices, & de procu. c. 1. & vlt. sup. eo. lib. Ioan. And.

d ¶ Huiusmodi.] scilicet generalis. de qua s̃ dixerat.

e ¶ Talem.] scilicet specialem: de qua dixit in proxi. responso: nam quod fieret cõtra generalem, valeret: cum illa non teneat, vt sup. dixit, ad hoc sup. c. proxi.

SI capitulo.] Hæc est notabilis decretalis & quotidie practicabilis. Primo ponit formã gratiæ: cuius duo sunt dubia: Primum, quando afficit. secundum, quod sit officium executoris. Primum soluit: ibi, Per solam, & solutionem exponit: ibi, Absque. Ad secundum respõdet: ibi, Immo. & incidens dubium soluit: ibi, Etiam fine. Ioan. And.

CASVS. Papa mandauit Decano & capitulo ecclesiæ Pictauen. ad quos pertinet collatio præbendarum, vt me reciperent in canonicum & fratrem: & præbendam (si qua vacaret) mihi assignarent, alioquin proximo vacaturam: dato mihi executore ad prouidẽdum negligente capitulo; Pręsentaui litteras meas Decano & capitulo Pictauẽ ecclesiæ: Insinuatione facta meus executor nõ notificauit potestatem suam, nec fecit reseruationem: nec etiam inhibitionem secundum cõmunem opinionem; licet glossa in hoc laboret: sed solum stetit in simplicibus denunciationib. meæ gratiæ: postea vacauerunt canonicat⁹ & præbẽda: Decanus & capitulum huiusmodi canonicatũ cũ præbenda cõtulerunt alteri: nunc requisiui decanũ & capitulũ, vt mihi prouiderent s̃m ꝙ eis mandatum fuerat: ipsi recusauerunt: meus executor illos monuit, vt mihi canonicatum & præbendã cõferrent: ipsi fuerunt negligentes: vtrum poterit meus executor mihi prouidere? Non est dubium ꝙ sic: nam per præsentationem fuit affectũ mihi beneficiũ & mihi debitum, ita ꝙ nõ potuit alteri cõferri: licet meus executor nullã fecerit reseruationem nec prohibitionem. Et adhuc nõ vacante ꝑbenda, poterit me⁹ executor monere Decanum & capitulũ ecclesiæ Pictauen. vt me recipiant in fratrẽ & canonicum: quod si recusent facere, poterit meus executor mihi cõferre canonicatum in ecclesia Pictauen. sub expectatione præbẽdæ: Et cum vacabit præbenda, poterit præbendam cõferre capitulo nõ monito: & hoc ideo, quia capitulum fuit cõtumax in prima monitione: ideo ius præsumit ꝙ adhuc esset cõtumax in secunda monitione; Nam qui semel malus: semper præsumitur malus, in eodẽ genere delicti. No. primo, ꝙ de iure spãli donatio præbendarum potest spectare ad capitulum sine epõ: & econtra. Sed quæritur ad quem de iure cõi pertinet? Communis opinio doctorum est, ꝙ ad epm̃ & capitulũ simul in ecclesia cathedrali: collatio vero aliorũ beneficiorum spectat ad epm̃: de consilio tamen sui capituli. De hoc latius per doctores in c. cum ecclesia Vulnerana. de elect. in antiq. Nota principalem effectum huius cap. quod per præsentationem factam ordinario est affectum beneficium comprehensum sub gratia, absque eo ꝙ executor insinuet suam potestatem: quod verum est, dummodo in gratia fiat mentio de potestate executoris. vt quia dicit; noueritis nos tali executori dedisse in mandatis, &c. Nota vlterius ex fine capituli, quòd si ordinarius cui scribitur vt ꝓuideat de canonicatu & præbenda, fuit contumax in prouidendo de canonicatu: postea vacante præbenda non est necessario monẽdus vt præbendam conferat: quia ius præsumit quod postquam semel fuit contumax, quod etiam sit contumax in assignatione præbendæ. Not. quod quandoque ad capitulum spectat collatio canonicatuum. Ad hoc sup eo. lib. de præb. c. fin.

[Prima glossa dicit quid declarat, quid reprobat & approbat, secundo summat.]

f ¶ Si capitulo.] hic determinatur decretalis s̃. eo proposuit, & corrigitur opinio glossæ ibi not. in glo. quæ

incipit:Inno. in fine. in qua glo. dicebat Ber. ꝙ Cælestinus illi fecit iniuriam: cum collatio præbendæ per capitulum sibi facta valeret: potuit tñ id facere de plenitudine ptãtis. Approbat aũt opinio Innocentij ibi notata: & quam ibi recitat Hostiensis, & opinio Pet. de Sam. & Abbat. qui posuerunt in illo ca. casum ẜm istud c. & Compostel. etiam dicebat hunc verum intellectum sup. de resc. capitulum. in glo. magna. vers. si vero ordinario. & hoc dicit decretalis hæc ĩ summa. Si mandetur capitulo, vt me recipiant in canonicum, & præbendam cõferant: cum id pertineret ad eos dato executore ad prouidendum per solam p̃sentationem factam capitulo, affecta est p̃benda: & executor (negligente capitulo infra terminum per eũ statutum me recipere, & præbendam conferre) non uocato capitulo id exequi poterit.

nicorum receptio, ac præbendarũ collatio pertinebat [a], vt te in canonicum reciperet, & tibi de præbenda (si tunc vacaret) inibi prouideret; vel cum se facultas offerret, ac executori, qui eodem capitulo negligente mandatum Apostolicum exequatur [b], directa fuerint scripta nostra: Per solam illorum [c] præsentationem capitulo [d] ipsi factam [e], absque alia etiam executoris insinuatione, inhibitione, seu reseruatione, beneficium, pro quo tibi conferendo [f] scriptum extiterat, adeo est affectum [g], quòd de illo alteri facta collatio non obtinet firmitatem [h]. ¶ Immo si capitulum infra terminum competentem [i] sibi ab executore præfixum, mandatum Apostolicum ei pro te directum, in quantum poterit [k] nõ duxerit adimplendum: extunc [l] in ipsum executorem potestas prouisionis huiusmodi transferatur: & executor ipse canonicatum incontinenti poterit tibi dare, ac præbendam (etiam sine alia capi-

[Glossæ duæ sequẽtes, & glos. secus, cum duabus sequentibus, & glos. penult. & vlt. possunt recitari per 7. contraria: & vnam quæstionem, quæ incidit secundo contrario gl. nota. quarta & sexta formant & soluunt tres quæstiones.]

a ¶ Pertinebat.] de speciali priuilegio, vel præscripta consuetudine. sup. de elect. cum in ecclesia. inf. tit. proxi. c. vnico. in princip. infra de reg. c. vlti. aliàs secus [supra de his quæ fiunt à præla. quanto. & c. ea noscitur. Ioan. And.

b ¶ Exequatur.] istud est quod soluit 9rietatem. ĩ. proxi. de decre. quia executor datus fuit ad prouidendũ: ibi ad compellendum tantum. Et si quæras quæ ibi sit ratio huius diuersi iuris: Sol. est in promptu 1: quia in primo casu cum dat Papa executorem ad prouidẽdũ, vr ad se, vel ad suum executorem prouisionem reuocare: & sic per consequens ordinario adimere, ad hoc de appell. vt nostrum. Sed vbi dat solum ad cõpellendum, tunc potestatem ad se non reuocat, nec adimit: immo potius penes ipsum permittit, dum vult ipsum ad prouisionem compelli. Ioan. And.

1 Scd̃m Cõpos. in pr̨ã lle. ver. & idẽ Arch. ĩ. c. proxi. Io. And.

ADDITIO. Et corrigit quod not. Vin. supra eo. de vxore. vbi dixit sepulturam parentum potius quàm viri sequendam: allegat quod de onere sepulturæ dixi in textu, super versi. vlti. Ioan. And.
i ¶ Eligat.] eligere enim potest cū quo voluerit, vel cum nemine sepeliri. supra eo. de vxore.
k ¶ Viro.] si verus vir fuit. ff. ad mun. de iure. §. fin.
[Idem Ioan. Mona & Archid.]

† Si vxor prius mo riat, q̄ vir vbi sepeli ri debeat ꝑter Frācū hic, vide c. qs ꝑ uincit. & c. vnaquęque. 13. q. 2. & c. de vxore. ex de sepul.

2 De hac q̄ōne vid Abba. in c. 1. extra eo. tit.

a ¶ Hono-

a ¶ Honore.] ff. ad municip. l. filij. §. 2.
ADDITIO. Ad idem l. vlti. eo. tit. §. 3. qui §. dicit mulierē quamdiu nupta est, incolā esse ciuitatis mariti. facit ff. de iud. exigere. ff. de sena. feminæ. C. de nupt. cum te. C. de dig. mulieres. & patet s. de foro comp. ex parte. C. de incolis. l. fin. Ioan. And.

† Vide Abb. in c. super eo. ext. de testi.

Licet.] Sūt duæ partes, quæ patent. ¶ Pater potest filio impuberi eligere sepulturam, si hoc habeat consuetudo. Item filiusfamilias pōt eligere sepulturam sine consensu patris, licet non possit testari. h. d. CASVS. Certum est φ impubes non hēt rōnem: ideo non pōt eligere sepulturā. Sed quid, mortuus est impubes, in quo loco erit sepeliendus? & vtrū pater pro filio suo impubere possit dimittere naturalem sepulturam, & eligere aliā? Rñdet φ sic: si hoc habeat cōsuetudo, aliàs non. Sed quid, vtrum filiusfamilias possit eligere sepulturam? Rñdet, qđ licet filius familias non possit testari de peculio, profectitio vel aduētitio, tñ poterit sibi sepulturam eligere sine consensu patris, & sic pro anima potest testari sine consensu patris: sed non pro alijs rebus. l. fi. C. qui testa. fac. poss. Nota primo, φ consuetudo qñque dat potestatem alteri pro altero eligere sepulturam. Not. secūdo arg. φ filius moriens ante patrem, necessario nō est sepeliēdus in sepulchro patris, ꝓbat text. qui vult φ pater non pōt sibi eligere sepulturam: vnde dato φ pater eligat alibi pro se, non tamen potest pro filijs.

†Hęc duo verba: in eorum, de sunt i antiquioribus codicibus.

† Vide Ant. ď Butrio in ca. de vxore. ex. ď sep.

timo, cuius domicilium retinet & honorem[a] †, tumulanda.

¶ Idem [in † eodem.]

¶ Ex consuetudine potest pater impuberi eligere sepulturam: pubes autem eligit per se ipsum, & hoc dicit secundum Zenze. quoad titulum: sed non quoad textum, vnde posset addi, Et pro anima non legat sine assensu patris bona non castrensia Domin.

CAP. IIII.

Licet[b] † pater minores filios, qui nequeunt antequam ad annos pubertatis[c] perueniant, eligere[d] sepulturam, possit (si consuetudo[e] terræ id habeat) quo voluerit loco sepelire: hoc tñ non potest, vbi cōsuetudo huiusmodi nō habetur, sed sunt cum suis maioribus, vel in parochiali[f] ecclesia tumulandi. ¶ Quamuis[g] autē filiusfamilias[h] absque patris assensu sibi possit libere eligere sepulturam[i]; pro anima tamē sua † præter ipsius assensum (nisi peculium castrense[k], aut quasi castrēse[l] habeat) aliquid iudicare[m] non potest[n].

¶ Idem [in eodem †.]

¶ Religiosi, nisi multum remoti à monasterio, nequeunt alibi eligere sepulturam. hoc dicit secundum intellectum Zen.

CAP. V.

Religiosi[o], nisi à proprijs monasterijs adeo forsitan sint remoti, quod ad ea cū moriuntur

[Prima glossa dicit quid declaret.]
b ¶ Licet.] Emanauit ad declarationem decret. supra eo. de vxore. 2. responso.
c ¶ Pubertatis.] s. xij. in muliere. xiiij. in viro. quod dic, vt supra dixi de testa. c. 1.
d ¶ Eligere.] sicut nec aliàs testari. ff. de testa. qua ætate, aliàs, in qua. 2. q. 6. cap. ei qui. §. item si sententia. C. quando prouoca. non est necess. l. 2.
[Glo. seq. dat duo similia.]
e ¶ Consuetudo.] sicut ergo cōsuetudo dat iurisdictionem & ius eligendi prælatum, de fo. comp. cum cōtingat. de cau. pos. cum ecclesia: sic etiam dat ius eligēdi sepulturam, vt hic vides.
ADDITIO. Et si dicas hanc consuetudinem esse contra ius commune, per quod diffinita sunt loca sepulturarum: satis est quod ius assistat. de quo plene dixi de consu. c. fi. super glo. penult. Ioan. And.

1 Et placet Arch.

[Glo. seq. quærit, alleg. pro & contra: ponit consuetudinem.]
f ¶ Vel in parochiali.] hæc est disiunctiua. Nūquid ergo ¹datur electio? quod vr̄ s. de reg. iur. in alternatiuis. Econtra vr̄ ordinem scripturæ seruādum. 43. dist. sit rector. ad fin. in glo. penul. s. eo. lib. de ele. si quis iusto. §. 1. & sup. de pben. mandato. & hoc tutius ¹. Ad hoc s. c. proxi. nec semper in alternatiuis est electio ², vt dicam in prędicta regula, in alternatiuis, consuetudo tamen habet quod parentes, vel amici tales sepeliunt in altera quam volunt: & graue videtur puerum octo dierum semper in antiquis tumulis solemniter sepeliri.

2 In alternatiuis nō semp datur electio, ď quo vide cum suis concor. Feli. i c. cū dilecta. ext. de rescr.

g ¶ Quamuis.] de hoc tractabat Host. in sum. huius ti. §. & apud quam. ver. si vero is.
h ¶ Filiusfamilias.] maior tamen pubere. & est huic si. sup. eo d. li. de procu. qui generaliter. §. 1.
i ¶ Sepulturam.] quia electio refertur ad id tempus, quo solutus est a patria potestate. ad hoc sup eo. de vxore. 1. responso.
K ¶ Castrense.] s. qđ a parentibus vel cognatis in militia agētib. donatum est, vel qđ ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: qđ acquisiturus non fuisset, nisi militasset. ff. de castre. pec. l. castrense.
l ¶ Quasi castrense.] vt quod acquirit filiusfamilias aduocatus in postulando: Nā & ipsi aduocati militant. C. de aduoc. diuer. iudic. l. aduocati.
ADDITIO. Vide quod not eo. tit. l. fori. & quod dicā in Specu. de actore §. 1. ver. super. s. Item qđ agit de peculio. Ioan. And.

† De hoc arti vide late Phil. Francū s. eo. lib. in rub. tit. de testa. nu. 46. ver. sex to q̄rit. & Bar. in l. q in potestate. ff. de testa.

†Hęc duo verba: in eodē: desunt ī manuscriptis exemplaribus.

m ¶ Iudicare.] i. in vltima voluntate ³ relinquere: iudicium n. hic sumitur pro vltima voluntate, & aliter multis modis, qđ dic vt dicā j. de reg. iu. in iudicijs.
n ¶ Non potest.] ff. de dona. cau. mor. l. tam his.

3 Nō tñ in testō sup quo vide qđ scripsi sup. eo. li. de testa. si pater. in prin. l. An.

Religiosi.] Ego sequor intellectum Ioan. And. sm quē potest sic summari: Religiosi sunt sepeliēdi in suo monasterio, nisi in remotis moriant̄. hoc dicit. Et ponit dictum, cuius rōnem interserit: ibi, Cū vel le. Et exceptionem præmittit: ibi, Nisi. Dominicus.
CASVS. Aliquis religiosus sub ptāte abbatis existens habebat deuotionē ad aliā eccl'am: ipse veniens ad mortē vult eligere sepulturam in alia eccl'a, an possit? Rñdet, nō pōt quamdiu est in monasterio suo, vel alio loco ei propinquo, vbi cōmode pōt apportari ad locum monasterij sui: & sepeliendus est cum suis fratrib. secus si esset in loco remoto. Nota primo, φ religiosus nō potest eligere sepulturam, nisi esset in loco remoto. Sed quid si moriatur non electa sepultura? Respondet quidam, quòd sepeliendus est in monasterio sui ordinis, si in loco sit monasterium sui ordinis. Communis opinio doctorum est, φ sepeliēdus est in ecclesia parochiali, in cuius parochia mortuus est. Nec obstant iura dicentia, φ religiosi sepeliendi sunt in monasterio vbi degunt: Nam iura intelligūtur qñ religiosi moriuntur in loco proximo nō multum distante a suo monasterio, vel si fuerunt missi in aliquo monasterio, causa perpetuæ residentiæ: sed aliàs vbi moriuntur locis remotis non electa sepultura, certę sunt sepeliendi in ecclesia parochiali vbi moriuntur. Nota quod eligere sepulturam dependet ab habitu propriæ voluntatis. Dominicus.
[Prima gl. dicit q̄d decret. approbet, vel reprobet.]
o ¶ Religiosi.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not.

quæ not. Inno. & Host. sup. de exces. prel. nimis iniqua & Host. supra eo. tit. de vxore. & approbatur opinio Inno. reprobata opinione Host.

ADDITIO. Dicit Arch. quod per distinctionē hic concordantur istæ opiniones: quod non placet. qđ col lige ex vltima glossa. Ioan. And.

commode [a] portari non possint †, nequeunt (cum velle, vel nolle non habeant [b]) sibi eligere sepulturā [c]: sed sunt apud sua monasteria tumulandi.

† al. possunt.

a ¶ Commode.] nota ratione incommoditatis id permitti, quod aliàs non permitteretur. sic sup. eo. lib. & tit. is qui. Item causa incommoditatis alienantur res ecclesiæ. 12. quęst. 2. terrulas.

b ¶ Non habeant.] sic sup. tit. proxi. cap. vlt. cum suis concor.

ADDITIO. Et per hoc intellige de claustrali, vt ibi etiam dixi. Ioan. And.

c ¶ Sepulturam.] hoc tenebat Inno. sed Hostien. contra per decr. sup. eo. tit. de vxore. s. quod talis electio ad illud tempus. s. post mortem, refertur, quo solutus est monachus a iugo, vt ibi dr̄ de vxore: Ad idem sup. c. proxi. 1. respon. & hoc etiam ꝓbabat per decre. præce. de exces. præl. nimis iniqua, & per decret. de priuil. vt priuilegia. vbi dr̄, quod illi fratres eligunt sibi sepulturas. Ad primum respondeo, ꝙ licet vxor vel filiusfamilias sint in potestate viri vel patris, non tamen intantum, quin aliquid habeant, & velle & nolle: quod non est in monacho, & facit sup. eo. lib. de proc. qui generaliter, §. 1. Ad decreta. nimis. &, vt priuilegia. dic quòd non loquuntur in veris religiosis, sed in ijs, qui assumuntur in confraternitatē, vel intelligatur secundum istud, s. quando a monasterijs sunt remoti. Ioan. And.

† In antiquiorib. codicib. desunt hæc verba: primitijs, & oblatiōib.

TITVLVS XIII.

De decimis {primitijs †, & oblationibus.}

¶ Gregorius nonus fratribus Prædicatoribus & Minoribus.

¶ *Populus vt ecclesijs iura debita persoluat, est in prædicationibus & alijs exhortandus. hoc dicit secundum Zenze.*

[Prima glossa dicit vnde decisa: inchoat casum, & ponit ius nouissimum.]

d ¶ Discretioni.] Decre. est Grego. ix decisa de extrauaganti sua, quæ incipiebat, Grauamen nobis. Et ꝓut ibi patet ex querela archiepi, & capituli Pisani peruenit ad Papā, ꝙ Prædicatores & Minores ꝑdicabant decimas ex præcepto non deberi. [Ex quo cōtingebat, ꝙ laici remissi fiebāt remissiores.] Scribit Greg. vt sequitur. Hodie ꝓuisum est cōtra omnes religiosos, quibus non competit recipere decimas, vt in clem. de pœn. cupientes. 2. rñ. Ioan. And.

† Vide 3. ci. Tri. ses. 25. de reforma. ca. 12. & B. Th. 2. 2. q. 87. arti. 1.

[Glo. seq. circa decimas ponit quinque opiniones, & secundā & vlteriorem improbat.]

CAP. I.

Discretiōi d † vestræ mādamus districtius inhibentes, ne talia, quæ audientes à decimarum e, seu alia-

e ¶ Decimarum.] In decimarū solutione an debeantur ex ꝑcepto, an consuetudine tollantur, diuersę fuerūt antiquorum sententię. Et dixerunt quidam, quos secutus est Inno. in gl. quam posuit super ista rubrica, 1 ꝙ decime indistincte debenẗ & personales & ꝑdiales: probat per auctoritates veteris, & noui testamenti, & per iura 16. q. 1. reuertimini. & c. decimę, & q. 7. quicumque, & c. omnes. & in multis capitulis. Dicūt 2 quidam theologi, & hoc scripsit Petrus Lombardus, ꝙ præceptorum alia moralia, & hæc ad litteram seruanda: vt non occides, &c. & quædam ceremonialia, & hęc non seruantur ad litteram, vt de purificatione post partum. c. vnico. quædam mystica. & hæc sunt sacrificiorum pręcepta, quorum nō verba, sed mens seruāda est, & sic dicunt in decimis, vt. s. sint mystica, vel partim moralia, vt sufficiat aliquid dari pro decima ex vigore consuetudinis: puta cētesimam, vel vlteriorem, vel citeriorem partem, ad hoc 5. distinct in princi. 6. dist. §. vlt. supra eo. commissum. & in c. in aliquibus. in fine. & c. ad Apostolicæ cum simil. Sed hęc opinio est falsa & reprobata per omnia iura, & per concilium generale. supra eo. in aliquibus. vbi dicit integraliter decimas persoluendas. Alij theologi dicunt, ꝙ hodie decimę non debentur: quia olim in esse erant datę clericis, qui nihil aliud habebant, vt Numeri 18. vbi dicebatur clericos parte decimarum debere esse cōtentos: hodie vero habent ꝑdia: vnde eis decimę non debentur. & hæc opinio reprobatur sup. eod. tua nobis. Alij dicunt, ꝙ decimæ in illis regionibus, in quibus non est consuetudo vt soluantur, nec exiguntur, nec ꝑdicantur, non soluere nō fit peccatum: quasi ex tolerātia Papa dispenset: quod videtur posse secundum ea, quæ not. supra eo. a nobis. vbi aūt exiguntur & ꝑdicantur, non soluere est peccatum. quæ opinio per hanc decret & per omnia concilia 3 & decreta supra eo tit. reprobari vr̄: in quibus satis patet, ꝙ Papa non tolerat, sed cōtradicit expresse. ad hoc Exo. 22. ibi, Decimas & primitias tuas nō tardabis offerre. Host. no. supra eod. in aliquib. & c. a nobis. ꝙ prædiales decimæ debentur lege diuina, personales vero non: & ideo in primis non admittitur consuetudo: In secundis vero sic: vnde si consuetudo est personales non præstari, non debetur: & sic intelligit finem ipsius decretalis. Sed hoc Innocent. execratur, vt dixi in princip. & eius in hoc opinio tutior est: & ideo tenenda esset. de pænit. dist. 7 nullus.

1 al. ē gl. illa super illa decr. vlt. de paroc. Ioan. And.

2 De materia huiꝰ gl. vide q̄ plenissime scribit B. Tho. & ibidē Caiet. 2. 2. q. 87. art. 1.

3 Multos sanctos patres & multa cōcilia hoc dicēdo enumerat hic Arch. & post eū Io. An. & vide B. Th. paulo antea citatum.

ADDITIO. Et penitus vide quod dixi in quæstione posteriorum in quarta parte, & quod scripsi supra eo. a no-

DE DECIMIS, PRIMITIIS, &c.

Cōtinuatio dñi Heliæ.

¶ Superiori tit. visum est de iure sepulturæ, quod est vnum de iuribus parochialibus: verum quia ius decimādi computatur inter iura parochialia: ideo ad nos informādum, de isto iure decimandi, siue decimabili, annectitur tit. de decimis, &c.

Discretioni. [Hic in superscriptione Prædicatores prẽmittuntur. de quo hic Arch. vt no supra eo. li. de elect. quorundam. Et primo inhibet: secundo præcipit: ibi, Immo.

CASVS. Episcopus & capitulum Pisanū exposuerunt Romano Pontifici grauamē & querimoniam de Prædicatoribus & Minoribus: Nam quidam eorum prædicabant publice in suis sermonibus cotā multitudine populi, quod soluere decimam non erat in præcepto diuino: Alij autem dicebant, quod soluere aliquam quotam quantumcumque modicam erat in præcepto: non autem illa quota quæ vocatur decima: vnde multi & fere omnes laici subtrahantur, nec volebant soluere decimam: quare supplicatum fuit domino Papæ vt dignaretur de remedio prouidere opportuno: Vnde Papa scribit Prædicatoribus & Minoribus, eis inhibēdo, ne de cetero prędicent aliqua, per quæ populus retrahatur a solutione decimarum: sed vt suadeant & moueant populum ad solutionem decimarum. Nota primo ex superscriptione, quod Prędicatores præferūtur Minoribus de quo hic Arch. vide ꝙ not. eo. lib. de ele. quorundam. secundum Ioan. And. Nota secundo prædicantem populo abstinere debere ab his, quę inducunt corruptionem animarum. Dom.

eod.a nobis.in magna suppletione,ante medium.ver. adueniente autem tempore gratiæ.Ioan.And.
ALIA ADDITIO. Dicit Arch.ꝙ opinio Hostiē. scilicet ꝙ pḋiales decimæ debeantur de lege diuina. pſonales vero nõ:fuit opinio fratris Hug.de Sincera magistri ĩ theologia.

rum a rerum ecclesijs debitarum solutione retrahant, vel aliàs animas b corrumpant audientiũ, in sermonibus c uestris vel alibi d proponere de cætero pſumatis. Immo verbo & opere informetis eosdem, vt ad solutionem prædictorum promptæ voluntatis e animo sint intenti.

¶ Alexander quartus.

a ¶ Aliarum rerum.] Puta primitiarum, 1 oblationum, canonicarum portionum debitarũ ex funeribus, & eorum quæ debentur propter suas laudabiles consuetudines. de simo. ad Apostolicam. olim soluebantur quattuor genera decimarum.supra eo.c.1.& ideo homines bonis omnib. abundabant. 16. q.7. maiores nũc nec vna bene soluitur: & ideo homines ad decimã conuertuntur. 16. q. 1.decimæ. & ideo dominus locustas non increpat, nec plagas amouet.16. q 1.reuertimini.& tollit fiscus quod non accipit Christus,vt in prædicto c.maiores.

1 De materia glo. vide B. Thom. & ibid. Caiet.2.2.q. 86.per totam q.

ADDITIO. Hæc tria per glossam tacta bene experiuntur Italici decimas non soluentes. Econtra quadruplex est remuneratio bene soluentiũ:fructuũ vbertas,corporis sanitas,remissio peccatorum, & acquisitio cælestiũ præmiorũ, vt in prædicto capit. decimæ. Ioan.And.
b ¶ Animas.] aliàs animos. ad hoc supra.eo. quamuis.de nat.ex lib.vent.c.vnico.
c ¶ Sermonibus.] tale officium priuilegiatum est.de statu monachor. quod Dei timorem. [ad finem.& in glo.penult.]
d ¶ Vel alibi.] Puta in collationibus,disputationib. vel in confessionibus,in quibus iniungere debent cõfitentibus, ꝙ aliena restituant:quia nõ dimittit peccatum,&c.j.de reg.iur.peccatum, cum suis concor.& hoc faciendo licite ab excommunicatis eleemosynas recipiunt.de sent.excom.cum voluntate. §.1.priuilegium ergo illud merentur amittere contrarium suggerendo.11.q.3.priuilegium cum suis similibus.
e ¶ Voluntatis.] voluntarium militem sibi eligit Christus 15. quæst. 1.non est cuiquam.33.quæstio.5. qui si tit.in fine.
STatuto.] Ponebatnr olim hæc decreta.vt dicit Archi.sub titu.de statu monachor.& incipiebat, Cũ personæ.Guliel.alleg. Quia personæ. qui fere totam hãc decre posuit in Spec.de deci.ver.in summa.Scias ꝙ quæstionem (quæ habet an priuilegiũ de decimis non soluendis certis religiosis concessum, extẽdatur ad decimas, quas laici per antiquum feudũ possidēt) plene tractaui supra eo.c. penulti.vbi ad probandum quòd non extendatur,per quinque modos hãc decre. induco.Ioan.And.
¶ Pro intellectu huius c.est pſupponendum,quòd aliqui religiosi percipiunt decimas ex donatione laicorũ, quas laici habebant infeudatas cũ cõsensu epi,ēt sine consensu capituli,c.ad Apostolicam.de his quæ fiunt a plato sine consensu capituli:& tunc religiosi qui solum habent istas decimas ex donatione laicorũ non percipiunt decimas noualium:sed solũ illas decimas percipiunt,quas laici percipiebant: vnde multi religiosi impetrabant a sede Apostolica priuilegiũ vt ipsi possent percipere decimas noualium , pro illa portione , pro qua ipsi percipiebāt decimas antiquas. CASVS. Monasterium sancti Cypriani percipiebat decimas in mea parochia pro certa portione ex donatione laici sibi facta ex consensu epi: vnde abbas ipsius monasterij impetrauit a sede Apostolica priuilegium, vt in mea parochia posset percipere & leuare decimas pro illa portione , pro qua percipiebat decimas antiquas:& tamen ego rector ecclesiæ parochialis eram in possessione percipiendi decimas in tota mea parochia : vtrum virtute priuilegij sui possit percipere decimas in quarum possessione eram tempore impetrationis priuilegij ? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ priuilegium suum nõ se extendit ad illas decimas , in quarum possessione alius erat tempore impetrationis . Sed ponamus quòd dictus abbas percipiebat decimas pro aliqua quota in quadam parte meæ parochiæ , quę erat circa flumen:postea a sede Apostolica impetrauit priuilegium generaliter, vt perciperet decimas noualium in parochia mea : vtrum possit virtute sui priuilegij percipere decimas noualiũ in parochia mea,in illa parte parochiæ, in qua nõ pcipiebat antiquas?Respondet quòd non:sed priuilegium suum restringitur ad loca, in quibus pcipiebat antiqua. Sed quid sanctissime Pater, ponamus quòd abbas sancti Cypriani non erat in possessione nisi pcipiendi tertiam partem decimarum antiquarũ, licet re vera ad ipsum spectaret media pars: accessit ad Papam, & impetrauit priuilegium , vt posset percipere decimas noualium in parochia mea, pro illa parte, p qua percipiebat antiquas, vtrum priuilegium suũ se extendat ad mediam partem , quę sibi debetur: vel solum ad tertiam partem,sicut est in possessione pcipere ? Respondet quòd priuilegium se extendit solũ ad tertiam partem quam possidet, & nõ ad illam partem,quę sibi debetur.Sed ponamus,quòd abbas pcepit omnes decimas ex donatione laici, & impetrauit rescriptum,vt pciperet decimas noualium pro ea parte,pro qua pcipiebat decimas antiquas: vtrũ virtute priuilegij sui pcipiat omnes decimas noualiũ ? Rñdet ꝙ non: sed priuilegium suum restringetur ad mediam partem noualium : quia non est verisimile ꝙ Papa dedisset illi istud priuilegium in grauamē ecclesiarum parochialium, si impetrans expressisset,quòd ipse pcipiebat integre omnes decimas integras. Vtrũ sit verum indistincte in omnibus religiosis, vt nõ debeant percipere,nisi medietatem noualium? Respondet quòd non:sed fallit in religiosis Cistercienſibus & Carthusienſibus:nam isti percipiunt integras decimas , secundum quòd est eis indultum per Papam. Sed quid faciet ecclesia parochialis , & rector illius ecclesię:si isti Cistercien.& Carthusien.percipiãt decimas cum integritate:quia rector ecclesiæ parochialis non potest supportare onera parochialia, & nõ habet vnde possit sustentari?Respondet Romanus Põtifex, quòd episcopus loci poterit prouidere:nam si videat episcopus , quòd rector ecclesiæ parochialis non habet aliunde ex quo possit sustentari , tunc compellit istos Cistercien & Carthusien ad faciendum rectori congruam portionem,vnde possit sustentari,& onera parochialia supportare. hoc dicit præsens text. vsque ibi , Sane quamuis. Nota primo quòd ad solum Papam spectat declarare verba ambigua suorum priuilegiorum. Ad hoc supra de officio ordinarij. Nota secundo, quòd quantum ad vim compræhensiuam priuilegij,

¶ Priuilegium decimas noualium concedens , non includit decimas noualium per alios possessas tempore impetrationis : & loca tantum includit vbi percipiebantur antiqua, & ad portionem antiquam. hoc dicit vsque ad §. statuimus.secundum Dominicum.

CAP. II.

STATV-

uilegij, attendimus tempus datæ: & sic priuilegiũ nõ extenditur ad futura. Ad hoc de priuil. cum capella. Dominicus.

[Prima glossa diuidit, & summat.]

a ¶ Statuto. Hic Alexãder in prima parte ponit quasdã declarationes circa indulgentias, in q̃bus conceditur aliq̃bus vt noualium pcipiant decimas ꝓ ea portione, qua pcipiebant antiquas. Et a quibusdã ex ipsis declarationib. duos excipit ordines hic vsq; ad §. vbi. ibi, Prouidet parochijs pauperibus, quarum decimæ alijs debentur, vsque ad §. Sane. Tertio prouidet circa decimas recipiendas vel non de manibus laicorum, vsque ad §. Diœcesani. Quarto ꝓuidet circa decimas soluendas a religiosis, & circa diœcesanorum potestatẽ super his, vsque ad §. Nec ꝓ eo. vbi statuit noualium decimas religiosis non accrescere, qui antiqua de laicorum manibus habuerunt.

b ¶ Declaramus.] not. quia hic Alexander nõ statuit ius nouum, sed antiquum declarat: vnde primũ dictũ habebamus ĩ ca su s. ð priui. c. antep. quod incipit, dudũ.

c ¶ Contingunt.] forte priuilegio, vel cõpositione, vel feudatione, vel pscriptione vel receptione de manibus laicorũ, vt dicit in fine: vel alio quocunq; modo iure cõi non est reperire simpliciter, ꝙ debeatur certa pars, nisi forte in epo, q̃ iure cõi petit quartam. s. de of. ordi. conquerente. de præscri. de quarta.

d ¶ Tempore illo.] sic in his inspicit datę tempus. Ad idem supra de relcr. eam te. c. si eo tempore. eo. lib. de elect. dudum i. in antiq. vbi de hoc

[Gio. se recit. per quæstionem.]

e ¶ Possidebant.] iure suo tamquam sibi debitas [Idem Archidiaconus.] tunc nõ debet illis obesse priuilegium hoc tacito impetratũ. s. de priui. dudũ. Idẽ potest dici si bona fide possidebant, sed ꝓprietatẽ iuris non habebant, vt sola bonæ fidei possessio vires priuilegij impediat. Si autem esset violenta, vel malæ fidei possessio, vires priuilegij non impediret 1 sm Inno. & Host. qui hoc not. in pdi. decre. dudum. allegãt, de resti. spo. grauis. de pscri. c. vlt. de dona. inter vir. & vxo. & si necesse. ob hoc etiã ibi dicunt, ꝙ si abbas impetrat priuilegia exẽptionis ꝓ se & capellis sibi subiectis: ꝙ si ali qua capella sua sub alio monasterio bona fide possideatur, impedientur vires priuilegij, aliàs non, per eadem iura.

ADDITIO. Sic vt sola litis pendentia, (etiam si dolose non taceatur) impedit vires priuilegij, vt lit. pen c fi. Ioan. And.

† Pro materia vide Socinũ cõsil. 269. in ci. in psenti consultatione.

† Not. ꝙ priuilegiũ mihi cõcessum vt pcipiã decimas & similia de aliquo loco, est subreptitiũ, nõ facta mẽtio ne ð alio exĩstẽte ĩ possessiõe ista pcipiendi. l. in puberi. ff. de admini. tut. supra ð pri. dudũ sec9 si nemo ista pcipe ret. Petr. Anc. Fon.

Declarãs nõ dr ius nouũ ede re, sed antiquũ declarare.

Possessio sola bonę fidei ĩpedit vide Abbatẽ ĩ c. veniẽs. de pscriptio.

1 Dic quo ad illam Io. And.

to a † perpetuo declaramus b, quòd indultum illud Apostolicum (quod plerisque conceditur) vt noualium decimas pro ea portione percipere valeant, qua veteres eos contingunt c ad illas noualium decimas (quas tẽpore d illo, quo impetratum vel obtentum extitit hoc indultũ alij † possidebant, e cum de hoc in ipso mentio nulla fiat) nullatenus se extendit: nec ad alias f etiam, nisi in his tantum locis, vbi veteres tunc (quando dictum indultum impetratum fuit) ipsi impetratores habebant, & pro ea g solummodo portione, qua ipsi tẽpore impetrationis huiusmodi percipiebant antiquas.

¶ Priuilegium decimarum noualium limitatum ad mensuram antiquarum, non potest vltra dimidiam includere: fallit in Cisterciensibus & Carthusiensibus. hoc dicit.

¶ Statuimus h præterea quòd idem indultum obtentum ab ijs, qui tempore impetrationis totaliter veteres percipiebant decimas, vltra medietatẽ i decimarum noualiũ nullatenus extẽdatur: quia k non est verisimile, si tunc de plena & integra perceptione veterũ fuisset expressum, qu d Apostolica sedes pariter, & similiter noualium decimas, in tam graue parochialium ecclesiarum dispendium indulsisset, quòdq; ratione talis indulti, siue impetrati iam, siue impetrandi deinceps, non possit in noualib. (quæ amodo fient) vendicari & acquiri vel pcipi plusquã medietas decimarum ipsorum noualium; etiam si amplius in veteribus habebatur: cum non sit l dicẽdum asperum, sed piũ potius & benignum, si super decimis futurorũ noualium contra parochialium ecclesiarum grauamen † (quod ex distinctione † indulti huiusmodi possit accidere) taliter obuiatur. Religiosos tamen Cirstercien. & Carthusien. ordinum statuto & declaratione huiusmodi (quantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate m decimarum noualium) comprehendi nolumus vel constringi.

¶ Priuilegiati super decimis recipiendis, ecclesiis parochialibus gratis assignare debent portionem pro debitis oneribus supportandis. hoc dicit. Dom.

f ¶ Nec ad alias.] secunda declaratio. Pone, debebat mihi medietas decimarũ antiquorum pdiorum certæ parochiæ: impetraui vt pciperem ꝓ ea parte noualia, ꝓ qua, &c. tempore impetrationis non in tota parochia, sed solum in certa parte: pone citra riuum pcipiebam partem illã decimarum: in illa solũ parte recipiam noualia non in vlteriori.

g ¶ Et pro ea.] tertia declaratio. Pone, debebatur mihi dimidia certæ parochiæ, sed non dabatur nisi tertia: impetraui priuilegia de noualibus pro ea parte, &c. solam tertiam in noualibus habebo.

h ¶ Statuimus.] sequuntur adhuc duæ declarationes. Ad earum intelligentiam scias, quòd aut ille, qui impetrabat tale indultũ, percipiebat integras decimas, aut plusq̃ dimidiã, aut dimidiã, aut minus: in primis duobus casibus, scilicet cum integram, vel plus quã dimidiam percipit in antiquis, prætextu priuilegij noualium solam habebit dimidiam, si percipit dimidiam, vel minus antiquorum, tantũdem percipiet noualium.

i ¶ Vltra medietatem.] nomine portionis dimidia 2 continetur. ff. de verb. sign. nomen filiarum. §. portionis. ff. de vsufruct. l. etiam.

ADDITIO. Quandoque propter incertitudinem appellatio partis comprehendit totum. ff. de lega. 3. l. vxori. in prin quid dicat Ber. vide de rescrip. nonnulli. super 4 glo.

K ¶ Quia non est.] ratio.

l ¶ Cum non sit.] diceret aliquis, quare sit tã stricta interpretatio & aspera? Respondet.

m ¶ De medietate.] bñ ergo cõprehẽdunt trib. declarationi-

† al. grauamina.

† In manuscript. & alijs co dicib. impressis paulo an tiquorib. constãter legit, distinctione Et ꝓ, possit, manuscripti habent: possit.

2 Portionis appellatione media pars cõtinet: vide Dec. cõsi. 60.

rationibus primæ partis: sed istis duabus declarationibus istius §. statuimus. non comprehenduntur: & hoc intendit. si ergo percipiant integram uel plus quã dimidiam in antiquis: & in noualibus prætextu talis indulti tantundem habebunt. Ioan. And.

det quòd non. Sed ponamus quòd religiosi monasterij noui, qui sunt exempti a iurisdictione episcopi Pictauensis acquirunt de nouo alias terras existentes in mea parochia, ipsi recusãt soluere decimas ex illis terris: nũquid potero tales exẽptos facere cõueniri corã epo Pictauẽsi, vt ipse cõpellat eos ad soluẽdũ decimas ex illis terris? Respondet q̄ sic: & sic iste est unus casus in quo exempti possunt conueniri coram ordinarijs, uidelicet si exempti recusẽt soluere decimas ecclesię parochiali: sed tũc non possent conueniri per citationem communem, sed oportet q̄ citatio fuerit formalis, & specialiter faciat mentionem quod ueniant responsuri tali rectori ecclesię parochialis super iure decimandi. Sed ponamus quod de consensu episcopi laici donauerunt decimas aliquibus religiosis exẽptis, quas habebant infeudatas ante concilium Lateranen. vtrũ dicti religiosi exempti possint percipere decimas noualiũ: quia aliqua terra erat in eremo: & per tantum tempus de cuius initio memoria hominũ non extitit, de nouo fuit redacta ad agriculturam, fuerunt seminata aliqua noua semina in illa terra: vtrum ex fructibus superexcrescentibus possint religiosi exempti percipere decimas virtute donationis a laicis sibi factæ? Respondet quòd non. Nota quòd laicis est prohibitum recipere decimas in feudum ꝑpetuum post Lateranen. concilium: ergo uidetur secus in temporali, ut not. in c. cum Apostolica. sup. de ijs quæ fiunt a Pręla. Dominicus.

† Hoc est cõcilium Later. sub Alexand. tertio. c. ℈

¶ Vbi autem per huiusmõdi concessiones decimarum parochiales ecclesias adeo grauari contingit, quòd earum rectores de ipsarum redditibus congrue [a] sustentari, & commode iura episcopalia exhibere non possunt: prouideatur per locorum ordinarios, & ordinetur taliter, quòd eisdem rectoribus tantum de illarum [b] relinquatur prouentibus, quòd exinde competentem sustentationem habere †, & episcopalia iura soluere ualeant, aliaque onera [c] debita supportare.

¶ Decimæ per laicos ante Lateranen concilium in feudum receptæ a religiosis per eos recognitæ in feudum, non possunt ipsis religiosis concedi sine diœcesanorum consensu, hoc dicit. Domin.

¶ Sane quamuis forte a religiosis exemptis & alijs, fiant infeudationes de decimis detentis a laicis, & ijdem laici quòd illas ab ipsis religiosis in feudum teneant, recognoscant: nõ tamen licet religiosis eisdem post talem infeudationem, uel recognitionẽ sic de facto præsumptam, huiusmodi decimas de manibus laicorum ipsorũ acquirere uel recipere, absque diœcesanorum episcoporum assensu [d]. Illas autem decimas intelligimus posse taliter a religiosis de manibus laicorum recipi uel acquiri, q̄ ante Lateranen. [e] † concilium ipsis laicis in feudũ perpetuo [f] fuere cõcessæ.

¶ Diœcesani compellunt religiosos exemptos soluere decimas parochialibus ecclesiis, si nõ agatur de rebus exemptis, hoc dicit. Domi.

¶ Diœcesani uero parochialium ecclesiarum ad requisitionem rectorum earundem de ipsis religiosis super decimis, quas habẽt, uel eos habere cõtinget: quę quidem aliàs ad ipsas spectauerunt ecclesias (nisi de rebus exemptis [g] agatur) exhibeant iustitiæ complementum.

a ¶ Congrue.] quod dic ut sup. de præben. de monachis. 21. q. 1 c. 1. in glos. penult.
b ¶ Illarum.] decimarum parochię suæ.
c ¶ Onera.] legatorũ, nuntiorum sedis Apostolicę, collectarum, & similium. ad idem sup. eodem li. de pręb. cap. 1.
ADDITIO. Ioan. Monachus & Archid. allegant de supplen. negligen. prælat. sicut. & de præbend. de monachis & ca. auaritiæ. Ioan. And.

¶ SANE. Pro intellectu istius §. est p̄supponendum primo, q̄ si laicus teneat decimas infeudatas ab antiquo ante cõciliũ: & ideo illas iuste tenet secundum communẽ opinionem doctorũ, potest ipse laicus istas decimas restituere ecclesię parochiali sine consensu diœcesani: sed si uellet dictas decimas alteri ecclesiæ donare, non posset sine consensu epi. secũdo est pręsupponendũ, q̄ si laicus teneat decimas a religiosis, posset illas decimas donare religiosis absque consensu episcopi.

† Petr. de Anch. no. post Ioã. And. obscurius tamẽ loquẽtem, q̄ ex donatione priuilegiata Papæ nõ aufert ecclesiæ priuilegiũ, ne conueniat vltra id q̄ facere pót. fa cit l. in cõdẽnatione. l. inter eos. ff. de reg. iur. Fõtanus.

¶ Casus hoc præsupposito in isto §. sic figuratur: Quidam religiosus ab antiquo, scilicet ante conciliũ, habebat decimas infeudatas, illas decimas volebat dare alicui loco religioso, a quo non tenebat dictas decimas: certum est quòd illas decimas posset laicus donare ecclesiæ parochiali, a qua tenebat dictas decimas etiam sine consensu episcopi: sed alteri ecclesiæ uel loco religioso non posset donare sine consensu episcopi. Sed utrum episcopus debeat immediate prębere consensum huic donationi? Respõdet Romanus Pontifex quod non: immo antequam episcopus consentiat donationi, debet inducere laicum ad reddẽdum decimas suæ ecclesiæ naturali & parochiali: qui episcopus si ꝑ monitionem suam non possit laicum inducere ut reddat decimas ecclesiæ suæ parochiali, poterit præbere consensum, ut illas donet alteri ecclesiæ parochiali, uel alicui loco religioso. Sed quid? ponamus quòd religiosi aliqui exempti timentes ne ad monitionem episcopi mutaretur laicus, & dictas decimas redderet ecclesiæ parochiali. faciebant quòd ipse laicus recognosceret illas decimas tenere ab ipsis religiosis, licet re uera non teneret: vtrum ista ficta recognitio præstet patrocinium ipsis religiosis, ut decimæ illæ possint eis donari sine consensu episcopi? Respon-

d ¶ Assensu.] Laicus habebat decimas quas religiosis donare uolebat: fingebat se per instrumentum ab illis habere in feudum, ut sic quasi restitueret ipsas eisdem sine consensu episcopi: sed talis fictio non prodeiit, ut hic uides.
e ¶ Lateranense.] de priuile. cum & plautare. 1. responsio.
f ¶ Perpetuo.] secus si ad tempus. & concor. de his quę fiunt a pręlat. cum Apostolica, in fine.
ADDITIO. Et si non apparet an ante uel post concilium quid iuris, ibi dixi in glossa finali. Ioannes Monachus & Archidiaconus hic tenent quod & Hostien. Ioan. And.
g ¶ Exemptis.] idest, de ipsis decimis: uel decimis exemptorum prędiorum.
ADDITIO. Archidiaconus exponit, idest, de decimis pertinentibus ad ecclesias exemptas. Ioan. And.

a ¶ Iure] ſupra eod. ex parte. 1.
[Glo. vltima ſignat contrarium, & ſoluit.]
b ¶ Eorundem.] ſicut enim ipſi laico nõ accreſcebant noualia, ut ſupra eodem, tua. 1. ſic nec ipſis religioſis, qui a laicis perceperunt. ad idem ſupra eod. cum contingat. Argu. contra. infra de iure patro. c. 1. Sol. ibi res a laico donata mutat naturam in nullius prçiudiciũ: hic p̃iudicium fieret eccleſiæ parochiali, ad hoc ſup. §. 1. in fine.

¶ Religioſi etiam exempti, de poſſeſſionibus acquiſitis & acquirendis, eccleſiis parochialibus ſoluere debent decimas, ſi priuilegiati non ſunt. hoc dicit. Dominicus.

¶ Ceterum ijdem religioſi, tam exempti, quàm nõ exempti, de terris & poſſeſſionibus acquiſitis hactenus, & amodo acquirendis, decimas integre ſoluant illis eccleſijs quibus eædem poſſeſſiones & terræ prius fuerant decimales: niſi ſuper hoc ſpeciali iure [a] vel priuilegio ſint muniti.

¶ Ex donatione laicorum habentes decimas antiquas, nouales ſuperuenientes in eodem loco non percipiunt. hoc dicit. Domi.

¶ Nec pro eo quòd forte in aliquibus parochijs omnes maiores decimas, ſeu partem illarum acquirunt de manibus laicorum, poſſunt pro eadem uel ſimili portione (ſi de nouo poſtmodum fiant noualia) in eiſdem petere, uel percipere noualium decimas eorũdem [b]: niſi rationabilis, per quã hoc facere ualeant, cauſa ſubſit.

TITVLVS XIIII.

De regularibus † & tranſeuntibus ad religionem.

¶ Innocentius Quartus.

¶ Si minor xiiij. annis ingreditur religionem, in xv. anno liber exit: niſi in ipſo xv. anno profeſſionem fecerit, uel habitum profeſſorum receperit, uel expreſſe ratam habuerit profeſſionem prius a ſe factam. Si autem per totum xv. annum portauit habitum ubi non eſt diſtinctus, intelligitur profeſſus: niſi tanta ſit indiſtinctio, quòd uiuentes cum eis ſimili habitu induantur. Si maior xiiij. annis ingreditur: ſi portat habitum per annum, quantumcunque ſit indiſtinctus, intelligitur profeſſus. Ioan. And.

CAP. I.

IS †

DE REGVLARIBUS, & tranſeuntibus ad religionem.

IS qui.] Prima pars tractat de impubere monaſteriũ ingreſſo. Secunda de pubere: ibi. Qui uero. Tertia declarat diſtinctionem habituum: ibi, Diſtinctos. Prima diſtinguit an egrediatur ante finem decimiquinti anni, an poſt: & primum permittit: ſed tres caſus excipit. ſecundum ꝓhibet ibi, Quod ſi. ſi ſint habitus indiſtincti, ſecus ſi indiſtinctiſſimi. Secunda principalis puberem profeſſum eſſe dicit, ſi per annum tulit habitum indiſtinctum: etiam ſi ſit indiſtinctiſſimus: & diuerſitatis rationẽ reddit: ibi. Quoniam. Ioan. And.

ADDITIO. Guil. in Spec. eodem tit. ver. & ſcias. dicebat hanc decre. fuiſſe Greg. ix. ſed fuit Innocentij, ut hic apparet.

CASVS. Aliquis minor xiiij annis intrauit aliquam religionem, puta, religionem sãcti Benedicti: poſtea completo anno xiiij. & inchoato xv. anno aſſumpſit habitum profeſſorum: vtrum uideatur feciſſe tacitam profeſſionem? Reſpõdet quòd ſic: quod uerum eſt, ſecuto poſtea triduo: ideo non poteſt redire ad ſæculum. idem dicendum ſi fecerit profeſſionem expreſſam: vel ſi ante xiiij. annum fecit profeſſionem expreſſam: poſtea ipſo facto maiore xiiij. annis: quia inchoato xv. anno ratificauit illam primam profeſſionem. Sed quid, ponamus quòd nouitius non accepit profeſſorum, ſed alium habitum portauit per totum annum, xv quia incepit ſextum decimum annum: an uideatur feciſſe profeſſionem? Reſpondet quòd ſi in tali religione habitus nouitiorum ſunt diſtincti a profeſſis: & iſte nouitius portauit habitus nouitiorum, & non profeſſorum: non uidetur feciſſe tacitam profeſſionem: Sed ſi habitus nouitiorum non ſunt diſtincti ab habitibus profeſſorum: tunc per delationem iſtius habitus per totum xv. annum uidetur feciſſe profeſſionem tacitam: quòd uerum eſt, niſi conuerſi & donati portarent eundem habitum. Sed quid, ponamus quòd erat aliqua religio, in qua non ſolum erant nouitij, ſed etiam conuerſi & donati: aliquis poſt xiiij. annum accepit illum habitum, & portauit per unum annum integrum ſine reclamatione: utrum uideatur feciſſe tacitam profeſſionem? Reſpondet ꝙ ſic: licet ſecus ſit ſi talem habitum accepiſſet ante xiiij. annum: & ſic ante diſcretionẽ animi. Sed ſanctiſſime pater, uellem infotmari a uobis qualiter dicantur habitus diſtincti? Reſpondet Romanus Pontifex, quod intelliguntur habitus diſtincti, ſiue diſtinctio ſit patẽs, ſiue nõ: quia habitus nouitiorũ nõ ſunt benedicti: & habitus profeſſorum ſic: & tunc eſt diſtinctio latens: multo magis ſi diſtinctio illa eſſet patens in ſciſſura, colore, uel aliàs. Not. primo ex principio ca. ꝙ durante anno probationis nouitius poteſt facere ꝓfeſſionem expreſſam uel tacitam. Sed ſciendum ꝙ quãdo facit profeſſionem expreſſam, obligatur illi monaſterio, ĩ quo fecit ꝓfeſſionem: ſed quando fecit tacitam profeſſionem, ipſe ſolum obligatur religioni in genere: ita quòd poteſt tranſire ad religionem laxiorem. Fallit iſtud in Mendicantibus: quia quis non poteſt profiteri intra annum, & ſi faciat expreſſam profeſſionem, eſt ſolum obligatus in genere religioni. Not. ulterius, quod impubes non poteſt facere profeſſionẽ expreſſe. Et in hoc religio æquiparatur matrimonio carnali: quod non poteſt contrahi in ætate impuberi: quod uerum eſt, niſi malitia & uigor naturalis ſuppleret ętatem: quia tunc ante xiiij. annum poſſet qs matrimonium contrahere: ſed in religione, hoc eſt in matrimonio ſpiritali, requiritur quod quis compleuerit annum decimumquartum. Not quòd ſi impubes non fecerit profeſſionem poſt xiiij. annum: non obligatur religioni, niſi fecerit expreſſam profeſſionem: uel ſi ſe ingeſſerit actibus conuenientibus ꝓfeſſis, uel ꝓfeſſionem prius factam ratificauerit. Not. ulterius, ꝙ ex delatione habitus profeſſorum p̃ annum inducitur tacita profeſſio, & hoc quando in monaſterium non ſunt conuerſi: uel ſi ſint conuerſi habentes habitum diſtinctum. Not. ꝙ ſi habitus profeſſorum & nouitiorũ ſint omnino diſtincti ſi impubes ante xiiij. annum accipiat habitum ꝓfeſſorum, ex delatione habitus p̃ annum non inducitur tacita profeſſio: ſecus ſi accipit

† De materia huius tituli videq̃ nouiſſime ſãciuit ſ. ciliũ Tri. ſeſſio. 25. tit. de Regularib' & Monialibus.

† Vide ſ. cil. Trid. ſeſſio. 25. tit. de Regularib' & Monialibus. ca. 15. vbi de tpe profeſſionis aliud quã hic ſtatuitur.

accipit post xiiij. annū, q̃a tūc ex delatione ipsius habitus per annū inducit̃ tacita professio. Nota vlterius iuncta glo. ꝙ impubes maior septennio dr̃ habere intellectū, nō tñ plenum: minor vero 7. nullū dr̃ habere intellectum: nam vt dixit. l. 1. C. de fal. mo. ignorat illa ætas q̃d videat. Not. insuper, ꝙ quantū ad obligandū quem religioni, requiritur ꝙ annus pubertatis sit completus: & sic non sufficit annus cœpt⁹. Not. finaliter, ꝙ professio ante annos discretionis, non ligat profitentem, sed pōt ex post facto ratificari. Et sic vr̃ ꝙ id quod est à principio nullū, possit ratificari: quod est verū virtute noui consensus: & ratificatur vt exnunc, & non vt extunc: de quo inf. in regula, ratihabitionem. Dominicus.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Is qui.] si minor xiiij. annis ingredit̃ religionē, in xv. anno liber exit: nisi in ipso xv. anno ꝓfessionē fecerit, vel habitū ꝓfessorū receperit, vel expresse ratam habuerit ꝓfessionē pri⁹ à se factam. Si aūt per totū xv. annum portauit habitum vbi non est distinctus, intelligitur ꝓfessus: nisi tacita sit indistinctio ꝙ viuētes cū eis simili habitu induantur. Si maior xiiij. annis ingreditur: si portat habitū per annum, quantumcunq; sit indistinctus, intelligitur ꝓfessus. In fine declarat q̃ sint habitus indistincti. Ioan. And.

b ¶ Annum.] cōsummatum: quia nō sufficit incepisse, ꝙ dic vt sup. eo. ad nostram.

ADDITIO. Host. hic ponit quattuor casus quibus pubes, & quattuor quib. impubes obligantur religioni, & post eum hic. Ioan. And.

c ¶ Ingreditur.] hic tolle quod est inf. in tex. in versi. libere potest.

d ¶ Sequenti.] scilicet in xv. anno. sic 20. q. 1. illud.

e ¶ Vel.] repete eo completo. &c. Ioan. And.

f ¶ Prius.] scilicet ante xiiij. annum.

[Gl. seq. ostendit quod approbat, & quid reprobat.]

g ¶ Expresse.] & sic reprobatū est q̃d Io. no. 20. q. 1. illud & Ber. s̃. eo. significatū, q̃ dicebāt, ꝙ si ꝓfessionē fecerat ante xiiij. annum: tacite ibi morā trahendo post xiiij. annum, vr̃ eam ratam habere, arg. de despon. impu. litteras. & c. accessit. in anti. Host. aūt qui hanc vidit decr. & glossauit vt patet ex superioribus, in decr. significatum, tenebat quod hic dicitur.

h ¶ Sequentem.] scilicet xv. ætatis suæ.

[Glo. seq. exemplificat, quærit & soluit.]

i ¶ Videtur.] ecce ergo quartū casum post xiiij. annū ergo bene habet ratā professionē factā ante illud: sed tunc demū cū lapsus fuerit annus xv. & in ipso portauerit habitum distinctum.

qui [a] monasterium ante xiiij. annum [b], vt monachus efficiatur, ingreditur [c]: nisi eo completo professionem faciat in sequenti [d], vel [e] habitum religionis suscipiat, qui dari profitentibus consueuit, seu professionē à se prius [f] factam ratā expresse [g] habeat: libere potest infra † sequentem [h] annum ad seculum remeare. ¶ Quòd si per totum sequentem annum in monasterio permanserit, vbi professorum & nouitiorū sunt habitus indistincti, professionem per hoc fecisse, vel si quam prius fecerat, ratam habuisse videtur [i]: nisi tanta indistinctio ibi habitus habeatur, quòd & professi, & nouitij, ac etiam alij communem [k] vitam cum eis ducentes simili penitus habitu induantur. ¶ Qui vero post quartumdecimū annum [l] habitum religionis assumpserit: si per annum † illum gestauerit, extunc religionem assumptam præsumitur veraciter esse professus: vbi professi à nouitijs dissimilitudine [m] habit⁹ minime distinguuntur [n], etiam [o] si alij degentes cum eis similibus vestibus coutantur; quoniam cum iam hic ad discretionis annos peruenerit, quid agat agnoscit [p]: & ideo susceptum discretionis tempore ordinem (postquam hunc anni probauerit spatio) intelligitur firmiter approbasse. Secus autem in illo, qui ante discretionis annos habitum induit regularem: cum eorum, quæ tunc agit, plenum [q] non habeat intellectum.

¶ *Hic declarat qui sunt habitus distincti. h. d.*

¶ Distinctos † quoque seu dissimiles intelligimus esse habitus, siue nouitijs siue professis dissimiles vestes dentur: siue benedicantur cum profitentibus conceduntur: siue etiam aliquid aliud [r] fiat, per quod nouitiorum à professorum habitu discernatur.

¶ Alexander † quartus fratribus Prædicatoribus & Minoribus.

¶ *Prædicatores & Minores infra annum probationis quemquam ad sui ordinis professionem recipere nō possunt: quod si fecerint, receptus alligatus non est eorum ordini; & ipsi à receptione professionis aliorum sunt suspensi, & puniendi pœna, quæ pro grauioribus culpis ei consueuit infligi Ioan. And.*

k ¶ Cōem.] vt seruiētes capellani & sæculares clerici: & si habit⁹ ille religiosus nō esset, sed forte sæcularīu clericorum: id esset per ep̄m corrigendū. de test. c. 2. in ant. s̃. eo. sicut nobis. Sed nūquid cōpellitur talis ꝓfiteri non p̄cise, sed causatiue, vt vel profiteatur, vel exeat, vt sup. de elect. cum causam. in fin. ad hoc sup. eod. vt clerici.

l ¶ Annum.] ad idem sup. eo. ex parte.

m ¶ Dissimilitudine.] patēti in colore, scissura vel forma: secus quo ad hunc casū de alia latenti, de qua loquit̃ hic finis, vt in cle. eo. tit. eos qui, & vide q̃d ibi not. in gl. 2. & glo. licet ergo.

[Gl. se. obij. & sol.]

n ¶ Distinguuntur.] sed nonne ibi recipiēdo habitū, qui datur ꝓfessis vr̃ tacite professus, vt s̃. Illud verū est q̃n distinct⁹ est habitus: vbi vero nō est distinct⁹, secus, vt hic vides, & sic intelligas sane. q̃d no. Ber. s̃. eo. ex parte. in vlt. glo. ad fin. & probatur idem sup. eo. statuimus.

o ¶ Etiam si.] ꝓpter hoc aduersatur illud, qui vero: q̃d in principio §. positum est.

p ¶ Agnoscit.] id est cognoscere debet.

ADDITIO. Vel p̄sumit̃. s̃. de sen. excō. cum illorū. in fi. Io. A.

q ¶ Plenum.] maior septennio impubes intellectum habet, sed non plenum, vt hic vides, minor autē septennio ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1.

ADDITIO. C. de iu. deli. si infanti ff. de alie. iudi. mu. causa fac. nam & si. de conse. dist. 4. eos. in fi. secundum Archid. qui dicit quòd §. quòd vero reprobi. de pæn. distin. 2. vbi dicitur, quòd neque virtus, neque vitium in nobis locum obtinet vsque ad certum tēpus, quo grauat infirmitas, de tali tempore vel ætate intellige, quæ non est capax. 15. q. 1. firmissime. in fi. & c. seq. Ioan. And.

r ¶ Aliud.] vt quia dentur à certis personis, vel in certis diebus, vel formis.

ADDITIO. Vel secundum Hostien. & Io. Mona.

† In antiquiorib. codicib. cōstanter legit̃ ita: ĩ. ipsū sequentem annū, &c.

† Cōtinuum. s. per no. in Rubrica. ff. d̃ diuer. & tēpo. p̄sc. itē p̄posítio, p, notat continuationē l. Vrbana. §. pernoctare. ff. d̃ verb. sig.

† De materia hui⁹ § vid̃ cle. eos, q. tit. de regularib. & ibi late Zab. Imolam, & alios.

† al. ita: Idē. s In noc. iiij. cuius est antecedēs decretalis, & oĩno vr̃ Inno. ad scribenda vt inducat initiū sequētis decretal. ibi constōnē Innocentianam.

Infans q̃d videt ignorat.

non ponitur supra chorum, vel non habet vocem in capitulo, nisi sit professus. Sed ista exempla non placent: quia non sonant in distinctionem habitus, sed actuum: & de hoc vide sup. eo. vidua. Ioan. And.

[Glo. seq. diuidit, & dicit hic poni exceptionem à regula.]

Non solum.] Duo principaliter facit, Primo ponit prooemium siue causam constitutionis. Secundo: ibi, Vobis. ponit constitutionē, in qua primo ĩhibet. Tertio: ibi, Quod si forte, ponit triplicem poenam. Præmitte quod ingredienti religionem datur annus ad probandum regulam. 17. q. 1. Gonsaldus. Sed huic anno pōt ingrediens & recipiens renuntiare, & statim profiteri. sup. eo. tit. ad Apostolicam. Sed istud vltimum hic prohibetur in duabus religionib. Dominicus.

† Vid̄ omnino qd̄ nouissime sanciuit cōcil. Tri. circa professio nem emit tēdā, sess. 25. tit. de Regulari bus & Mo nialibus. c. 15.

ADDITIO. Et hæc suprascriptio est talis qualis s̄. eo. tit. prox. c. 1. sed alterius auctoris. Ista vero decret. non fuerat inter Innocētianas, sicut nec præcedēs: sed extrauagabatur, & qui glossauerunt Innocentianas, non glossauerunt istam partem: tamē eam posuit & exposuit Host. in decr. statuimus. sup. eo. tit.. Ioan. And.

† Vide cōciliū Trident. sess. 14. de sāctissimo pœnitentiæ sacramento. cano. 11.

subdito a cōcesserit, vt sibi possit idoneum b eligere confessorem: ille quē is elegerit, in casibus qui eidem episcopo specialiter reseruantur c †, nullā habet penitus potestatē. Cum in generali concessione illa non veniāt, quę non esset quis verisimiliter in specie concessurus d. Nulla quoque potest consuetudine e introduci, quòd aliquis ꝑter sui superioris licentiam, confessorem sibi eligere f valeat, qui eum possit soluere, vel ligare g.

¶ Item tertio præsupponendum est, ꝙ quis dicit habere plures proprios sacerdotes, scilicet rectorē ecclesiæ parochialis, episcopum legatum, & Papam, qui habet generalem curam omnium Christianorum: & sufficit habere licentiam ab altero istorum: Mendicātes vero sunt delegati à sede Apostolica, per cle. super cathedram. de sepulturis, in clement.

CASVS. Cum haberem meum curatum suspectum ex certa causa: vel videbam imperitum, & nolebam sibi confiteri, accessi ad episcopum meum, vt daret mihi potestatē eligendi confessorem: vnde episcopus dedit mihi facultatē eligendi confessorē sub hac forma ꝑ verba generalia, Damus tibi facultatē eligendi confessorē idoneum, qui te possit & valeat absoluere de qbuscunq; peccatis tuis: nō tamen apposuit istā clausulam, etiam nobis reseruatis: vtrum per istam facultatē videatur episcopus dedisse licentiam absoluendi de casibus episcopalibus? Respondetur quòd non: sed iste confessor meus habebit illam potestatē, quam haberet rector meus parochialis. Sed quid, ponamus ꝙ longo tempore fuit obseruatum, vt quilibet sibi eligeret confessorem pro libito suæ voluntatis: an valeat talis consuetudo? Rñdetur ꝙ nō. Not. ꝙ quis tenetur cōfiteri proprio sacerdoti: nec valeret cōtraria cōsuetudo: & in hoc addit istud ca. ad cap. omnis vtriusq; sexus. allegat scilicet vt non valeat cōtraria cōsuetudo.

Not. ꝙ episcopus est generalis rector suę diœcesis, ideo potest concedere facultatem alicui vt possit eligere suum confessorem: quia concurrit cū quibuscūque rectoribus suæ diœcesis. Not ꝙ episcopus concedendo facultatē, vt possim eligere confessorē idoneū, qui me possit absoluere de quibuscūq; peccatis meis: nō vr̄ dedisse potestatem eligendi confessorem, qui me possit absoluere de casibus episcopalibus. Sed qd de rectore parochiali? ponamus quòd meus rector parochialis dedit mihi facultatem eligendi confessorē idoneum: vtrum possim eligere simplicem sacerdotē, vel vtrum sit necesse vt eligam sacerdotem habentē simplicem potestatem, videlicet curam animarū? Respondetur, quòd si rector meus parochialis det mihi simpliciter facultatem eligendi confessorem, tunc nō possum confiteri simplici sacerdoti: sed requirit ꝙ talis habeat curam animarum. Sed quando meus rector dat mihi licentiam confitendi tali sacerdoti, quem sibi nomino, tunc possum tali sacerdoti confiteri: quia meus curator facit illum delegatum. cap. si. de offi. & pote. iu. deleg. in anti. q. c. oīs vtriusque sexus. allegato.

Not. quòd potestas dandi licentiam confitendi peccata dependet à superioritate: vnde concedens debet esse superior illius, cui concedit. ad hoc eo. tit. omnis.

Nota finaliter, quòd habens auctoritatem eligēdi confessorem, debet eligere idoneum: & si non eligit idoneum, videtur esse in culpa. Dominicus.

[Glo. prima exponit, quærit, argu. negatiue, & soluit contrarium.]

a ¶ Suo subdito.] puta archidiacono, archipresbytero, abbati, priori, vel similibus personis, quę immediate subsunt epis. Quid dicemus de inferiorib. puta laicis parochianis certæ parochiæ: nunquid illis eps pōt licentiam dare, vt sibi confessorem eligant? Vr ꝙ nō. s̄ eod. omnis. de pæn. dist 6. placuit. de paro. nullus. Dic ꝙ. 1. quia quilibet de diœcesi pōt recurrere ꝑ pœnitentia, & ad proprium sacerdotem, & ad epm, vel archipresbyterum cathedralis ecclesiæ: qui quo ad hoc est vicarius episcopi, vt s̄. de offi. archipresby. officiū. [vide ꝙ ibi dixi.] Vnde credo ꝙ sufficiat alterius licētia, scilicet vel episcopi, vel parochialis sacerdotis.
ADDITIO. Vide quod not. in cle. de priuileg. religiosi. in glos. puto. Ioan. And.

1 Idē Pet. de Anch. & expresse Do. & Phil. fin quē bene facit cle. dudū. §. ī ecclesijs de sepul. ca. qcūq; 10. q. 1. c. licet. sup. de fet. doctores in ca. omnis vtriusq; sexus.

b ¶ Idoneum.] qui sciat circunstantias cōsiderare, & diuersis medicamentis vti ad sanandum ægrotū. supro eod. omnis. de pæn. distin. 6. qui vult. de homicidio. sicut dignum.

[Glo. seq. quærit qui sunt casus, & octo exprimit.]

c ¶ Reseruantur.] sed qui sunt isti casus 2? Dic qd absoluere excommunicatos maiori excōicatione, nō cōpetit simplici sacerdoti, sed epo, vt s̄. de sent. excō nuper, Imponere penitentias blasphematoribus Dei & Sanctorum. s̄. de cle. male. c. 2. Sortilegijs. s̄. de sortile. c 2. Commutatio quorūlibet votorum, vt s̄. de vot. & vo. redempt. c. 1. Dispositio male ablatorū incertorū vel certorum, quando non extant hi quib. faciēda est restitutio. s̄. de Iudæ. cum sit. [Et ibi hoc tenet Hos. secundum Archid. Contra s̄. eod. lib. de testa. cap. 2. vt ibi dixi super ver. libere] Pœnitentia matrimoniorū clandestine contractorū, vel cōtra interdictū ecclesiæ per episcopos solet imponi. supra de clande. despon. cum inhibitio. & de matrimonio contracto contra interdictum eccle. ca. 1. & vlti. Solent episcopis reseruari pœnitentiæ omnium publicorum enormium criminū oppressionis filiorum ex proposito vel ex casu, cuiuscunq; homicidij, falsi testimonij, vel falsi instrumēti, periurij, incestus, corruptionis monialium, coeuntis cū brutis, & his similia. ad hoc 50. distinct. miror. &c. in capite. 33. quæst. 2 quicunque. cum similibus casib. vt not. Hostien. in sum. huius tit. §. cui confitendum sit in fin 2. colum.

2 Casus Epis reseruatos referunt communiter Summarū cōpilatores.

ADDITIO. Vide per Ray. in sum. huius tit. §. item nunquam parochialis. per Guli. satis in repertorio eo. tit. §. sequitur videre. Io. Monac tract in decre. sup ca thedram hodie innouata in cle. de sepul. dudum. & vide quod ibi not. ver. per huiusmodi. in glo. hoc intēdit Ioan. And.

d ¶ Concessurus.] vt j. de reg. iur. in generali. cū suis concor. ad idem sup. eo. lib. de offi. cap. vlt.

e ¶ Consuetudine.] est enim onerosa ecclesijs: ideo non valet. supra in antiq de consue. ca. 2. & ex ea frangitur ecclesiasticæ disciplinæ neruus supra de cōsue. cum uenerabilis. etiam esset hoc contra obedientiā principalis præscribere: quod esse non potest. supra de præscrip. cum non liceat.

f ¶ Eligere.] episcopi, & archiepiscopi, & superiores, & inferiores ab episcopis exempti, habent a iure licētiā quòd idoneum confessorem sibi eligunt: qui potest eos soluere & ligare. supra eod. tit. ca. vlt.

g ¶ Ligare.] ideo dixit: quia cuicunq; volo possum confiteri

confiteri peccata mea, petendo etiam salubre animæ consilium: sed ille non pōt ligare vel soluere, vt hic vides. Sic dicimus de laico in necessitate: ꝗ possumus ei confiteri, sed ipse non pōt soluere: quia non hēt claues de pæ. dist. 1. quem pænitet. [ver. tanta. & eadem verba habentur dicti. 6. c. 1. post princi.] Et not. de offi. ordina. pastoralis. Ioan. And.

INdulgētiæ.] Quia breue est, non diuiditur, & se summat.

¶ Et dicit Archid. ꝙ quandoque indulgentia demonstrat remissionem pœnæ. 2. q. 3. c. fi. in fi. Quandoque concessionem gratiæ. sup. vt lit. pen. c. fin. de priuil. dudum. Quandoque dispensationē. 77. distinct. ca. vlti. in fin. & s̄. de elec. dudū. Quandoque ius commune. 33. q. 2. interfectores, & 35. q. 3. de incestis, vtrobique de hoc. Quandoq; ponitur pro vacare vel operam dare: vnde dicitur; Indulgere gulæ noli, q̄ ventris amica est. Ioan. And.

† Vide B. Th. in q. additis ad 3. par. q. 26. ar. 3.

† Scilicet Lateran. sub Inn. iij. ca. 62. & refert in c. cum ex eo. ex de pænit. & remis.

¶ Si episcopus in concessione indulgentiarum excedat cōciliū generale, non valent indulgentiæ. hoc dicit.

¶ Idem.

¶ *Decretalis, cum ex eo, in pluribus episcopis indulgentibus locum habet. h. d. Zen.*

CAP. III.

INdulgentiæ [a] †, quæ ab vno vel plurib. episcopis in ecclesiarum dedicationibus, vel alijs quibuscunque casibus [b] concedūtur: vires non obtinent [c], si statutum excesserint cōcilij [d] † generalis.

TITVLVS XI.

De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

CASVS. Certum est, ꝙ episcopi habent potestatem limitatam respectu indulgentiarum concedendarū: quia aliqui erāt ita largi, ꝙ claues ecclesiæ contemnebātur: vnde limitata fuit eorum potestas: videlicet vt pro dedicatione ecclesiæ oēs qui illa die porrigerent manus adiutrices, consequantur vnum annum indulgentiarum: sed aliàs nō possent epi concedere nisi xl. indulgātiarum dies. Sed ponamus ꝙ eps aliquis fecit ꝯriū: quia in die dedicationis ecclesiæ dedit duos annos indulgentiarū: vtrum valeant dictæ indulgentiæ? Rn̄det Romanus Pontifex ꝙ non. Sed quomodo intelligitur ꝙ non valent indulgentiæ? Rn̄det glo. ꝙ non valent in eo ꝙ excedunt: quia numerus dierum est separabilis, & in separabilibus vtile per inutile nō vitiatur: sed in numero quē non excedunt, valent dictæ indulgentiæ. Dominicus de sancto Geminiano dixit, ꝙ non valent etiam in eo, ꝙ excesserunt ignominiā ipsorum epōrum, qui excesserunt concilium gn̄ale, ipsum contemnendo, sed Panor. dicit quòd valent vsque ad numerum taxatum. Not. primo argu. quòd est licitum allegare sine certa determinatione quotæ legis vel canonis, de quo per Io. An in c. vestra, de coha. cle. & muli. Not. secundo argu. quòd factum contra legem prohibētem, est nullum: licet non sit appositum decretum. Dominicus.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

a ¶ Indulgentiæ.] declarat opinionem not. sup. eod. tit. cum ex eo. Et reprobatur opinio Io. & Ber. ibi not. & approbatur opinio Hostien.

b ¶ Casibus.] ad pia opera: puta ædificationē vel reparonē ecclesiæ, refectionē vel ædificationē pontiū vel viarum, sustentationem hospitalariorum, vel similia.

[Glo. seq. quærit & soluit per tres rationes: ponit opinionem contrariam, cuius rationi respondet.]

c ¶ Non obtinent.] quid dices: nunquid saltem, in eo ꝙ poterant dare, tenebit indulgentia? Videtur ꝙ sic: quia regulariter vtile per inutile non vitiatur. ꝟ. de reg. iur. vtile vbi vide argum. de hoc pro & ꝯ. Præterea hæc est quædā liberalitas: & in liberalitatibus vel donationib. dicimus ꝙ tenent pro parte vsque. s. ad legitimum modum, & in residuo non, vt C. de dona. l. sancimus. 12. q. 2. si quos de seruis. Præterea hic agimus de re separabili, scilicet de numero dierum: vbi nō vitiatur vtile per inutile. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. Trebatius. [Vide de censi. cum Apostolus. super gl. quid ergo.] Et hoc verum puto 1. Alij contra. [scilicet Io. Monac.] dicentes indulgentias in nullo tenere: quia qui priuilegio abutitur, perdit illud, 11. quæst. 3. priuilegium. cum similibus. sed nō est verum, quòd qui abutitur priuilegio p dat illud, licet mereatur perdere, sic dicit cap. vnde principis erit æstimatio, quod dic vt not. Innocen. supra de deci. suggestum.

d ¶ Concilij.] generalis, supra eod. cum ex eo.

1 Idē Archi. q. et alleg de ꝯ spō. im pu. c. vnico. §. 1. in fi. eo. lib. 12. q. 5. quia Ioā. 17. q. 4. q. & 1. q. 1. nonne. ꝯ consecra. dis. 4. si non sanctificat. i fin. & ꝙ ibi not. And.

¶ Innocentius Quartus in concilio Lugdunen.

¶ *Iudex qui excommunicat, suspēdit, uel īterdicit, in scriptis hoc faciat: & cām conscribat, & requisitus exemplū sententiæ tradat infra mensem. Qui cōtrafecerit, per mesem. ab ingressu ecclesiæ & diuinis est suspensus: & relaxabit illa sententia per superiorem absque difficultate, & condemnabitur lator in expēsis, & aliàs pœna condigna. Si sic suspensi celebrant vt prius, sunt irregulares: nec absoluuntur ab aliquàm à Papa. h. d. Ioan. And.*

CAP. I.

CVm † me-

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SVSPENSIONIS, & INTERDICTI.

¶ Dictum fuit supra per discursum titulorum præcedētium de pœnis delictorum imponendis, tā in foro pænitentiali, quàm contentioso: verum quia excōicatio est pœna delicti, cum profertur à iure: quandoque est pœna contumaciæ, cum profertur ab homine: ideo annectitur titulus de sententia excommunicationis: & quia sententia excōicationis, suspensionis, & interdicti in nonnullis conueniunt: ideo annectitur titulus suspensionis & interdicti.

CVm medicinalis.] Primo ponit prooemium: Secundo statutum circa excommunicationem faciendam: ibi, Quisquis. Tertio pœnam non seruantis: ibi, Si quis. Quarto aggrauat vel pœnas addit: ibi, Superior. Quinto, statutum prorogat ad suspensionis & interdicti pœnas: ibi, Et hæc eadem. Sexto, cautos reddit illos, qui pœnam incurrunt: ibi, Caueant. Ioan. And.

¶ Idem Ioan. Mona. sed Host. diuidit in septem de secunda faciens duas Ioan. And.

CASVS. Fuit à nonnullis in cōcilio generali apud Lugdun. congregatis expositum, ꝙ nōnulli prælati se pe suos subiectos īdiscrete excōicabāt, & licet excōicatio ab initio fuisset introducta ad medicinā, tn̄ tendebat ad mortem: pp quod fuit supplicatū, quatenus concilium dignaretur de remedio prouidere opportuno: ideo statuit & decreuit cōcilium, vt iudices ecclesiastici decetero sint discreti in proferenda sn̄ia excōicatio. Et inter cætera statuit, ꝙ nullus prælatus excommunicet subditum suum, nisi subsit causa rationabilis: & proferat sententiam in scriptis: non autem simplici verbo, seu verbotenus. Et in illa sententia exprimat causam propter quam illum excommunicat, vt appareat an illa causa sit iusta vel in-

† Vide cōciliū Trident. ses. 25. de refor. ca. 3. Et cur excōicatio dicaꝰ medicinalis luculēter docet Io. Roffensis aduersus Lutherū ar. 2. & Couaruuias in c. alma mater. de sent. exc. lib. 6. in initio.

vel iniusta:& vtrum sit digna excõmunicatione. Itẽ decreuit ꝯcilium, ut si excommunicatus petat tradi sibi copiam snĩæ excommunicationis, quòd excommunicator hoc facere teneatur inf. mensem, si fuerit requisitus. Sed ponamus ꝙ aliq̃s iudex ecclesiasticus nõ seruauit tenorem huius capituli: q̃a ꝓtulit excõmunicationẽ simplici verbo seu verbotenus, uel etiã ꝓtulit in scriptis: sed non expressit causam rationabilem dignã excõicatione: uel noluit tradere copiã excõicationis ipsi excõicato petenti: an sit puniendus aliqua pęna? Rñdet Romanus Põtifex, ꝙ statuit cõcilium, ꝙ dicta sententia excõicationis tamq̃ iniusta relaxeẽ sine difficultate, idest, sine aliqua cautione de stãdo iuri, & sine expensis: etiam excõicator cõdemnabiẽ excõicato in expensis occasione iniustę excõicationis factæ. Item ultra hoc ipse excommunicator erit suspẽsus ab ingressu ecclesiæ per unum mẽsem: & si durãte illo mẽse se ingerat diuinis, incurrit irregularitatem, à qua non poterit absolui, nisi per solum Papam. [Medicinalis.] q̃a plures rubore confusi co ꝙ uidẽt se uitari ab alijs, & priuari legitimis actibus, reuertunẽ ad bonum obedientię: & sic excommunicatio retrahit excõicatum a peccato ad bonum obedientiæ. [Contemnat.] licet excõicatus sit in peccato: tamẽ si contemnat excõicationem, eius peccatum aggrauatur. [Scriptis.] si ꝓferatur sententia sine scriptis, tenet snĩa: aliàs non absoluetur excommunicatus. & tamen dicit littera, ꝙ superior eum absoluet: ergo erat excõmunicatus, tamẽ excõicatio erat iniusta: ideo puniẽ excommunicator, ut sequitur. [Expresse.] oportet ꝙ excõicator exprimat causam expsse: & nõ sufficit dicere, talẽ Titium ex causis rationabilib. in his scriptis excõicamus: sed reqritur, ꝙ exprimat causam, ꝓpter quam illum excommunicat: puta q̃a talis fuit cõtumax, & sua exigente cõtumacia in his scriptis excommunicamus. vel sic dicẽdo: Talis recusauit facere tale q̃d, licet fuerit debite monit⁹: quare ipsum in legendo scriptis excommunicamus. [Publicum instrumẽtum.] istud non est de necessitate, sed de consilio, si excommunicatus petat copiam excommunicationis, ut petat cõfici instrumẽtum, vt si excõmunicator negaret se reqsitum esse, quòd excommunicatus possit probare requisitionem. Animaduersione,] idest, pœna arbitraria, ex quo nõ est iure taxata. [Fulminare.] hoc est proferre indeliberate & indiscrete: sed quando plene deliberat cum discretis, dicitur proferre. Et hæc est differẽtia inter fulminare excommunicationem & proferre: tñ vnum sæpe poniẽ pro reliquo. [Obseruari.] idest, vt proferatur in scriptis: apponaẽ causa rationabilis, & detur copia. [Sanctiones.] immo efficiunẽ irregulares. Not. primo ex isto c. ꝙ iudex ecclesiasticus dẽt esse discretus in ꝓferẽda excommunicatione: & debet exercere officium corrigentis & medẽtis: ideo si iudex ecclesiasticus videat subditũ suum non curare de excõmunicatione: & sic videt excõicationem non proficere: non debet bonus iudex illum excommunicare sana consciẽtia: sed debet in eum exercere aliam pœnam, scilicet captionem ꝑsonæ, & pignorationem bonorum. Nam iudex dẽt in cõtumacem exercere pœnam, quam viderit magis timeri. Et ideo dicit Dominicus de S. Gemiano, ꝙ si iudex ecclesiasticus ignorans conditionẽ contumacis illum excommunicauerit, & videt ꝙ excommunicatio non proficit: quia excommunicatus nõ curat de excommunicatione: debet illum absoluere inuitum, & communioni ecclesiæ restituere: licet beneficium absolutionis regulariter non conferaẽ ni si pœnitenti: & dicit beatum Thomam hoc tenere.

dicinalis [a] sit excommunicatio, non mortalis [b]: disciplinans, non eradicans, duntamen is, in quem lata fuerit, non contemnat [c]: caute prouideat iudex ecclesiasticus, ut in ea ferenda ostendat se prosequi quod corrigentis [d] fuerit † & medentis [e]. ¶ Quisquis igitur excommunicat [f], excommunicationem in scriptis [g] proferat, &

† Al. est.

Not. vlterius, ꝙ sententia excommunicationis dẽt proferri in scriptis: tñ istud non est de substãtia excõicationis, sed est de iustitia: Nã teneret excõicatio, ẽt si non esset lata in scriptis: secus esset de sentẽtia diffinitiua: quia de substantia snĩæ diffinitiuæ est, ꝙ feraẽ in scriptis: aliàs nõ ualeret snĩa, nisi in cãis summarijs, in quibus ualet snĩa: licet non feratur in scriptis. l. 1. vel 2. C. de sen. ex breui. recit. in auth. nisi breues. eod. tit. in cle. sæpe. de verbo. signi. No. ꝙ excõicator debet in excõicatione inserere causam propter quam excõmunicat: & in hoc differt snĩa excommunicationis a snĩa diffinitiua, quia in sententia diffinitiua nõ teneẽ iudex exprimere causas mouentes ipsum ad sententiandum: licet sit honestum ut illas exprimat. No. ꝙ excõicator tenetur inf. mensem tradere exemplum excõicationis excõicato si requiraẽ. Idem dicendum est de alijs actis causæ: videlicet ut exempla tradanẽ parti: originalia tñ debẽt remanere apud notarium. c. quoniã ꝫ falsam. de ꝓbat. No. ꝙ snĩa excõicationis lata sine scriptis, uel sine cã rationabili expressa, tenet de mero iure, licet sit iniusta. Hoc probat iste textus, dum dicit, ꝙ si excõicator uiolauerit istam cõstitutionem, ꝙ superior relaxabit excõicationẽ: ergo talis excõicatio tenebat. Not. ibi, Superior vero ad quem. ꝙ vbi nototie cõstat de iniustitia excõicationis, superior nõ debet excõicatum remittere ad excõicatorem, sed potest eũ absoluere nõ facta remissione: secus si notorie nõ cõstaret: q̃a tunc deberet ipsum remittere ad excõicatorẽ. Sed qualiter constabit de iustitia excõicationis? Dicẽdum ꝙ apparebit de iniustitia excõicationis ex lectura snĩæ, si nõ lata sit in scriptis: vel si ĩ scriptis, tñ est lata absq; expressione alicuius causę rationabilis: vel per instrumẽtum publicum: per quod habetur ꝙ iudex noluit excõicato tradere copiã excõicationis: aliàs superior non absolueret, nisi esset appellatum. No. ꝙ si suspensus ab ingressu ecclesiæ diuinis se immisceat, ꝯhit irregularitatẽ, à qua nõ poterit absolui nisi per Papam.

[Prima glossa luminat.

a ¶ Cum medicinalis.] iudex qui excõicat, suspẽdit, uel interdicit, in scriptis hoc faciat & causã ꝯscribat, & reqsitus exemplum sententiæ tradat inf. mensem. Qui contrafecerit, per mẽsem ab ingressu ecclesiæ & diuinis est suspensus: & relaxabitur illa sententia ꝑ superiorem absq. difficultate, & condemnabiẽ lator in expensis, & aliàs pœna condigna. Si sic suspensi celebrant ut prius, sunt irregulares: nec absoluuntur ab alio quàm a Papa.

b ¶ Non mortalis.] vt 2. q. 1. multi. & 24. q. 3. notãdũ.

c ¶ Non contemnat.] & tunc amplius ex contemptu ligatur. 24. q. 3 notandum. 11. q. 3. §. cum ergo. & ſ. eo. tit. per tuas. Crescit igitur homo per meritum obediẽtiæ, parendo iniquæ sententiæ. 8. q. 1. sciendum. 11. q. 3. quid ergo.

d ¶ Corrigẽtis.] siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigaẽ, vt 13. q. 5. prodest.

e ¶ Mendentis.] sanabit & medebiẽ quantum in se erit: aliàs non erit q̃d sibi imputetur. 34. dist. c. Eph. 47. dist. c. vlti. Faciat igitur quod sententia sit iusta ex animo, ex ordine, & ex causa. de quibus dicitur supra eod sacro.

f ¶ Excommunicat.] suspendit, vel interdicit. ſ. eo. c. § & hæc eadem.

g ¶ In scriptis 1.] nota casus in quibus scriptura requiritur, de his plene dixi ſ. eo. lib. de cens. c. 1.

1 Et an scriptura sit necessaria vidẽ Felinũ in Rubrica de const.

[Cle.

causā [a] excōmunicationis expresse conscribat, propter [b] quam excommunicatio proferatur. Exemplum [c] uero huiusmodi scripturę teneatur excommunicato [d] tradere infra mensem, si fuerit requisitus [e], super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, uel litteras testimoniales confici sigillo authentico [f] consignatas. ¶ Si quis autem iudicū [g] huiusmodi cōstitutionis temerari[9] [h] extiterit uiolator, per mēsem [i] vnum ab ingressu ecclesiæ [k] †, & diuinis officijs nouerit se suspensū. ¶ Superior [l] vero ad quē recurritur, sententiam ipsam sine difficultate [m] relaxans †, latorem excommunicato ad expensas, & omne interesse condemnet, & aliàs puniat animaduersione cōdigna, ut pœna [n] docente discant iudices, quàm graue sit excommunicationum sētētias sine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in suspensionis & interdicti sententijs uolumus obseruari [o]. ¶ Caueant autem ecclesiarum prælati & iudices vniuer-

[Gl.seq.exemplificat:secūdo quærit:ponit opinionem,& soluit:tertio notat duas differentias.]

a ¶ Causam.] vt quia peremptorie citatus coram nobis renuit cōparere, & de iustitia r̄nsurus: vel q̄a iussus, ut inf. talem diem centum Titio solueret, ad quę sibi ex causa depositi tenebat̄ facere, recusauit: idcirco, &c & est hic ordo retrogradus: q̄a primo debet causam exprimere, & postea excōicare. Sed nunquid hæc cōstitutio locum hēt. cū excōicatio fert̄ ꝯ incertam personam, vt 5. q. 1. quidam. & s̄. de off. or. si sacerdos? Dicunt q̄dam ꝙ non. Et hoc placet Io. Mon. & Archi. ad hoc. s̄. eod. lib. de elect. qui ꝯ certam. Sed tutius est tenere ꝯrium: tū q̄a hæc constitutio generaliter loquitur: tum quia certam ꝑsonam, sed non expressam ligat sententia, quę tñ postea exprimetur. ad hoc. j̄. eo. Romana. §. caueant. Et nota ex hac littera duas diuersitates inter sniam excommunicationum & alias diffinitiuas: quia utraq. debet ferri in scriptis, sed si diffinitiue non feratur in scriptis non tenet, vt s̄. eo. lib. de re iud. cap. vlt. sententia autem excommunicationis licet non sit lata in scriptis, tenet: sed locū habent pœnæ, quæ inf. sequunt̄. Item in definitiuis nō est necesse exprimere causam. s̄. de re iud. sicut. sed in sententia excommunicationis secus, ut hic uides.

b ¶ Propter quam.] & licet falsa 2 sit causa: ligat tñ excommunicatio. 11. q 3. c. 1. & 3. s̄ e. sacro. de absolutione dic ut s̄. de offi. ord. ex parte.

c ¶ Exemplum.] totale: aliàs nō esset exemplum, sed pars. Io. And.

ADDITIO. Vnde dicit Host. ꝙ continere dēt excommunicationem de uerbo ad verbum, & annum & diem. arg. de rescri. eam te. 2. q. 8. per scripta. §. libellorum. Ioan. And.

d ¶ Excommunicato.] per hoc videtur loqui, cum excommunicat̄ certa persona: fateor hoc quo ad traditionem exempli.

ADDITIO. Quasi diceret, nihilominus ferri dēt in scriptis & exprimi causa, quæ ita cōueniat generali sicut speciali snīæ: immo plus generali quæ non debet ferri nisi ex causa, inf. eo. Romana. §. caueāt. plus dixit Host. quòd si innominatus qui comprehendi poterat sub generali, petat exemplum, dēt sibi concedi. Ioan. And.

[Gl. seq. circa req̄sitionē hāc quatuor dicta ponit.]

e ¶ Requisitus.] aliàs ergo nō habebit locū pęna q̄ sequitur. & est si. s̄. eo. li. de app. ut super. & cap. ab eo. & intelligo ꝙ requisitio fiat loco & tempore cōpetentibus. argu præ c. ab eo. & sup. de elect. cum in ueteri. & intelligo mēsem a die sententię non a die requisitionis. sic. 2. q. 6. c. vlt. §. diffinitiua. & ea. q. & eod. c. uersi. iudicibus. & C. de app. l. iudicibus. si autem req̄ratur post mensem, non hēt locum hęc cōstitutio pęnalis: sed nihilominus illam dare tenetur, sicut &c. acta causę. de proba. quoniam contra. ad hoc de do. & contu. cum dilecti.

[Gl. seq allegat duas cōcordantias: quærit, arg. affirmatiue, & ꝯriū soluit: scd̄a pars soluit quæstionem.]

f ¶ Authentico.] ista sunt paria. s̄. de fid. instr. c. 2. ad idem s̄. eo. li. de offic ord. si canonici. Sed nunq̄d sufficerent testes? Videt̄ ꝙ sic. C. de fide instr. l. in exercēdis. s̄. de fide instru. cū Io. dic illud regulare: sed hoc speciale 3. sicut & alia quæ dixi sup. de censi. c. 1.

ADDITIO. Host. Ioan. Mona & Archi.

g ¶ Iudicum.] quorumcunque, vt etiam sacerdotes excommunicantes hoc seruare debeant 4. s̄. de offic. ord. cum ab ecclesiarum. Pœna tamen suspensionis, de qua infra loquit̄, in episcopis locum non habet, ut j̄. eod. quia periculosum.

h ¶ Temerarius.] nūquid requiritur ꝙ sit in dolo? Quod vr̄ per hāc litteram: ad hoc ff. vi bono. rap. l. 2. §. doli mali. Dic ꝯ: quia sufficit ꝙ negligētia, stultitia, vel fatuitate hoc fecerit 5 ad idem ff. de iudi. eum quem temere. & est si. s̄. eo. lib. ne cle. uel mo. c. 2. & per litteram istam puto, ꝙ si excommunicator nō fuit in aliqua culpa: puta nō erāt necessaria ad scribēdum, & periculum erat in mora: credo 6. ꝙ nō habeat locum pęna. ad hoc. ff. de usufructu. l. eq̄ssimum. & s̄. eo. lib. de elect. indemnitatibus. in fi.

i ¶ Per mēsem.] quo lapso ipso iure restitutus est. 81. dist. si quis amodo. & supra de spon. non est nobis.

ADDITIO Dicit Host. hoc verum, si sententiā seruauit: & peccatum confessus sit, & pænituerit: aliàs semper quo ad se suspensus remanet. sup. de coha. cle. & mu. c. fi. Io. And.

k ¶ Ab ingressu ecclesię.] de hac suspensione habes j̄. eo. is cui. & adde quod dicam inf. eo. is qui.

ADDITIO. Innocentius in decretali, sacro. s̄. e. in antiq. recte tenuit, quod terminatum est in d. c. is cui. 1. & 2. respōsō. hic vr̄ innuere ꝯrium: ꝙ sic suspensus celebrans non sit irregularis, cum suspendere ab ingressu ecclesiæ non sit suspendere ab officio: cum etiā extra ecclesiam celebretur. Et Host. ponendo hoc dictum Innoc. expresse ponit de eo qui celebrat in ecclesia: ipsi tñ contrarium tenuerūt in decretali, sacro. & hic loquitur Inn. opinionem recitando quorūdam, ut patet ex eius uerbis. Io. And.

l ¶ Superior.] istud satis habebamus. sup. eo. sacro.

m ¶ Difficultate.] scilicet cautionis exigendæ, vel remissionis faciendæ.

ADDITIO. Vnde dicunt Ber. & Host. quòd sine mora sine satisdatione, sine causæ cognitione, & sine aliquo excommunicati grauamine hoc fieret: cū euidēter appareat cōtra hanc constitutionem latam fuisse. Ioan. And.

n ¶ Pœna.] sic sup. de aucto. & usu pal. nisi specialis. 38. dist. § qui ei.

o ¶ Obseruari.] & sic ista tria sunt paria. & habes si. j̄. cod. tit. is cui. ad idem supra de app. ad hæc quoniam. & c dilectus. de consue. cum dilectus. de elect. cum inter R. cum si. & intelligas de interdicto vel suspensione ēt a spiritualibus ꝑlata: secus si interdiceretur ingressus ciuitatis uel pomerij. ff. de ser. expor. cui pacto ff. de inter & releg. ꝑ totum. secundū modernos, q̄ de hoc plene not. in prædicta decretali. & hæc quoniam. Ioan. And.

a ¶ Sicut

1 Scd̄m Host. q̄ ēt hāc opin. attribuit Innoc. Io. Andr.

† Nota hic exmēte Do. ꝙ non poterit domi in oratorio celebrare. Fō.

2 Vide Abbatē I c. ad nostram. 1. extra de iureiur.

3 Idē Do. Phili. Fō.

4 Idē Host. & cū eo. I. Mo. & Archi.

† Ergo sētentia ex cōicationis lata ꝯ formā iuris tenet. Phi. & sic limita. l. ꝑlatā. C. de sen. & interloc. omn. iu. Font.

5 Seqtur Do. Phil. Io. Andr.

6 Idē credit Phili. & ꝑcedit gl. s̄m Io. An & Phi li. ēt si excōmunicatio ista non tenuit. Fōt.

Interdictū rei spiritalis differt ab interdicto alterius rei temporalis.

a ¶ Sicut prius.] quasi in officio suo agens, vt dicit ca non. 11. q. 3. si q̃s eps in concilio. Et ĩ. eo. is cui. in fin. i. rñ. quod uerum est in quocumque officio cãtando, & in quibuscumque horis officiet ecclesiã, ut in p̃di cto canone. & ꝯcor. sup. eo. lib. de re iudi. cum æterni.

ADDITIO. Idem hic Ber. & Host. dicebat Fran. ꝙ si intrat chorũ cum alijs legẽdo & cãtando, locus est irregularitati: & sic intelligitur illud, quod prius positum est ĩ c. si q̃s eps. Io. A.

b ¶ Irregularitatẽ.] quod ergo in antiq̃s canonibus statutum erat de excõicatis, ex tendit̃ ad suspensos. 11. q. 3. c. si quis eps damnatus. & c. si q̃s eps in concilio. & supra de re iudic. cum æterni.

c ¶ Summũ.] not. casum specialiter reseruatũ ĩ Romano pontifici. alios habes de offi. leg. ꝙ translatio nẽ. & de exces. prælat. sicut unire. in antiq.

si, ne prædictam pœnam suspensionis incurrant: quoniam si contingeret 10 eos sic suspensos diuina officia exequi sicut pri[9] a irregularitatem b non effugient iuxta canonicas sanctiones, super qua nõ nisi per summum c Pontificem poterit dispensari. 20

¶ Idem in eodem.

¶ Qui petit absolui ad cautelam, dicens excommunicationis sententiam in se latam esse nullam, absoluetur cuiuscunque contradictio ne non obstante: nisi dicatur & probetur infra octo dies excommunicatus pro manifesta offensa: Qui probat se excommunicatum post appellationem: probatione pẽdente in iudicijs euitabitur, extra iudicium uero non. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. II.

Solet d † à nonnullis e in dubiũ reuocari, an cum aliquis per superiorem f absolui postulat ad cautelam, dum in se latam excommunicationis 30

Multos cas[9] Ro. Põt. reser uatos refert Ho. ĩ sum. ti. d̃ off. le. §. q̃d pertinet. & Turrec ĩ c. huic se di. 17. dis.

Solet,] Sunt duæ partes: In prima ponit̃ duplex q̃õ. secũda: ibi, Et an. In secũda: ibi], In prima ad utrã que responsio. Et primo soluit primam: secundo exci pit: ibi, Nisi. tertio, exceptionẽ moderatur: ibi, In quo casu. Secunda secundæ distinguũt iudicialia & extraiudicialia secundum: ibi, Extra iudicium.

CASVS. Certum est, cum quis prætendit excommu nicationem in se latam esse nullam aliqua rationabi li causa (quia prætẽdit appellasse legitime antequam in ipsum ꝓferretur excommunicatio: & sic erat exẽ- 40 ptus a iurisdictione excõicatoris: Vel dixit, ꝙ ĩ excõi catione fuit expressus error intolerabilis: q̃a contine bat præceptum quod erat contra Deum & consciẽtiã illius, cui præcipiebatur) potest petere absolutionem ad cautelam (si & inquantum indigeat) ad tollẽdum murmur & scãdalũ populi. Sed ponamus, ꝙ excõicator uel aduersari[9] se opponit, ne iste absoluat̃ ad cautelã: vtrum superior debeat illũ absoluere non obstan te oppositione? Respõdet Romanus Põtifex cũ distin ctione: Aut opponẽs dixit, ꝙ iste fuit excommunica 50 tus ꝓ manifesta offensa, & offert probare infra octo dies: tunc differẽda est absolutio per illos octo dies: Et si] ꝓbatũ fuerit, ꝙ ipse fuit excõicatus ꝓ manifesta offensa nõ absoluetur nisi p̃missa satisfactione & cau tione de stãdo iuri. Si autem opponens nõ offerat se probare inf. octo dies, ꝙ sit excõicatus pro manifesta offensa: tunc superior eum absoluet ad cautelam. Sed quid, ponam[9] ꝙ ille, q̃ fuit excommunicat[9], dixit ex communicationem esse nullam ꝑpter aliquam causam: & nõ petit absolutionem ad cautelam, sed vult admitti ad ꝓbandum illam causam: vtrum pendente 60 illo articulo probationis sit euitandus tamquam ex communicatus? Respondet Romanus Põtifex, ꝙ sic in iudicijs: nam poterit suos debitores conuenire pendẽte illo articulo probationis: & de facto si cõueniat, poterũt excipere debitores, ꝙ non tenẽtur cum ipso processum facere, eo ꝙ est excommunicatus: nã est sibi imputãdum quare non petijt absolui ad cautelã: sed in alijs actib. extraiudicialibus, puta ĩ electione, & postulatione nõ euitabitur: ideo probatione ista pẽ dente poterit eligi in prælatum alicuius ecclesiæ: sed si postea appareat excommunicatum esse, nõ tenebit electio] de ipso facta. [Innodatũ.] & sic excommunica tionem nullam. [In prima,] seq̃tur respõsio ad utram que quæstionem. [Emẽda.] id est, satisfecerit. vel si ꝓ ponatur, ꝙ fuit excommunicatus pro manifesta offen sa, absoluetur præstando cautionem de stando iuri.

Nota primo ex prima parte huius c. ꝙ dicens excommunicationem in se latam esse nullam, potest petere absolutionem ad cautelam, nec in hoc est sibi ipsi contrarius, quia per hoc non fatetur se ex communicatum, secus est de illo, qui petit directe absolutionem: quia tunc fatetur se excommunicatum. Nota ulterius iuncta glo. ꝙ sententia excommunicationis lata post appellationem in appellantem, est nulla: & hoc verum post appellationem legitimam interpositam ex causa rationabili, & uera: aliàs exprimẽdo mẽdose causam rationabilem quilibet posset se eximere a iurisdictione sui iudicis. Nota vlteri[9] ꝙ sentẽtia excommunicationis dicitur esse nulla, quando in ea fuit appositus error intolerabilis: puta, si in excommunicatione dicat iudex: cũ aliàs monuerimus talem Titiũ ut Caiũ occideret, uel ut furtũ faceret, uel ne eleemosynã daret: ipse tñ nihilominus noluit ipsum occidere: uel noluit furtum facere: vel eleemosynam dedit, ob quam causam eum in his scriptis excommunicamus: veruntamen respectu eleemosynæ non est uerum indistincte, ut excommunicatio dicat̃ continere errorẽ intolerabilem, si aliq̃s fuit excommunicatus eo ꝙ dedit eleemosynam: nam si aliquis pauper sit cõtumax & noluerit iudici obedire: p̃t iudex monere suos subditos ne illi pauperi tradant eleemosynam: sed prima facie præceptum de nõ dãdo eleemosynam esset irrationabilẽ: nisi aliàs qualificaretur. Nota ꝙ dicẽs excõmunicationem esse nullam, si petat admitti ad ꝓbandum causam nullitatis, pẽdẽte probatione nullitatis est uitandus in iudicijs, sed in extraiudicijs nõ est uitandus: immo si sciat pro certo se non esse excommunicatũ, licite p̃t missam celebrare. Nota ẽt ꝙ absolutio ad cautelam petitur quando d̃r nulla excõicatio. ad hoc de offi. deleg. cum contingat. Nota finaliter duos casus, in quibus excommunicatio dicit̃ nulla.

† Vide Abb. Fel. & alios ĩ c. Aposto. ext. de except. ubi multa tradũt d̃ absolutione ad cautelã huc spectãtia.

[Prima glossa summat.]

d ¶ Solet.] Qui petit absolui ad cautelam, dicẽs excõmunicationis sententiam in se latam esse nullam, absoluetur cuiuscunque contradictione non obstante: nisi dicatur & probetur infra octo dies excommunicatus ꝓ manifesta offensa. Qui probat se excommunicatum post appellationem: probatione pendente in iudicijs euitabitur, extraiudicium uero non. hoc dicit. Ioan. And.

e ¶ A nonnullis.] scholasticis, uel iure peritis conflictum rationum habentibus. sic supra de restitut. spol. frequens.

ADDITIO. De quibus Philosophus: Dubitare de singulis, non est inutile. Io. And.

[Glo. seq. reci. per q. an etiam delegatus absoluat ad cautelam: ponit duas opi. contrarias: ad secundã obijcit, & respondet dupliciter.]

f ¶ Per superiorem.] excommunicatoris. quod dic ut s. eo. per tuas. Et per hanc litteram, quæ sic generaliter loqui-

loquitur: dixit Ber. ꝙ quilibet iudex ordinarius & delegatus hãc absolutionem impertiri pōt. Inn. & alij [1] contra in delegato, dicẽtes, ꝙ delegatus ẽt Papæ non absoluit ad cautelam ex generali causę commissione: delegata enim potestas est stricti iuris, & id solum potest, quod ei specialiter est commissum, & sine quo causa expediri non potest. s. de offi. deleg. c. 1. & c. prudentiam. sed sine absolutione ad cautelam bene potest causa expediri: quia cum patebit illum excommunicatum poterit per delegatum in ueritate nōn ad cautelam absolui, ut in c. prudentiam. sed ꝙ delegatus Papæ absoluat ad cautelam, vr̃ expresse. s. de appell. ad præsentiam. Sed qui tenent ꝯtrarium dicunt, ꝙ illud fuit propter specialem cōmissionem. Vel illud in auditoribus: secus in delegatis: quasi auditores habeant ordinariam de hoc, de rescri. auditor. in cle. in 1. glossa.

ADDITIO. Ber. de quo ĩ prin. huius glossæ in duobus errauit: Primum dixi in textu super versi. nullam. Secundum sumpsi ex eo ꝙ decreta. per tuas. eodem tit. in antiq. dixerat, ꝙ sedes Apostolica consueuerat concedere absolutionem ad cautelam: & quasi intelligeret id inferioribus nō licere: dixit hoc nouum per hanc decretalem inductum, quòd q̃libet, & cęt. vt sequitur. Sed illa verba non ponebantur ibi ad designandum aliquid speciale in Papa: sed ad instruendum quale remedium posset haberi in illo dubio. Io. And.

1 Io Mo. & Host. sed Arch. non vult accedere huic dicto. Io. A.

† Dicit Frã. (sed male) ꝙ idẽ si iniustam ꝙ ẽ falsũ. ꝙ patet s. e. ꝑ tuas. ꝙ lati⁹ hic refellit. Io And.

sententiam asserit esse nullam †, sine contradictionis [a] obstaculo munus ei debeat absolutionis impendi? Et an [b] ante absolutionem huiusmodi [c] is, qui se offert in iudicio [d] probaturum se post appellationem legitimam excommuicatione innodatum: vel intolerabilem errorem [e] in sententia fuisse patenter expressum: sit in cęteris [f] (excepto probationis illius [g] articulo) euitandus? ¶ In prima igitur dubitatione sic statuimus obseruandum, ut petenti [h] absolutio non negetur, quãuis in hoc excommunicator, uel aduersarius se opponat [i]: Nisi eum excommunicatum pro manifesta [k] dicat offensa. In quo casu terminus octo dierum, [l] indulgebitur sic [m] dicenti, ut si probauerit quod opponit, non relaxetur [n] sententia, nisi prius sufficiens præstetur emenda [o]: uel competens cautio de parendo iuri, si offensa dubia [p] proponatur. ¶ In secunda vero quæstione statuimus, ut is, qui ad probandum [q] admittitur, pendente probationis articulo, in cęteris, quæ ut actor [r] † in iudicijs attentauerit, in-

a ¶ Contradictionis.] ipsius excōicatoris, uel aduersarij, qui illum fecit excommunicari, ut s. de appel. qua fronte & ĩ. sequitur.

b ¶ Et an ante.] secunda quæstio.

c ¶ Huiusmodi.] scilicet ad cautelam. Idem puto ẽt si nō peteret absolui: quia nec compellitur hoc casu, vt sup. eo. per tuas.

d ¶ In iudicio.] ibi etiam iudici facienda est ꝓbatio. ff. de proba. l. quinquaginta. supra eo. li. de rescr. statutum. §. cum vero. cum simil.

e ¶ Errorem] pone exemplum ĩ. eodem, uenerabilibus. § potest. & in his duobus casibus est nulla excommunicationis sententia: & in alijs, quos dicam ĩ. eo. pręsenti.

f ¶ Cęteris.] iudicibus, &c.

g ¶ Illius.] s. de præcedente legitima appellatione.

h ¶ Petenti.] humiliter. supra eo. per tuas. de of. delega. cum cõtingat. Potest etiam non petens absolui. 2. q. 5. quanto.

ADDITIO. Vide quod no. de eo qui dux. in ma. significasti in ult. gl. Io. And.

i ¶ Opponat.] q̃a periculum est in mora: iam sic decedere posset: cum & propter peccatum, & propter excommunicationem q̃s facilius moriatur. 11. quæst. 3. episcopi. ad idem sup. de appel. qua fronte. ff. de app. reci. uel non. l. ult.

[Gl. seq. exponit: prorogat dubium: quod per quattuor iura exemplificat.]

K ¶ Manifesta.] id est, notoria. ꝙ dic vt sup. de uerb. signifi. cum olim. & c. ex parte. vbi de hoc. idem in manifesta cōtumacia, vt ĩ. eodem, venerabilibus. §. secus. & idem putarem si peteret absolui ad cautelam a sententia excommunicationis canonis: & diceretur casus talis esse, quo absolutio fieri non deberet ante satisfactionem, ut supra eo. lib. de offi. deleg. c. vlti. §. pars vero. & sup. de censi. quamquam. in fine. & de immuni. eccle. quoniam. in fin. & de hære. quicunque. in prin. cum suis similibus.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem, an ex causa augeatur dilatio.]

l ¶ Octo [2] dierum,] dixit Ber. ꝙ hic & supra de resti. spol. frequens. & supra de exceptio. pia. (de qua tamen dic ut ibi dixi in glo. licet.) & vbicũque certus terminus a iure statuitur: si petatur maior dilatio, negabitur iusta causa cessante: sed si causa subesset, dixit eum audiẽdum ex illa generali clausula, si qua mihi iusta causa, &c. ff. ex quibus caus. ma. l. prima. in fine. & si minor esset, vel ecclesia, audiretur, etiam si probationes negligenter infra terminum omisisset: si autem reus ad probandum contrarium peteret dilationem longiorem: danda est secundum eum: & prodest dilatio illa actori: quia si non plene probauerit, adhuc alias plenas probationes inducet C. de tempo. in integ. restit. l. petẽdæ. & sic in his casibus audiretur infra dies statutos: & post etiam si postulat, per prædictam legem, petẽdę. immo etiam post terminum ipsi reo datum per prædictam legem admitteretur, cum ex facto illius impeditur.

ADDITIO. Dixit Innocentius idem dicendum in exceptione spoliationis, & alijs, in quibus certus terminus datur ad aliquid probandum. Ioannes Andreæ.

2 Et q̃n incipiũt currere, vide Rot. dec. 208. in nouis.

† Vide Dec. in c. intelleximus. extr. de iudi.

m ¶ Sic.] scilicet excommunicatum illum pro manifesta offensa.

n ¶ Relaxetur.] etiam ad cautelam, ut formata fuit quæstio.

o ¶ Emenda.] in spiritualib. non semp hẽt locum, ꝙ ante omnia emendet excommunicatus pro manifesta contumacia uel offensa. Pone enim aliquem excõmunicatum, quia non fecit se ordinari: promouebitur ne antequam absoluatur? absit. & de hoc per Inno. & modernos supra de pręben. pro illorum. [ut ibi scripsi super glossa penultima. & idem hic Archidiaconus. Ioan. And.]

p ¶ Dubia.] & sic non ostendit de nullitate prout dicebat. Io. And.

q ¶ Ad ꝓbandum.] de nullitate. s. ꝙ sententia fuerit lata post legitimam appellationem: vel ꝙ cõtineat intolerabilem errorem, &c.

r ¶ Vt actor.] secus sit ut reus. s. de iud. intelleximus. de exce. cum inter. s. eo. li. de rescri. c. 1. & repellitur a iudice etiam reo non opponente. sup. de except. exceptionem.

[Glo. seq. de ratione quærit, & tres reddit.]

a ¶ Extra

a ¶ Extra iudicium.] quæritur, quare aliud in iudicio, & aliud extra iudicium? Reddebat Ber. i. super hoc tres rationes. prima, quia in iudicijs non tollitur actio, sed differtur. supra eo. lib. de excep. pia. & sic non est multum præiudicium. C. de preci. Impera. offe. l. quotiens. quia quod differtur, nõ aufertur. 14. quæst. 5. cap. 1. sed in extraiudicialibus magnũ est præiudicium: quia nõ sine magno damno à rebus nostris reuocamur. ff. quemadmodũ testa. aper. l. sed si quis ex signatoribus. Secunda, quia facilius inter dicuntur iudicialia, [C. de hære. quoniã.] quàm extraiudicialia. ff. de procura. mutus. 1. respon. cum concor.] & ea quæ sunt iuris, quàm ea, quæ sunt facti. ff. de pœnis. l. quidam serui. Tertia, quia in iudicio vbi alium impetimus, leuius impediri debemus, quàm extra iudicium vbi nullum impetimus: sed tantum iuri nostro innitimur.

Et hic Inno. & Host.

terim euitetur. Extra [a] iudicium vero in officijs [b], postulationibus, & electionibus, ac alijs legitimis actibus nihilominus admittatur [c].

¶ Idem in eodem.

¶ *Excommunicatio lata in participãtes excommunicatis in loquutione & similibus, canonica monitione non præmissa, non tenet. Ioannes Andrea.*

CAP. III.

STATVI- det Romanus Pontifex, quòd cùm quis vult excommunicare maiori excommunicatione participantes cũ excõmunicato, debet illos monere trina & canonica monitione: & si aliter facit, non tenet excommunicatio. Et istud fuit specialiter ordinatum ad refrænandũ motus excommunicationis: quia excommunicatores ad relationem aliquorum facillime mouebantur ad excommunicandum participanttes cum excõmunicatis. sed vtrũ istud sit verum indistincte, quod iudex non possit excommunicare participantes non præmissa canonica monitione? Respõdet quòd non: sed fallit in ijs, qui participant in crimine damnato. forte aliqua Berta (dissoluto matrimonio) adhæret alicui concubinario: vnde maritus suus conqueritur: fuit monita per iudicem vt desisteret: & quia monita noluit desistere, fuit excommunicata: hoc non obstante, aliquis sciens eam esse excommunicatam: vel suus concubinarius communicauit cum ea in crimine damnato: ipse participans est excommunicatus ipso facto. c. si concubinæ. supra eo. tit. in anti. & vltra iudex potest illum excommunicare absque canonica monitione præmissa: & sic est excõicatus duplici excõicatione scilicet a iure & ab homine. [Ab eo.] secus si ab alio, quia monitio non est de substantia excommunicationis, sed de iustitia: ideo si episcopus vellet excõicare participantes cũ excõnicatis ab alio, quã a se, sine monitione non teneret excõmunicatio Ratio est: quia iudices sunt magis incensi quãdo auctoritas eorum contemnitur, q̃ quando contemnitur auctoritas aliorum. [Et alijs.] s. in mensa, in osculo, in salutatione, in choro, & in alijs tendentibus ad commodum excõmunicati: quia permissum est participare cum excommunicato in damnũ ipsius: aliàs excommunicatus ex dolo suo perciperet commodum; quod est contra c. intelleximus. de iudi. in antiq. [Damnato.] non præmissa monitione, quia ipso facto incurrunt excommunicationem maiorem, & indigent soleni absolutione: vt in d. c. si cõcubinę. [Indurescat.] Nam cum excommunicatus videt se admitti ad omnes actus, non curat de excommunicatione, quia excõmunicato non aggrauat ossa: ideo contemnit auctoritatem & claues ecclesiæ: sed cum videt se vitari vt leprosum: dimittit inobedientiam, & reuertitur ad gremium ecclesiæ. Nota primo ex isto cap. quod excommunicatus maiori excommunicatione, vitandus est in loquutione & osculo, vt si forte aliquis canonicus excommunicatus sit in ecclesia, dum offertur pax, non debet ab alijs canonicis osculari: aliàs osculans incurrit excõmunicationem minorem. Nota quòd licet participans cum excommunicato maiori excommunicatione incurrat minorem excommunicationem: tamen non potest excommunicari maiori excõicatione, nisi prius fuerit monitus, vt desistat ab ista participatione; sed monitione facta si nõ desistat, poterit excommunicari. Ex quibus sequitur, q̃ participans cum excommunicato maiori excõicatione peccat mortaliter; & hoc qñ quis fuit publicatus & denuntiatus; sed ante denuntiationẽ non peccaret mortaliter, sed solum venialiter; nisi faceret in contemptum auctoritatis ecclesiæ. Nota quod participans cum excommunicato in crimine damnato pro quo fuit excõmunicatus, potest excõicari sine monitione. Nota vnum casum, in quo monitio debet præcedere sententiam, licet regulariter monitio non sit de substantia sententiæ, sed solum de iustitia. Ratio est; quia multotiens iudices videntes se turbatos, indiscrete & iniuste excõmunicabãt participantes, licet de partici-

ADDITIO. Quarta, quia extra iudicium non est paratus iudex medius sicut in iudicio, facit supra de appella. sæpe. secundum Hostien. & Ioan. Monach. Ioan. Andreæ.

b ¶ In officijs.] publicis, vel diuinis. vnde ex quo de appellatione confidit, secure celebrat, vt prius. sup. de appe. ad præsentiam nostram. & c. dilectus.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem, an statim efficax sic admissio, soluit & remittit: signat contrarium, & ibi remittit.]

c ¶ Admittatur.] non statim est efficax admissio, sed postea in processu apparebit: quia si admissus fuerit ad electionem, postea discutietur de appellatione: & si apparebit prius per eum legitime appellatum, apparebit illum bene admissum: sin autem, apparebit tunc illum excommunicatum: & sic non valere vocem suam, vel dic vt no. supra de appel. pastoralis. in glo. penul. contra inf. eo. licet. ibi soluitur in vlt. glo.

STatuimus.] Primo ponit prohibitionem de sententia non ferenda cum quadam protestatione: Secundo dat modum quo ferri potest: ibi. Quod si. Tertio vitiat sententiam aliter latam, & comminatur ferenti: ibi, Aliter. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendum, q̃ monitio non est de substantia excommunicationis, sed est de iustitia: ideo si iudex non præmissa monitione aliquem excommunicet, tenet sententia excommunicationis, sed est iniusta: ideo venit relaxandus in c. sacro. eod. tit. in anti.

CASVS. Episcopus vidit aliquẽ concubinarium, vel alium criminosum, certum est, q̃ non potest talem excommunicare, nisi monitione præmissa: videlicet, vt eum moneat sub pœna excommunicationis canonicæ, & competenter, vt concubinam dimittat: & si præmissa monitione concubinam non dimiserit, poterit illum excommunicare: Or ponamus, quòd aliquis episcopus, vel alius iudex ecclesiasticus aliquẽ suum subditum iuste excommunicauit: certum est, quòd Christi fideles debẽt istum excommunicatum euitare in locutione, & alijs actibus, vt rubore confusus recognoscat reatum, & redeat ad gremium sanctæ matris ecclesiæ, & bonum obedientiæ: & si faciat contrarium. incurrunt sententiam excommunicationis. Episcopus videt aliquos fideles, qui istum excommunicatũ non vitant: in eos tulit sententiam maioris excommunicationis, dicendo: excommunico tales, eo q̃ communicant, & participant cum tali excommunicato: vtrum teneat excõmunicatio: Videbatur quòd sic: quia sunt excommunicati minori excommunicatione: Respon-

CASVS. Aliqs iudex sæcularis eo ꝙ perturbabat iurisdictionẽ ecclesiasticam fuit excõmunicatus auctoritate iudicis ecclesiastici: ipse ex hoc indignatus dedit mãdatum subditis suis occidẽdi excõmunicatorẽ,uel eum incarcerãdi,uel ipsum aut parẽtes suos seu amicos grauandi:uel illum ad cuius instãtiã fuit lata excommunicatio: vtrum ex donatione hui⁹ ꝓcepti incurrat aliquam pęnam? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ nisi ꝓceptum suum reuocauerit re integra:ipso facto incurrit sñiam excommunicationis:& si ꝑ duos menses illam sustinuerit, non poterit absolui nisi à Papa:& si processum fuerit ad captionem bonorũ(nisi restituerit infra octo dies) incurrit sententiam excõmunicationis.Quid de illis qui acceptant licẽtiam: utrum incurrunt aliquam pœnam? Respondet Romanus Pontifex ꝙ sic: Nam incurrũt excommunicationem ipso iure: & si illam ꝑ duos menses sustinuerint,non poterũt absolui nisi a Papa. Idem si suo proprio motu uolẽtes cõplacere excõicato grauauerint excõicatorem: vel illum ad cuius instantiã fuit lata excõicatio, uel eorum consanguineos & affines uel amicos:nam incurrunt excommunicationẽ:quam si per duos mẽses sustinuerint,non poterũt absolui nisi à Papa. Not. primo ꝙ licitum est re integra reuocare quod quis fecit.vide in reg. ꝙ semel.ȷ̃.de reg. iur.

Not secũdo, ꝙ aliud est satisfacere pro re, aliud rẽ restituere:& sic obligatus ad rem restituẽdam non adimpleret satisfaciendo pro illa.Dom.

[Glo prima dicit vnde orta:soluit dubium,& solutionis obstaculum.]

gatas, locum aliquatenus non habere a.

¶ Idem in eodem.

¶ Primo excommunicat certis limitationibus dantes licentiam offendendi in personis uel rebus suis uel suorum: exercentes contra aliquos ecclesiasticam censuram, uel exerceri facientes, uel illam seruantes. Secundo ibi, Eadẽ pœnam prorogat ad utẽtem, uel motu proprio id agentem. Tertio ibi, Qui autem pęnam aggrauat. h.d.Ioan.And.

CAP. XI.

QVicunque b pro eo qđ in reges c, principes, barones, nobiles, balliuos, vel quoslibet ministros d eorum, aut quoscunque alios excommunicationis, suspensionis, seu interdicti sententia fuerit promulgata: licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, seu aliàs in personis, aut bonis suis uel suorum e † grauãdi f eos, qui tales sententias protulerunt, siue quorum sint occasione g prolatæ, vel easdẽ sententias obseruantes, seu taliter excommunicatis communicare uolentes (nisi licentiam ipsam re integra h reuocauerint, uel si ad bonorum captionem occasione ipsius licẽtię sit processum, nisi bona ipsa fuerint infra octo dierum i spatiũ restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa k) eo ipso sententiam excommunicationis incurrant l.

¶ Eadem m quoque sentẽtia sint innodati omnes,

b ¶ Quicunque.] oriri potuit ex facto decr.s̃.eo.dilecto.& dic,quicunque etiam episcopi.Nec obstat.s̃.e. quia periculosum.quia non loquitur in sententijs ex communicationis.

ADDITIO. Dicebat Gul.quòd vniuersale,quicunque,singulos comprehendit.ff.de initi. l.hoc articulo. ff. de pigno.act.l.si necessarias.§.si annua. đ off. præ.l.3. supra de ma. & obedien.solitæ.ad finem.per quod patet etiam imperatorẽ includi,ut dicit hic Archid.tñ ut dicit Guli. signũ vniuersale quãdoque ponitur ꝓ particulari.1.q.7.si quis omnem. 15. q.1. mulier.Io.And.

c ¶ Reges.] est aũt ordinarius regis is episcopus in cuius diœcesi deliquit,vel domicilium hẽt 1.96.dist. si Imperator.& c.duo sunt.vbi de hoc.& supra de maiori.& obe. omnes.

d ¶ Ministros.] ad clericos potest referri:& sic ꝓprie sequit̃ verbum, suspẽsionis.

e ¶ Suorum.] consanguineorum uel familiarum: & sic nota casum in quo percutiẽs & mandans percuti laicum, excõmunicatus est,ad idem.s̃.eo. li.de elect.sciãt cuncti 2. & de immu.eccl.quoniam.

f ¶ Grauãdi.] puta ne quis emat ab eis, uel eis uendat:vel his similia.cõcordat.s̃.de priuileg.quanto.de immu eccl.c.vlt.eo lib.

g ¶ Occasione.] quorũ interest principaliter defendere sententias ipsas in iudicijs.s̃.eod.tit.& li.uenerabilibus.§.2.in fin.

h ¶ Re integra.] littera sequẽs contradicit isti: vbi dicit: ꝙ licet res non sit integra,infra octo dies potest fieri emendatio. Potest dici ꝙ hoc locũ hẽt in iniuria personali,illud in reali,ut in prima statim fit excõicatus:in secunda tunc quando infra octo dies non restituerit.Idem Archi.& hoc videtur uoluisse Gul.qui dicit rem integram hic dici priusquam ad grauandum personas processit sic.Sed Gar. & Ioan.Mo.exponũt, re integra:idest,iniuria nõdum illata in ꝑsona vel rebus.Vel dic quod id quod sequitur,respicit tempora istius cõstitutionis, ut si tempore istius cõstitutionis prætextu illius licentię aliqua erant occupata:nisi ȷ̃. octo dies reddantur,habeat locum pęna.& est si. sup. de re.eccle.non alie.hoc consultissimo.§.laici.ubi in compulsionibus iam factis datur tempus ad reuocandum:in faciendis ipso facto imponitur pęna:primum uerius.

i ¶ Octo dierum.] similis dilatio temporis.s̃.de excepia & s̃.eo.ti.& lib.solet.

K ¶ Impensa.] scilicet cum res non extat, uel placet læso.Simile supra eod. lib.de usu. quamquam.ff.commo.l.3.§.1.

l ¶ Incurrant] & si prius excommunicati erant,modo duplici funiculo sunt ligati:quod esse pt,ut no.3. q.4.Engeltrudam.s̃.de Iudæ.ita quorundam.

m ¶ Eadem.] scilicet maioris excommunicationis.

† Illi si ꝓpter iniustũ factũ alteri⁹ aggrauent, non ɔ aggrauãtẽ, dicit Pet. de Anch. agẽt, sed ɔ illũ cuius occasione grauati sunt. alle. Bal. in l.his rebus.ff.sol. matr.Bar. in l.nã & serui⁹ff.đ ne.gef.facit l. qm̃ multa.C. ad legem Iul.de vi. & c. sicut nobis de test.Font.

1 Idẽ Phi. adde doc. oẽs đ ma. & obe gl. 73.c.Valẽtinianus. Fonta.

2 Vide q̃ ego ibi notaui ad principiũ tex. & rõ est quia fit occasione clericorũ ista percusio. Pet.đ Ancha.Font.

a ¶ Vti.] & sic mandans & mandatarius eadem pœna puniuntur, sic ff. de vi & vi arm. l. 1. §. quotiens. nec excusat hic iussus maioris: quod dic vt dixi inf. de reg. iu. quod quis. ff. ad leg. Aquil. liber homo. 2.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

b ¶ Alias.] id est, præter aliquam licentiã. Sed nunquid ille tunc ratam habens excõicatus erit? Distingue, vt sup. eo. cum quis.

[Glo. seq. dat simile.]

c ¶ Obtinere.] simile in incẽdarijs ecclesiarum: qui ex quo denũtiati fuerunt, non possunt absolui ab alio quàm à Papa sup. eod. tua. & si Papa hoc non expressisset perpetuo potuisset ordinarius ipsum absoluere, vt sup. eo. nuper.

qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, [a] vel aliquod præmissorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, alia [b] committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spatio, ex tunc ab ea non possint, nisi per sedem Apostolicam absolutionis beneficium obtinere [c].

¶ Bonifacius Octauus

¶ Si malefactor captus à iudice laico dicit se clericum, huius rei cognitio ad iudicem ecclesiasticum spectat. Et si notorie vel publica fama, vel communi æstimatione habetur pro clerico, statim fit remissio. Idem si prius se gerebat pro clerico, & modo deprehensus fuit in habitu clericali. Si autem prius se gerebat pro laico licet modo in clericali habitu deprehensus fuerit, non fiet remissio, donec fuerit de clericatu probatum: sed interim contra eum iudex in nullo procedet. h. d. Ioan. And.

CAP. XII.

SI iudex [d] † laicus malefactorem captũ deti-

SI iudex.] Hic incipiunt constitutiones Bonifacij, & ista prima [illegible] expediẽs & vtilis valde, & sæpissime practicatur. Et diuiditur in duas partes: Prima dicit ꝙ ad iudicem ecclesiasticum pertinet cognoscere (tñ parte vocata) de clericatu, quẽ allegat captus per iudicem laicum: & causam reddit: Secunda pars: ibi, Et si notorium. subdiuiditur in tres: Primo ponit tres casus, quibus ante cautionem fit remissio: Secundo ibi, Idem: addit quartum, quem probat triplici argumento legali. Tertio: ibi, Non sic. ponit quintum quo fit remissio ante cognitionem: iudex tamen laicus interim non procedit.

CASVS. Aliquis Titius erat suspectus uel diffamatus de aliquo delicto: ꝓp illam suspicionem fuit ꝑ iudicem sæcularem captus & incarceratus: postea cum iudex sæcularis vellet de crimine cognoscere, & ꝯ eũ procedere: ipse excipiẽdo proposuit, ꝙ erat clericus, & ꝙ cognitio illius criminis spectabat ad iudicem ecclesiasticum: quare petebat remitti ad iudicem ecclesiasticum: vel forte non petebat, sed iudex ecclesiasticus illum requisiuit: iudex vero sæcularis noluit eũ remittere: sed dicebat quòd ipse non erat clericus. Ex isto themate oriuntur tria dubia: Primum dubium est, ad quem spectat cognitio huiusmodi causæ, vtrum ipse criminosus sit clericus vel non: hoc est vtrum iudex ecclesiasticus cognoscit de ista causa, vel ipse iudex sæcularis: Secundo quęritur, supposito quòd cognitio huiusmodi causæ spectet ad iudicem ecclesiasticum: an remaneat iste sub custodia iudicis sæcularis, vel sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum. Tertio quęritur, supposito quòd iste debeat remanere apud vnum istorum iudicum: an debeat iudex sæcularis procedere ad decisionem causæ? Ad primam quæstionem respondetur, quòd cum in casu isto agatur de re spirituali, iudex sæcularis non potest cognoscere de ista causa: nec fiet ꝓbatio coram iudice sæculari. Ad secundam quæstionẽ respondetur: aut iste detentus per iudicem laicũ reputatur clericus communi fama & æstimatione vulgi: & pro clerico se gerebat ante captionem: & in isto casu fiet remissio ad iudicem ecclesiasticum: & si postea appareat quòd sit laicus: iudex ecclesiasticus illũ remittet ad iudicem sæcularem. Si autem communi fama non reputabatur clericus ante captionem: quia non incedebat in habitu clericali: tunc remanebit in carceribus iudicis sæcularis. Sed vtrum pendente ista cognitione, an sit clericus vel non, vtrum iudex poterit ꝓcedere ad cognitionem causæ principalis? Respondet ꝙ illa quæstio est præiudicialis: & faciet sopire quæstionem principalem. Cognitio dubitationis an sit clericus vel non, pertinet ad iudicem ecclesiasticum: vocato tamen iudice sæculari, & illo cuius interest: quia forte fuit captus ad instantiam partis. Et causa quare isti sunt vocandi est ista: quia forte iudex ecclesiasticus ꝓnuntiaret istum clericum, & forte esset clericus qui esset degradatus, qui non deberet gaudere priuilegio clericali: vel fuit goliardus, & fuit priuatus priuilegio clericali: ideo isti quorum interest sunt vocandi quãdo cognoscitur an iste sit clericus vel nõ. Vestes. Non dicit vestem in singulari: quia in vestibus inferioribus non debet habere habitum difformẽ: ideo iura loquentia de ista materia loquũtur semper in numero plurali. Not. primo ꝙ iudex sęcularis sine metu excommunicationis potest capere clericum in delicto deprehensum: licet textus hoc non dicat. Sed vtrum istud verum sit, etiã sine licentia iudicis ecclesiastici? Doctores dicũt, ꝙ si iudex sæcularis videat ꝙ clericus criminosus non sit in periculo recedendi: & possit habere licentiam à iudice ecclesiastico, non dẽt talem clericum capere auctoritate sua propria: aliàs incurreret excõicationem: Sed si videt ꝙ periculũ sit in mora: & ꝙ talis fugeret, & sic crimen remaneret impunitũ: põt talem clericũ capere absque metu excõicationis: non tñ ad finem retinendi, & illum clericum puniendi de crimine: sed ad finem ipsum remittendi suo iudici ecclesiastico. Et quamuis iura dicant, ꝙ qñ quis temere iniecit manus violentas in clericum, incurrit sententiam excommunicationis: tñ in hoc casu non facit temere, nec incurrit excommunicationem. Not. ꝙ qñ clericus criminosus fuit captus per iudicem sæcularem; & petatur remitti ad iudicem ecclesiasticũ, debet remitti iudici ecclesiastico: & quæstio vtrum talis sit clericus, vel non, pertinet ad iudicem ecclesiasticum. l. omni innouatione cessante. C. de sacrosan. eccle. vbi dicitur, ꝙ si coram iudice sæculari emergat aliqua quæstio spiritualis, debet fieri remissio ad iudicem ecclesiasticum. Not. ꝙ pendente quæstione ista, an sit clericus vel laicus, non debet iste remanere sub custodia iudicis sæcularis, sed ecclesiastici: si ante deprehensionem reputabatur clericus. Item nota ꝙ si ante captionem gerebat se pro laico, non debet remitti ad iudicem ecclesiasticum, donec sit cognitum an sit clericus. Not. ꝙ licet captus ante captionem gerebat se pro laico: tamen quæstio an sit clericus vel non, est quęstio pręiudicialis: & facit dormire & quiescere causam principalem.

† Vide Alex. cons. 8 lib. 1. & cõsi. 61. li. 4. Bal. ĩ l. si qua ꝑ calumniam C. de epi. & cle. Canonistas ĩ c. cũ non ab hoĩe, ext. d̃ iu. late Couaru. in practicis q. c. 33 & Grammaticum decisio. 81.

[Prima glossa ponit summam, & quid declarat.]

d ¶ Si iudex.] si malefactor captus à iudice laico dicit se clericum, huius rei cognitio ad iudicem ecclesiasticum spectat. Et si notorie, vel publica fama, vel cõmuni æstimatione habetur pro clerico, statim fit remissio. Idem si prius se gerebat pro clerico, & modo deprehensus fuit in habitu clericali. Si autem prius se gerebat pro laico, licet modo in clericali habitu deprehensus fuerit, non fiet remissio donec fuerit de clericatu probatum: sed interim ꝯ eum iudex in nullo procedet:

 hoc di.

hoc dicit. Et declarat decretalis ista ea quæ no. Innocentius & Host. supra eo. vt famæ.

[Glo. seq. inducit tria similia.

a ¶ Repetat.] sic & ciuitas repetit suum ciuem. ff. de rei ven. l. 1. §. 1. ff. ad muni. l. de iure. sic & petit suo ciui iustitiā fieri, & violenter ablata restitui. 23. quęst. 2. dominus. sic & pater repetit filium, quod dic vt sup. de cōuer. infi. cap. vl. sic & miles armatæ militiæ per magistrum militum in ciuilibus & criminalibus iudicatur. C. de iurisd. om iud. l. magisteriæ. & sic clerici coram suo iudice. ff. de iudic. at si clerici. Ioan. And.

b ¶ Iudice.] sæculari, qui malefactorem detinet.

c ¶ Ecclesiasticum.] vide quod est infra, cognitio pertinebit in textu

d ¶ Spirituali.] de qua ¹ nec principaliter nec incidenter habet sæcularis iudex se intromittere. supra de ord. cogn. tuam. qui fi. sint legi. per venerabilē. & c. lator. cum similibus.

1 Et ī dubio ecclesiasticus ē iudex. ita Petrus Perusinus ī c. dilecto. de appe. i fine.

e ¶ Interest.] puta aduersario, qui illum fecit detineri: & pro maleficio fecit puniri: & sic hi sunt vocandi quorum interest. sic supra de maio. & obedi. inter quatuor. C. de euic. emptor fundi. Et ff. de re iud. de vnoquoque. & supr. de empt. & ven. cap. fin. si autem non est aduersarius: puta quia iudex ꝓcedit ex officio, citabitur iudex. vt sup. dicit. & concor. supra eo. tit. & lib. venerabilibus. §. 2.

f ¶ Notorium.] facti, scilicet ꝙ nulla possit tergiuersatione celari. sup. de cohabi. cleri. & mulie. vestra. quia notorie cognoscitur ꝓ clerico, vt Archidiaconus, vel archipresbyter, vel presbyter Boñ. vel his similes: vel si est notorium iuris, ad idem supra de verb. sign. cum olim.

g ¶ Debeat.] hoc ideo dicit: quia si esset clericus bufo vel goliardus, & gestasset artem illam per annum, vel tertio monitus non destitisset: vel esset clericus vxoratus non incedens in habitu, vel esset bigamus 2, vel degradatus, talis non remitteretur, quia priuilegio non gaudet, vt supra eo lib. de vita & honest. cler. ca. vnico. Adde quod habes in cle. 1. eod tit. de cle. coniug. c. 1. de biga. c. vnico. de pęnis. ca. 2. in fi.

2 Saluo ꝙ not. ff. eo. lib. de biga. cap. vno. ī gl. vere. Io. And.

ADDITIO. Idem Archid. hic. vide quod scripsi supra eod. tit. perpendimus, & ca. contingit 2. super glo. & per hoc sine distinctionum prolixitate videre potes casus quibus clericus perdit priuilegium clericale. Io. Andr.

neat, & is se clericum dicens ad curiam ecclesiasticam petat remitti, vel curia ipsa eum tamquam suum clericum repetat ᵃ, iudice ᵇ illum inficiante clericum, ac ob hoc minime remittendum: dubitationis huiusmodi, an scilicet sit qui repetitur clericus, ad iudicem ecclesiasticum ᶜ (quia de re ecclesiastica & spirituali ᵈ vocato tamen iudice sæculari, vel alio cuius interest ᵉ) cognitio pertinebit. Et si notorium ᶠ fuerit, quòd idem malefactor sit clericus, qui huiusmodi priuilegio gaudere debeat ᵍ, statim absque alia cognitione, vel ʰ fama publica de hoc extiterit, aut ⁱ ipse pro clerico communiter habebatur ᵏ: incontinenti etiam ante cognitionem ˡ de clericatu, ecclesiasticæ curiæ debet reddi. ¶ Idem esse censemus, si reus ipse ante deprehensionem pro laico publice se non gerens, deprehensus fuit in habitu clericali: tonsuram videlicet & vestes deferens clericales ᵐ: nam ta-

10 lem debemus clericum (donec constet de contrario) reputare ⁿ. Sicut de illo, qui in possessione ingenuitatis existit: si dicatur ab alio libertinus, legalis ᵒ sanxit auctoritas vt probandi necessitate non ipse sed aduersarius 20 adstringatur. Iustum est enim vt ipse talis, quem gestat ex habitu (quousque appareat aliud) pręsumatur, qualis is esse, cuius fert habitum, comprobatur ᵖ. Ex stigmate ᑫ namque consueto Fabricensibus † imprimi, latitans 30 Fabricensis agnoscitur ʳ. Et custodes aquarum (quos hydrophilacas nominant) quæ eis insigi solet annotatione signati ˢ manifesti sunt omnibus & angariarum nomine non tenentur. Isque 40 status alicuius esse videtur, in quo ipse deprehenditur, donec contrarium doceatur. † ¶ Non sic autem volumus obseruari, si ante deprehensionem 50 pro laico publice se gerebat, ac pro tali communiter habebatur, quamuis deprehensionis tempore

h ¶ Vel.] repete, si, Et dicas, vel fama, &c.

i ¶ Aut.] repete iterum præfatam coniunctionem. ff.

K ¶ Habebatur.] sic. ff. ad Maced. l. 3. ff. de offic. præto. Barbarius. sup. de iure patro. consultationibus.

l ¶ Cognitionem.] scilicet cum est fama vel communis existimatio: quia si est notorium, ibi nō est necessaria cognitio.

ADDITIO. Vnde supra dixit, absque alia cognitione: hic dicit ante cognitionem. Ioan. And.

m ¶ Clericales.] sup. de vita & hone. cleri. vt clericorum, & cap. clerici.

n ¶ Reputare.] vt in quo statu reperitur, in eo iudicetur pro præsenti: licet posset inquiri de alio statu. ff. de iniur. item apud. §. si quis virgines. & inf. in fi. ca.

ADDITIO. Archid. alleg. 24. distin. qualis. 24. quæst. 2. nec quisquam. & supra eo. in præsentia. Ioan. And.

† Vide Alciatum li. 1. prætermissorum verbo, militia.

o ¶ Legalis.] C. de libr. cau. ea quæ. ff. de lib. cau. liberis §. fi. & l. cum necessitas. ff. de proba. l. circa.

p ¶ Comprobatur.] hoc vult dicere: hi qui portant talem habitum solent clerici esse: vnde iste putetur clericus sicut habitus demōstrat, vt qui similem cum alijs vitam suscipiunt, & ca. supra de statu mona. recolentes.

† Ex isto ver. no. ꝙ pendēte iudicio li qōne pendēte, principaliter mota quiescit. c. tuā or. cog. la ꝑsens. C. ad leg. Fabiam, de plag. nec interim laicus clericum relaxabit. Inn. ca. vt famę. Pe. de Anch. Font.

q ¶ Ex stigmate.] idē verbum habes 33. q. 2. hoc ipsum.

r ¶ Agnoscitur.] hoc habes. C. de fabrica. l. stigmata. lib. 11. Et dicitur Fabricensis qui publica arma facit, & in publicis fabricis, & non alibi: & dat primicerio qui reponat in publicis armamentis. Et est stigma instrumentum quo eorum brachia figurabantur, cui erat 60 impressum nomen Imperatoris: facies vero non figurabantur. C. de pęn. si quis. & est si. huic supra de crimi. fal. ad audientiam.

ADDITIO. Dicit Archid. quòd stigma est coctura igneorum vulnerum. Dicunt deriuatores. quòd est signum, character, cicatrix, coctura, inussio, q̄ fit calido ferro. ad Gal. 6. Stigmata domini mei Iesu in corpore meo porro. Ioan. And.

s ¶ Signati.] C. de aquædu. l. decernimus. ad fina. & annotatio est: quia singulis manibus eorum imprimitur nomen Imperatoris. Hydrophilaces 3. autem dicuntur ab hydria quod est vas vbi aqua defertur: vel hydro aqua, philattain, id est, custodire, inde Hydrophilaces, idest, custodes aquarum, & est si. quod de gazopilacio dicitur supra de proba. ca. 1.

3 Vide An. Alciatum in l. decernimus. C. de aquæductu. lib. 10.

a ¶ Cle-

a ¶ Clericali.] multo ergo fortius si ēt deprehensus sit in habitu laicali:& hoc denotat ꝙ dicit:quamuis, & c.& licet dicamus ꝙ vltima mora nocet.ff. de peri. & commo.rei uen.l.illud.hæc vltima possessio nō releuat in hoc quòd fiat remissio.

ADDITIO. Dicit Io.Mo.ꝙ est ratio digna no. quia hic plura faciebat contra ipsum quàm pro ipso, vt patet ī textu: & iō à pluribus denominabitꝰ, etiam secundum illum iudicabitur,ut no.ī.tit.proxi. c.ulti. Ioan.And.

[Glo.seq.primo signat contrariū, & soluit; secundo quærit opponendo:& dupliciter soluit.]

b ¶ Fecerit.] coram iudice ecclesiastico. Idem Io.Mon.& Archid.vt s̄.1.responso. & sic continētia causæ diuiditur ɔ̄ id s̄. de sequestra.cap.1. & est ideo:qa natura causę requirit alium iudicē de ordi.cogn.tuam q. fil.sint leg.lator. cum si. Sed detentus in sæculari curia quomodo litigabit coram ecclesiastico? Dic ꝙ forte relaxabitur datis fideiussoribus: sed nō propter hoc remittetur.infra eo. si clericos, in fi.uel litigabit per procuratorem; natura enim facti hoc habet, quod interdum per alium quis prosequatur causam.s̄.de iud.mulieres. de statu reg. c. vnico.ff.de custo.reo.l.diuus.hanc aūt fidem faciet per publicum instrumentum ordinationis suę.2.q.1.legum.ꝑ testes poterit etiam hoc probare.s̄.de cle.pereg.tuę.

ADDITIO.Idem Archi.vide quod dixi in regula, non licet.ī.de reg.iu.Io.And.

c ¶ Pręsumptionem.] no.qn̄ præsumptio est,non sufficit possessio:nisi fiat fides de titulo. & concor.s̄.eo. lib.de pręscri.c.1.

d ¶ Interim].i.pendente ꝓbatione de titulo clericali:est enim hoc ꝑiudiciale, de quo primitus debet cognosci,ut sciatꝰ, an ut clericus ab ecclesiastico,vel vt laicus a laico puniri debeat.& est si.C. de or.cog.l.ulti.3.q.11.in fi. Io.And.

e ¶ Processus.]ergo non solum iudicare prohibetur, sed etiam ꝓcedere,ad idem s̄.eo.lib. de hære.c.ut inquisitionis.§.penul.

STatutum.]Duo facit: Primo ponit ɔ̄stōnem ꝓrogātē: cui secundo decretū adijcit: ibi, Decernentes.

Et uide quā difficile est ꝓuidere malitijs:qa faciles erāt iudices excōicare cū participibus, emanauit decretalis,Statuimus.q̄ vetuit participantes excoicari maiori,nisi monitione præmissa:Faciebant iudices fraudem faciēdo monitionem generalem:& ɔ̄ hos ꝓuidit Greg.in ca.constitutionem.Sed demum iudices qui excommunicare non poterāt participantes, nisi nominatim monitos:sine monitione dicebant:excōmunico talem,& suspēdo a diuinis omnes sibi participantes: vel faciebant generalē monitionē de nō participādo sub pęna suspensionis uel interdicti.Io.And.

repertus fuerit in habitu clericali [a]: tunc enim restituēdus nō est, quousq; fidē de titulo fecerit [b] clericalı,cuius eidē ꝓbationis onus incūbat ꝑꝑ præsumptionē [c], quæ aduersus ipsum orta est ex delatione laicalis habitus procedenti.Contra eū tamen interim [d] quis ꝓcessus [e] iudicis penitꝰ conqescat.

¶ Idem.

¶ *Non tenet suspensio uel interdictum lata in participantes:non præmissa monitione canonica.h.d.Ioan. And.*

CAP. XIII.

STatutum [f] Gregorij [g] Papæ decimi factum ad declarationem constitutionis Innocentianæ [h], quæ prohibet participantes excōmunicatis ea participatione, quæ solum † minorem inducit [i], maiore excommunicatione ligari monitione canonica [k] nō præmissa:in suspēsionis & interdicti sententijs(quæ pro huiusmodi participatione plerunque ab ordinarijs,uel delegatis † iudicibus promulgātur)pręcipimus inuiolabiliter obseruari †:Decernētes easdem sententias nō tenere aliter [l] ꝓmulgatas.

¶ Idem.

¶ *Per negligentiam non prosequentis debito tempore appellationem, excōmunicatio post eam lata nō conualescit:sed poterit tunc denuntiari,& debebit uitari, donec de sententia nullitate docuerit.h.d.Io.An.*

CAP. XIIII.

LI-

CASVS.Dictum fuit s̄ in c.statuimus.eod.tit.ꝙ iudex nō potest excommunicare participantes cum excommunicatis a se maiori excommunicatione, nisi pręcesserit canonica monitio:Sed nunquid sine canonica monitione potest suspēdere vel interdicere participantes cum excōicatis a se maiori excommunicatione? Rn̄det ꝙ nō: qa idē est dicēdum in istis duabus sententijs sicut dictū fuit in snīa excommunicationis: uidelicet, ut non possit iudex suspēdere vel interdicere participantes cum excommunicatis, nisi præmissa monitione canonica.

[Prima glossa summat.]

f ¶ Statutum.] non tenet suspensio vel interdictum lata in participantes, non præmissa monitione canonica. hoc dicit. Io. Andr.

g ¶ Gregorij.] s̄.eod. tit.& lib.constitutionem.

h ¶ Innocentianę.] s̄.eod. tit. statuimus. istomet lib.

i ¶ Inducit.] dic ut dixi s̄.eod. constitutionem.

K ¶ Canonica.]quod dic vt sup. eo. cōstitutionem.

¶ Aliter.] scilicet non ꝑmissa canonica monitione nominatim:parificata igitur sunt in hoc excōicatio,suspensio,& interdictum.ad idem ī.eo.is cui.in fine. & concor.sup.eo.ti.c.1.§.hæc eadem.

† al.solā.

† Not. ꝙ delegatꝰ pñt excōicare, suspēdere, īterdicere:ꝙ quā hoc ī lr̄is d̄legationis nō exprimatur fm doct. vide no. s̄ e.statuimus.Fōt.

† Si tñ iudices procedant ɔ̄ istos aliter q̄ per censuras. tex.nō ꝓcedit:fm doct.post Io.An.qa supersūt alia remedia. Fon.

LIcet.]Primo obiectioni respondet. Secundo quæstionem soluit, ibi,Excommunicatus.

CASVS.Pone ꝙ fui conuentus coram iudice ecclesiastico,coram quo ꝓposui aliquam exceptionem declinatoriam : forte quod erat ɔ̄sanguineus aduersarij mei:uel aliquam exceptionem dilatoriam proposui : Iudex noluit admittere istam exceptionem: sed pronūtiauit ꝙ ea nō obstante procederet in principali : vnde appellaui in scriptis, & legitime expressa causa rationabili in mea appellatione : & petij cum debita instantia,ut mihi daret apostolos: qui iudex dedit mihi apostolos refutatorios,assignādo mihi terminū ad procedendum coram ipso in principali : qua die adueniēte nō comparui:ideo tamquam contumacem me excommunicauit:certum est,ꝙ si causa inserta in mea appellatione sit vera, nō sum excommunicatus. Accidit ꝙ non fui prosecutus meam appellationem: sed ipsa mea appellatio fuit deserta: q̄d debeo facere?Certe debeo redire ad excommunicatorē ad procedēdum in principali.Sed ponamus ꝙ causa inserta in appellatione mea ꝓpter quam appellaui,erat vera:& non fui prosecutus meam appellationem:licet causa quare appellaui sit uera, tamen pręsumitur falsa : ex quo nō sum prosecutus meam appellationem, ut est verisimile, quòd causa ista est falsa, & iudex dēt me (hoc non obstante) publicare excommunicatum. Sed nunquid in desertione appellationis potero probare quòd excommunicatio est nulla,qa appellaui ex cau-

sa

sa legitima? Certe sic: non tñ coram iudice ad quẽ appellaui, sed coram iudice à quo: sed interim me publicabit excõicatum, nisi petam beneficiũ absolutionis ad cautelã. Nota ex hoc, ꝙ quamtũcumque q̃s appellauerit à sñia interlocutoria iudicis inserta causa rationabili in appellatione, videlicet tali, q̃ si esset vera, dẽret legitima interpretari: ꝑp hoc nõ est suspensa iurisdictio iudicis à quo: sed ea appellatione non obstãte poterit in principali negotio ꝓcedere. Nota insuper principalem effectum ad quẽ emanauit præsens c. uide licet, ꝙ si appellans ꝑ negligẽtiam suã non prosequatur appellationem: sed appellatio efficiatur deserta: non propter hoc conualescit excõicatio ꝯ eum lata post appellationem legitimam: tamẽ est præsumptio de falsitate causæ appellationis.

cet [a] excommunicationis [b] sententia post appellationẽ legitimam [c] promulgata, per negligentiam appellantis appellationem suam minime prosequentis non ratificetur, nec etiam conualescat [d]: Excommunicatus tamen nominatim uel specialiter & expresse [e], qui post appellationem legitimam excommunicationis sententiam asserit in se latam: si appellationem eandem infra tempus † ad ipsam prosequẽdã [f] ab homine vel a iure statutum nõ fuerit (ut debuit) prosecutus, lapso eodem tempore excommunicatus publice nuntiari [g], & nedum in iudicialibus, sed ẽt in extraiudicialib⁹ euitari, ac a legitimis actib. remoueri debebit, quousque ꝙ post appellationem legitimam [h] excõmunicatus fuerit, uel aliàs [i] de ipsius sententiæ docuerit [k] nullitate.

¶ Idem.

¶ Prælatus capi faciens, & includẽs, et per laicos clericum nondum incorrigibilẽ, excommunicatus non est: nec ẽt ipsi capiẽtes. Secundo dicitur, si talis dat fideiussores de parendo iuri, detineri non debet: nisi iusta causa id suadeat. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. XV.

SI † CLE-

[Prima glossa ponit quid declarat, & summat.]

† Vide Abba. ĩ c. testimoniũ. extra de testib.

a ¶ Licet.] emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Ioan. Tan. Ber. & Moderni. ꝰ. de appell. sæpe. Et hoc dicit: ꝑ negligentiam non prosequentis debito tp̃e appellationem, excõicatio post eam lata, non cõualescit: sed poterit tunc denuntiari: & debebit vitari donec de sententię nullitate docuerit.

[Glo. seq. recit. per q. & solutionem.]

b ¶ Excõmunicationis.] licet de excõicatione exprimat: idẽ puto. (Idem Archi.) de sentẽtia suspensionis & interdicti, cum eadem sit ratio. ad hoc ꝰ. cap. proxi. & ꝰ. eo c. 1. & ꝗ. eo is cui. in fi. & ꝰ. de app. ad hęc quoniam & idem in qualibet sentẽtia, quæ nulla est ipso iure: ita ꝙ non esset necesse appellare. ꝰ. e. li. de re iu. c. ulti. quia tunc si condemnatus appellaret, & non prosequeretur, non propter hoc conualesceret sentẽtia eadem ratione. quod dico verum: nisi talis eẽt casus, quo ratificaretur per appellationem sentẽtia nulla, ut lata cum falso ꝓcuratore. ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus. de quo uide sup. de re iud. c. 1.

c ¶ Legitimã.] si causa fuit vera ex quo fuit legitima, sñia est nulla. ꝰ. eo. per tuas. sed nisi prius appareat de eius ueritate, non poterit denuntiari nulla: licet tunc posset fieri absolutio ad cautelam ꝰ. eo. ti. & li. uenerabilibus. § . sed si ex causa. & §. ult. si ergo fuit nulla: solo tractu tẽporis non potuit conualescere. ꝰ. eo. lib. de pespon. impu: c. vnico. & ꝗ. de reg. iur. nõ firmatur, cum suis concor.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

Infamia retro notatur ille, q appellatione interiectã non ꝓsequitur:

d ¶ Conualescat.] cõtra ff. de his qui no. infa. l. furti. ubi retro notatur infamia cõdemnatus de furto, qui appellationem nõ prosequitur. sic uidetur retro debere cẽseri excommunicatus ex quo appellationem nõ prosequitur. Sed non obstat, quia lex illa loquitur de appellatione emissa post sententiam ab ipsa sentẽtia: hic de appellatione emissa ante sententiam: unde ibi appellatio suspendit effectum sententiæ iam latæ. ꝰ. de iureiu. venientes. hic ante sententiam iurisdictio-nem suspendit: vnde sententia postea lata, non tenet propter iurisdictionis defectum.

A D D I T I O. Idem Archi. q. alleg. ꝰ. de ꝯsuet. ad nostram. & C. si a non compe. per totum. Ioan. An.

Excõicatio aliq̃n fertur in ꝑsonã incertam.

e ¶ Expresse.] interdum enim fertur sentẽtia excommunicationis in personam incertam. 5. q. 1. quidam. ꝰ. de offic. ord. si sacerdos.

f ¶ Ab homine.] de quo dic ut not. ꝰ. de appel. cum sit Romana. Ioan. And.

[Gl. seq. arguit negatiue: ponit opi. contrariam, quam coadiuuat, & coadiuuatio ni respondet.]

g ¶ Nuntiari.] nota non sequitur, iste denuntiatus est excommunicatus: ergo excommunicat⁹ est. hic enim denũtiatur qui forte excommunicatus nõ est. & facit ad quæstionem de qua dixi ꝰ. eod. lib. de excep. pia. Sed nunquid ad repellendum actorem sufficiat probari denuntiationem excõmunicationis? Videtur enim ꝙ non: ꝑ hunc textum, & per rationem dictam superius: cum illa decret. pia. dicat id probari debere apertissimis documentis. Hostien. tamen no. contrarium & ibi Arch. ut ibi dixi. & pro parte illa facit hęc decret. nam hic per talem denuntiationem uitatur a iudicialibus, & extraiudicialibus, & legitimis actibus, ut sequitur: licet forte excõicatus non sit, ut predixi. sic dicam ꝙ ex quo de denũtiatione non dubitatur, uitatur & repellatur ab agendo, donec ostendat se absolutum, uel sententiam nullam. sed si uolumus tenere primum: huic respõdetur, ꝙ hic non solum de denuntiatione, sed ẽt de sententia excommunicationis constabat.

† Vide Alc. cõs. 8. li. 1. inc. vr sup. 1. dubio. & cõsi. 149. 149. li. 6. incip. in causa inq̃sitionis.

h ¶ Legitimam.] idest, ex legitima & uera causa interpositam, ut superius dixi.

A D D I T I O. Hęc glossella procedit in appellatione interposita ante sententiam. Io. And.

i ¶ Alias.] tolle exempla quæ dixi supra eod. ti. & lib. pręsenti.

[Glos. seq. recitetur per contrarium, quod dupliciter soluit.]

K ¶ Docuerit.] potest exponi, id est docere cœperit: quia pẽdente probationis articulo, ab extraiudicialibus & legitimis actibus non repellitur, & sic cessabit cõtrarium decre. ꝰ. e. ti. & lib. solet. in fi. Vel dic illud habere locum in eo qui debito tp̃e appellationem ꝓsequitur: istud in eo qui prosequi neglexerit: vnde in pœnam euitabitur ab extraiudicialib⁹, donec docuerit, &c. & sic stabit proprie hoc uerbum.

1 Ad hoc q mat. ac cus. pos. insup. & ꝙ ibi no. in 2. glo. Ioã. An.

A D D I T I O. Idem Archid. qui etiam dicebat, ꝙ ꝑ denuntiatione iudicis prima facie præsumitur. de renun. in pręsentia. de elect. bonæ. ver. & pro his. licet ꝑ illam amplius non ligetur. de appel. pastoralis. in fin. Ioan. And.

SI clericos.] Sũt duæ partes. Secũda: ibi, Eosdem. Prima facit tria: soluit dubinm, quod dupliciter fortificat: ibi. Etiam per. & ibi, Licet. causam reddit: ibi,

Cum

ricos [a] tuæ iurisdictioni subiectos [b] propter commissos excessus, etiam per laicos capi facias, & eos (ne fugiant) in carcere, pœna [c] debita postea castigandos, includas: te vel capientes eosdem (licet nondum appareat incorrigibiles [d] illos esse) nulla credimus excommunicatione nodari [e]: Cum in his (nisi aliàs ex proposito excedatur [f] in ipsis) temeritas vel iniuria [g] nequeat deprehendi. Eosdem quoque clericos [h], si de parendo iuri tibi fideiussoriam [i] dederint cautionem, detinere non

Cum in his. Secunda dat regulam, à qua duos casus excipit ibi, Nisi.

¶ Et not. quòd dicit clericos in genere, non distinguendo an sint vel non sint in sacris: in modo tamen capiendi & detinendi debet in his haberi distinctio. 45. dist. cum beatus. Io. Andr.

¶ Pro intellectu huius cap. est præsupponendum quod habetur in cap. at si clerici. de iud. in antiq. videlicet quòd punitio clericorum spectat ad iudicem ecclesiasticum & non sæcularem. Et præsupponendum quod iudex ecclesiasticus non debet clericum detinere in vinculis.

CASUS. Est aliquis clericus, qui est suspectus de delicto, non tamen est incorrigibilis, iudex ecclesiasticus videns quòd nō potest eum capere propter potentiam ipsius clerici suspecti, vel forte quia non habet captionem extra septa domus episcopalis, mandauit iudici sæculari, vt talem clericum caperet & retineret in carceribus: quod fecit ipse iudex secularis: vtrū capiens & etiam episcopus mandans, & executores mandati fiāt excommunicati? videtur quòd sic: quia iniiciens manus violentas in clericum, & mandans incurrit excommunicationem. Hoc tamen non obstante respondet Romanus Pontifex dicens, quòd tales nō incurrunt sententiam excommunicationis. Sed ponamus quod ad mandatum iudicis ecclesiastici iudex sæcularis cepit talem clericum, & eum incarcerauit, & ad requisitionem iudicis ecclesiastici eum sibi restituit: iste clericus sic captus offert dare fideiussores de iudicio sisti: vtrū iudex ecclesiasticus debeat recipere istos fideiussores, & talem clericum relaxare siue elargire & dimittere? Respondet quòd sic: nisi crimen esset adeo graue, quòd verisimiliter timeretur de absentia istius clerici, quòd dimittat suos fideiussores & fugiat: quia tunc non esset liberandus, sed deberet manere in carceribus. Idem est de iure ciuili: quia criminosus non est detinendus in carceribus si offerat fideiussores: nisi crimen esset tam graue quòd timeretur de fuga criminosi. Nota primo, quod laicus capiens clericum de mandato iudicis ecclesiastici, non incurrit sententiam excommunicationis: quia illud non facit iniuriose & temere, sed licite. Nota illud ad quod alleg. præsens cap. quòd detinens clericum in carcere, incurrit sententiam excommunicationis: & pauci iudices in hoc euadunt sententiam excommunicationis: quia multoties propter malitiam detinent clericos corporaliter in carceribus suis, & sic incurrunt sententiam excommunicationis. Nota quòd criminosus captus pro delicto suo, si offert dare fideiussores, est demittendus.

[Prima glos. summat, diuidit, & dicit quid corrigit, & declarat.]

a ¶ Si clericos.] Prælatus capi faciens, & includens etiam per laicos, clericum nondum incorrigibilem, excommunicatus non est: nec etiam ipsi capientes. Secundo dicitur, Talis si dat fideiussores de parendo iuri detineri non debet: nisi iusta causa id suadeat. Et corrigit prima pars, quæ no. Ber. supra eod. vniuersitatis. in vlti. glos. & cap. vt famæ. & declarat quod ibi notant Moderni.

[Secunda glo. respondet per quæstionem.]

b ¶ Tuæ iurisdictioni subiectos.] cui loquatur non apparet: ideo dico decre. locum habere in quolibet iurisdictionem habente: siue de communi iure, siue priuilegio vel consuetudine. Ad idem C. de spor. l. vlt. & facit quod dixi sup. eo. lib. de pœnis. quamuis.

ADDITIO. Intellige glos. de habente iurisdictionem puniendi crimina, vt infra 4. glo. & in remissione quam dat si glo. & facit cle. 1. infra de celeb. Mis. ad fi. Ioan. And.

c ¶ Pœna.] quia carcer non est pœna, quod tamen dic vt sup. eo. lib. de pœnis, quamuis.

d ¶ Incorrigibiles illos esse.] huius contrarium not. Ber. in præd. glo. dicens, quòd si apparebat clericum incorrigibilem, capi poterat per laicos sine pœna: aliàs non, & sic etiam soluebat contrarium de decre. vniuersitatis. ad decre. vt famæ. supra eod. tu dic vt in sequenti glossa.

[Gl. seq. alleg. septē concord. signat vnum contrarium: ponit duas opiniones, quas reprobat: demum soluit.]

e ¶ Nodari.] concor. §. eod. vt famę. contra §. eod. vniuersitatis. vbi excommunicationem incurrunt abbas & laici, qui de ipsius mandato monachum verberabant. Ber. & Hosti. soluebant, vt dixi in glos. proxi. quod est falsum, vt hic vides. Alij dicunt [1] quòd decre. vt famæ. loquitur in epō: decre. vniuersitatis. in abbate: sed hoc patet falsum per istam decre. quæ loquitur in quolibet iurisdictionem habēte, vt dixi sup. gl. 2. Dic ergo quòd decr. vt famæ. & ista loquuntur in captione & inclusione, quæ de mandato prælati cuiuscunque, qui crimina punire possit, potest fieri etiam per laicos: licet ille nondum incorrigibilis appareat. decre. vniuersitatis. de verberibus loquitur, quæ si prælatus clerico vel monacho per laicum inferri iubeat, sed iniuriose, non est dubium, si in modum iustitiæ, vel disciplinæ (de regu. ca. vlt.) hoc tamen per laicum facere non debuit, sed per clericos, vel per semetipsum, si erat minor episcopo: & ideo mandans & mandatarius excommunicati sunt, vt ibi.

[1] Io. Mo. olim hoc tenuit: sed postea addidit vt sequitur in gl. Io. An.

f ¶ Excedatur.] ad idem sup. de rest. spo. olim. 1. in fi. & hoc vult dicere, si clericus captus quiete se duci permittit, & ducentes eum nō resistentē calce, pugno, vel alio modo percutiunt, vt iam vidi de facto: isti bene sunt excommunicati, hoc sonat littera.

ADDITIO. Imponenda est enim sequientibus frænis temperies. C. de custo. reo. l. 2. in fi. Io. And.

Sequētib. imponenda est tēperies frę ni.

[Glo. seq. alleg. duo iura, arguens ad quæstionem, & ponens tres solu. ipsius.]

g ¶ Iniuria.] 17. q. 4. si quis suadente. & sup. de senten. excom. contingit, & facit hęc littera ad quæstionē dominicalem de illo qui fugiēs inimicos obuiauit clerico equitanti, à quo equum petijt, vt fugere posset: quē cum ille negasset, sibi per vim abstulit, & postea remisit, an talis sit excommunicatus? Bart. Brix. in q. dominicali 82. quidam cum fugeret. opiniones posuit: quarū vna fuit, talem excommunicatum non esse: quia id nō fecerat diabolo suadente: ad cautelam tamen ab episcopo absolui poterat: alia fuit talem excommunicatū sed mitius puniendum. 50. di. presbyteros. §. quod metus causa. sacris. Tertia fuit Tan. quā ibi sequitur Bar. talem excommunicatum: sed propter id nulla pœna puniendum.

h ¶ Clericos.] idē in laicis, & bene etiam eodem modo dicit lex. ff. de custo. reo. l. diuus.

[Glo. pen. respon. per quæstionem.]

i ¶ Fideiussoriam.] ergo non nudam tantum. idem & multo fortius si pignora darēt [2], cum sit melius pignori incumbere, quàm in personam agere. inst. de ob. quæ ex deli. §. furti. & ff. de reg. iur. plus cautionis. Et qui se promisit satisdaturum, satisdat si pignora vel fideiussores det. ff. de consti. pe. l. promissor. in fine.

[2] Idē Archid.

a ¶ Causa rationabilis.] cum plures forte fuerint malefactores, vult vnum detinere, vt per eum veritatem manifestantem alios capere possit.
ADDITIO. Fa. 23. q. vi. ca. vl. s. de confess. ca. I. sup. eo. lib. de hære. in fidei. & c. accusatus. §. licet Ioan. And.

propter hoc intelligitur ecclesia interdicta: vnde alij clerici licite celebrant in illa. ad hoc. sup. eo. lib. de priuil. per exemptionem. in fi.
ADDITIO. Sed per eandem decre. vr ꝙ interdicta ecclesia, interdicti sint eius clerici, sicut exempti sunt exempta ecclesia. Sed contrarium sumitur inf. §. proxi. quo ad nõ culpabiles. & ad decret. per exemptionẽ. responde per regulam, in pœnis. inf. de regu. iur. & per decre. statutum. sup. de ele. eo. lib. Io. And.

SI sententia.] Sunt duæ partes, quæ patent, prima soluit dubium & excipit: ibi, Nisi: & solutionem declarat: ibi, Vnde. secunda: ibi, Cęterum. soluit secundum dubium duas limitationes interferens: ibi, Qui culpabiles, & ibi: Dummodo Tertio: ibi, Cum vero. soluit tertium, rationem interferens: ibi, Ne sententia.

CASVS. Ponamus quód clericus ciuitatis Pictaueñ. est interdictus, vtrum etiam populus? Respondet ꝙ non. Sed ponamus ꝙ ꝓpter delictum domini vel maioris huius ciuitatis fuit ciuitas interdicta: nunquid ciues q non sunt culpabiles possunt audire diuina extra ciuitatem? Respõdet ꝓ sic: non ãt in ciuitate. Sed ponamus ꝙ eps Pictaueñ. supposuit interdicto ecclesiastico populum istius ciuitatis, vtrum sola vniuersitas videat interdicta, vel etiam omnes particulares de populo sint interdicti; Respondet ꝙ non solum tota vniuersitas videtur interdicta, sed etiã omnes particulares ciuitatis. No. primo ꝙ licet de iure cõi sententia excõicationis non possit proferri in collegium siue vniuersitatem, tñ potest proferri sententia interdicti; & in hoc differunt sententia excõicationis & interdictum. Not. ꝙ interdicto clero alicuius loci, non vr interdictus populus: nec econtra, interdicto populo nõ vr clerus interdictus: Nam licet appellatione populi comprehendunt omnes ciues, nõ tamen comprehenduntur omnes homines alterius professionis, vt sunt clerici: Nã duo sunt genera hominũ: quidam sunt clerici, alij sunt laici. Not. ꝓ interdicto loco non videntur ciues siue habitatores loci interdicti: ideo extra locum interdictum poterunt audire verba diuina. No. effectum interdicti qñ profertur in personã videlicet, vt illi personæ, denegetur auditio diuinorũ officiorũ, & etiam denegetur sacramenta: tamen sacramentum baptismi, confirmationis, & pęnitentiæ possunt recipi ab interdicto, & etiam in loco interdicto.

No. primo quod operetur interdictũ in hominẽ: q talis non dẽt recipi ad diuina. No. ꝙ interdictum põt proferri ĩ vniuersitatẽ, licet secus sit ĩ excõicatione. s. eo. tit. & li. Roma na. §. vniuersitatẽ. Dominicus.

debet: Nisi excessus enormitas vel alia causa rationabilis [a] eos suaserit detinendos.

¶ Idem.

¶ *Interdicto clero non est interdictus populus, nec econuerso Interdicta ciuitate, propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipsam audiunt diuina. Interdicto populo singulares de populo intelligunt interdicti hoc dicit. Io. And.*

CAP. XI.

SI sententia [b] interdicti proferatur in clerum [c] nõ intelligitur nisi aliud sit expressum in ea, interdictus populus: nec etiam econuerso [d]. Vnde vno interdicto ipsorum, alius licite admittitur ad diuina. ¶ Cæterum cum propter delictum domini [e] vel rectoris, est ciuitas interdicta: ciues eiusdem (qui culpabiles non existunt, dũmodo & ipsi propter dominum vel rectorem puniendum in eis nõ fue-10 rint interdicti [f]) possunt extra [g] ipsam licite interesse diuinis. ¶ Cum vero alicuius terræ populus in terdicto nodatur, singula res ex eo personę, quas interdictas esse constat (ne sententia effectu ca-20 reat [h], cũ diuinorum auditio, & sacramentorum perceptio populo, vt vniuersis non competant [i]) non debent alicubi [k] (casibus expressis [l] à iure dũ-30 taxat exceptis) audire diuina, vel ecclesiastica recipere sacramenta.

¶ Idem.

¶ *Interdicta ciuitate suburbia & continentia ædificia dicuntur interdicta Et interdi-40 cta ecclesia, capella contigua & cœmeterium contiguum dicitur interdictum. hoc dicit Ioan. And.*

[Glo. seq. fortificat textũ per tria iura sibi contraria, & soluit.]

d ¶ Econuerso.] hoc idem probabat olim per decr. prædi. ex parte. vbi lata fuit sententia interdicti in clerũ & populũ. sed ibi vnũ esset superfluum, si interdicto vno, intelligeretur alterum interdictum. & ad idem s. de præben. cap. I. 64. dist. nosse. cum si. videt tamen arg. contra instit. de iur. nat. §. plebiscitum. vbi appellatione populi vniuersi ciues intelliguntur, etiam cõnumeratis patritijs & senatoribus: sed illi eiusdem professionis sunt: isti vero alterius. ad idem 12. quæst. I. duo sunt, sicut & expresso laico in rescripto per generalẽ clausulam, non conuenitur clericus, vt not. sup. de rescrip. sedes.

[Prima glossa summat, & dicit quid approbet, & declaret.

b ¶ Si sententia.] Interdicto clero non est interdictus populus, nec econuerso. interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipsam audiũt diuina: interdicto populo singulares de populo intelliguntur interdicti hoc dicit. Et approbat primum dictũ quod notat Host. sup. de priui. ex parte. super verbo: populum. Secundum & tertium declarant notata per Ber. Inno. & Host. sup. de priuil. quod nonnullis.

Interdicto clero alicuius ecclę ꝓp hoc nõ intelligitur ecclesia ĩ terdicta.

c ¶ In clerum.] interdicto clero alicuius ecclesię, nõ

e ¶ Domini.] nota qa secus si ꝓp delictum ciuium: & hoc etiam patet inf. dũ dicit q culpabiles nõ existunt.
f ¶ Interdicti.] aliud ergo est interdicere solum ciuita-50 tem, aliud ciuitatem & ciues; Aliud ciues tantum.] Et not. ꝙ pęna spirituali, scilicet interdicti bene punitur vnus per delicto alterius. de hoc 1. q. 4. in summa. 24 q. 3. in summa. si igitur sunt interdicti, audire non possunt diuina. inf. §. prox.
g ¶ Extra ipsam.] ciuitatem intelligas, & extra continentiam. inf. §. prox.
h ¶ Careat.] & sic violaretur neruus ecclesiasticæ disciplinæ: quod esse non debet. supra de consue. cum 60 inter vos. & sic not. intelligendum, vt res potius valeat quàm pereat. supra de verb. sig. abbate. ff. de re. du. l. quotiens.
i ¶ Non competant.] quia vniuersitas est res inanimata, in qua non cadunt talia. sup. eo. ti. & li. Romana in fi. 1 vbi autem tractamus de his quæ vniuersitati cõpetũt: ita dicitur illud esse penes vniuersitatem quod non penes singulos. ff. de in ius vo. l. sed si hac. §. q manumittitur canonizata. 13. q. 2. qui manumittitur. populus aũt est idem hodie, qui fuit ante centũ annos: vnde tunc interdicto populo & nondum relaxato, qui nunc est, dicitur interdictus. 7. q. I. denique. 16. dist. habeo. ff. de iudi. proponebatur.
k ¶ Alicubi.] etiam in loco non interdicto.
l ¶ Expressis à iure.] s. c. vlt. quo ad diuina. quo ad sacraméta habes s. de pę. & remis. ꝙ in te. & inf. c. quoniã.

1 Nã vt ibi satis scripsi, ista cadsit in aiam rationalẽ, & psonam verã nõ repræsentatam. Io. And.

Si ciui-

SI ciuitas.] Sunt duæ partes, secunda: ibi, Ratione. Prima soluit dubium, & obiectioni respōdet: ibi, Nam licet Secunda pars distinguit secundum membrum: ibi, Secus. Ioan. An.

CASVS. Ponamus ꝙ Papa vel legatus vel alius iudex ecclesiasticus supposuit hāc ciuitatem sub īterdicto ecclesiastico, non facta mentione de suburbijs, & burgo sancti Hylarij, quod non est de ciuitate: vtrum interdicta ciuitate dicantur suburbia esse interdicta? Rñdet ꝙ sic: ita ꝙ non est licitum populo audire diuina in suburbijs: aliàs interdictū esset modici effectus: nam habitatores de facili haberent accessum ad suburbia. Sed ponamꝰ ꝙ aliqua ecclesia est supposita interdicto: vtrum capellæ ipsi cōtiguę sint interdictæ? Rñdet ꝙ sic: & nō solum capellę, sed cœmeteriū proximum. Not. primo ꝙ differentia est inter ciuitatem, castrū, oppidum, vrbem, & villam: Nam ciuitas dr̄ ciuiū vnitas: & sic ædificia & structurę murorum non dicunt ciuitas, (sed cōgregatio hominum appellaī ciuitas) sed appellatur vrbs: nec est de substantia ciuitatis ꝙ ibi sit eps: Nam antequam essent epi, erant ciuitates: & administrabant epi cōiter, sed voluerunt contēdere inter se: ideo fuerūt dictincti: ita ꝙ vnus administraret infra certos limites: & sedes eius collocareī inter ciues. Castrum dr̄ quasi casa arcta: nam non debet esse diffusum, ne tēpore guerræ egeat magna custodia hominum & victualibus. Oppidum dicitur magnū & amplum castrum, & necesse est ꝙ sit amplū, vt homines tēpore guerrarū possint in eo retrahere bona sua. Villa stricte accipiēdo, accipitur pro illa parua casa, q̄ est in rure ordinata ad reponendū instrumēta agri, vt sunt aliqui in agris & vineis suis, qui hñt aliquā paruam casam, in qua reponunt instrumenta sua: sed large accipitur pro congregatione hominum se collocantium infra ædificia, quæ non sunt vallata muris, nec clausula murorum ambitu. Not. quòd in loco interdicto non est quis sepeliendus.

†Et an ap pſone ciuitatis, veniāt terrę sibi recomendatæ vide Anc. in cle. ne Romani. §. fane. de elect. vbi asserit nō venire, & q̄ sit rō, vide Curtiū Iuni. cōsi. 204. lib. 2. ti. 2 & q d veniat a pſone ciuitatis stra dit Fel. in c. Rodulphus. ex de rescri.

CAP. XVII.

SI ciuitas [a] †, castrum, aut villa subijciantur ecclesiastico interdicto: illorum suburbia [b], & continentia ædificia eo ipso intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta [c] videātur aliàs murorum ambitu terminari: hoc tamen casu ne vilipendi [d] valeat sentētia interdicti (quod fieret, si posset ī ipsorum suburbijs, vel continentibus [e] ædificijs licite celebrari vt prius [f]) expedit interpretationē fieri latiorē. ¶ Ratione quoque simile, si sit ecclesia interdicto [supposita †, vel] subiecta: nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio ipsius eidem ecclesiæ contiguis [g] poterit sepeliri [h]. Secus si ei contigua non existant [i].

[Prima glossa summat.]

a ¶ Si ciuitas.] interdicta ciuitate, suburbia, & cōtinētia ædificia dicuntur interdicta: Et interdicta ecclesia capella contigua & cœmeterium contiguum dicitur interdictum, hoc dicit.

dendum. Nec tunc etiam quo ad istos vel alios, qui circa hoc minime deliquerunt (vbi ciuitas, vel locus alius, seu vniuersitas interdicti existunt) facienda est relaxatio [a] interdicti, sed est eis solummodo iniungenda pœnitentia salutaris. ¶ Adijcimus præterea, quod singulis diebus in ecclesijs [b] & monasterijs [c] Missæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia, sicut [d] prius: submissa tamen voce, ianuis clausis, excommunicatis ac interdictis [e] exclusis, & cāpanis etiam nō pulsatis. Et tam canonici, quàm clerici ecclesiarum, in quib. distributiones quotidianæ illis, qui horis intersunt canonicis tribuuntur [f]: si ad officia non uenerint supradicta, distributiones easdem amittant: sicut interdicto perderent non extante, si diuinis officijs non adessent. ¶ In festiuitatibus vero Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecoste, & Assumptionis [g] Virginis gloriosæ, cāpanæ pulsentur, & ianuis apertis, alta voce diuina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis: quibus ob reuerentiam dictarum solemnitatum (& vt ipsi ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum † facilius inclinentur) præfatis diebus participationem per mittimus diuinorum: sic tamen quòd illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent [h]. ¶ Cæteris, quæ circa obseruationem interdictorum à nostris sunt prædecessoribus instituta, in suo robore duraturis: nō obstātibus quibusuis priuilegijs, ecclesijs, monasterijs, ordinibus, religionibus, seu personis ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus, exemptis & non exemptis, sub quauis forma vel expressione verborum ab Apostolica sede concessis [i], quæ contra tenorem præsentis constitutionis nullis volumus suffragari: cum quibuslibet tam sæcularibus, quàm regularibus sufficere debeat, vt tempore interdicti modo præmisso diebus celebrēt supradictis.

[Glossa sequens definit altercationem secundo quærit & soluit.]

g ¶ Assumptionis.] nota terminatam altercationem quærentium quod est solemnius festum: an festum Assumptionis, an festum Natiuitatis 3 virginis gloriosę: habet enim Ecclesia quòd sit celebrius festum Assumptionis, vt hic vides. & supra de obserua. ieiu. cap. 1. Sed in his festiuitatibus quantum poterit celebrari? Dic ꝙ in vigilia festi ad vesperas 4: quia tunc quo ad officiorum celebrationem incipit dies. 75. distinct. quod dic. & supra de fer. cap. 2. & credo ꝙ cōtinuare poterunt officium vsq; ad vesperas festiuæ diei inclusiue, completorium autem & reliqua post vesperas cantare non poterunt s̄m hanc formam per iura prædicta.

3 Vel Annūtiationis, de quo plus videbat. Io. And.

† al. effectum.

4 Idē Archi. & facit cle. 1. de reliq. & vene ī fi. & hoc ex obseruātia est indubitatū. I. And.

h ¶ Appropinquent.] Vberiorem gratiam igitur habebunt qui non peccauerunt, quàm ij qui peccaue runt 5: & merito nam & speciale est in hac sententia contra rationem iuris quòd alius pro alio puniatur. supra. de iniu. & damno dato. c. vnico.

5 Dicit Io. Mo. gratia effusa plus vel minus affluit put subiectū grā plus vel min⁹ se coaptat influenti. alle. q̄d not. 14. q. 1. positiones. & ff. de vsu & habi. plenū. §. 1. & §. equitij.

[Glo. seq. exemplificat, secundo soluit duo dubia.]

i ¶ Concessis.] erant fratres Minores, Prędicatores, & quidam alij priuilegiati, vt certis suis festiuitatibus celebrare possent tempore interdicti, interdum vsque ad octauas: hæc & similia priuilegia sunt reuocata: puto. [Idem Archidia.] etiam per hæc verba generalia reuocatum priuilegium Templariorum & Hospitalariorum quo in eorum iocundo aduentu semel in anno aperiebatur vna ecclesia in loco tēpore interdicti, & celebrabantur diuina. supra de priuileg. vt priuilegia. Et intelligas de prioribus priuilegijs, quæ respicit hæc constitutio, non de posterioribus: cum sibi vel successoribus legem imponere non potuerit: licet indicare potuisset. sup. eo. lib. de rescrip. cap. vlti C. de legi. digna vox. de elect. innotuit, antiq.

DE

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

Cõtinuatio dñi Heliæ.

¶ Dictum fuit supra per discursum titulorum præcedentium de varijs ꝯstitutionibus editis seu factis circa iudices, circa iudicia, circa clericos, circa matrimo & circa delicta: verũ quia aliquotiens dubitatur de significatione verborum positorum in dictis constitutionibus: ideo annectitur titulus præsens, de verborum significatione.

TITVLVS XII.

De verborum significatione.

¶ Innocentius quartus.

¶ *Declarat hic Innocentius quid significet uerbum priuilegij; Recepimus uos in proprios filios Ecclesiæ Romanæ. et quis locus dicatur esse desertus. hoc dicit. Io. And.*

CAP. I.

VEniens.] Ista decr. diuiditur in quinq; partes: Primo declarat quid cõferat priuilegium filiationis. Secundo ibi, illum. quis locus dicatur desertus, & circa ecclesias talium locorum quattuor articulos declarat: Tertio in §. Ceterũ. diffinit articulum decimarum: Quarto ibi, In alijs. fit reseruatio iuris episcopalis, & parochialis: Quinto ibi: Per declarationem. fit protestatio de iure vtriusque. Et scias prout infra tangit glossa quæ incipit, Sed in quo. quòd fratres Templi & Hospitalis in quæstione, quam habebãt cum Episcopo Tyberiacensi ꝓduxerunt q̃dam priuilegia Alexãdri, & Lucij, de quo rum certis verbis dubitabatur q̃d significarent: ꝙ hic in principio diffinit̃. Sed Innocentius tangit, & abbas [clarius, ꝙ hic loq̃tur de quodam ordine, qui dicit̃ sancti Iacobi, & est in Hispania: & sunt laici vxorati certis dieb. in septimana abstinẽtes a thoro vxorum: hñt tamen clericos in suo ordine: & sic legẽdo cessarent aliquæ obiectiones, de quibus infra dicet̃. Et quod in c. sequitur, ideo non summaui: quia non respicit titulum. Ioan. And.

CASVS. Romanus Põtifex, Hospitalarios S. Ioannis recepit in proprios & speciales filios sedis Apostolicæ, secũdum communem intellectum huius c. & super hoc fuit ꝯfectum instrumentum authenticum ad fidem super hoc faciendam: postea accidit, ꝙ aliqui istorum Hospitalariorum perpetrauerunt aliqua delicta, ratione quorum fuerũt cõuenti coram ordinario loci in cuius diœcesi perpetrauerãt delicta: qui Hospitalarij conuẽti excipiendo proposuerunt, quòd nõ tenebant̃ litigare coram diœcesano: quia erant exempti a sua iurisdictione: & ꝓduxerunt dictum instrumẽtum: Ad illud probandum dicebat diœcesanus, ꝙ per illa verba, Recepimus vos in ꝓprios & spãles filios: non erant exempti a iurisdictione ordinarij, & ꝑ consequens tenebant̃ coram eo litigare: Consultus Romanus Põtifex interpretando, seu declarando illa verba, respõdit, quòd per illa verba non videtur data fuisse eis exemptio a iurisdictione ordinarij: q̃d ergo important illa verba? R̃ndet Romanus Pontifex, ꝙ illi, q̃ sic sunt recepti in proprios & spãles filios Romanę ecclesiæ, nõ poterũt excommunicari, suspẽdi vel interdici a quoquam iudice, quã a Papa, uel eius delegato, & hoc importãt illa uerba: sed per hoc non sunt exempti a iurisdõne ordinarij. Sed ponamus, ꝙ Romanus Põtifex Hospitalarijs S. Ioãnis, dedit priuilegium, vt ipsi in locis desertis ad ipsos spectantibus, possint capellas ędificare sine licentia dięcesani: Itẽ ꝙ possent p̃sentare dięcesano clericos idoneos ad seruiẽdum in illis capellis: Dubitatum fuit de isto uocabulo, Desertis, q̃s locus diceret̃ desertus? Consultus Romanus Pontifex, respondet, ꝙ ille locus dr̃ desertus in hoc casu quantum ad propositum nostrum, q̃ non fuit cultus a memoria hominum a Christianis, vel Sarracenis, vel etiam si fuit cult⁹ a Sarracenis, nõ tamen a fidelibus a memoria hominum: tunc ille locus dr̃ desertus quãtum ad effectum priuilegij, vt ipsi Hospitalarij possint ĩ eo ędificare capellas, & vti priuilegijs a sede Apostolica sibi cõcessis in locis desertis. [Recepimus.] hucusque durãt illa verba: [In præmissis.] q̃a in alijs casibus dicitur desertum a tempore, quo quis renuntiauit appellationi: licet nõ sit lapsum tempus memoriam hominum excedens. [Subiecti.] licet dicti fratres haberent facultatem cõstituendi ecclesias in locis desertis, & instituendi clericos ibi: tamen quia nõ est commissa cura animarum ipsis clericis, ideo debent pręsentare diœcesano, ut committat illis curam animarum. Et licet isti Hospitalarij possint instituere clericos in illis capellis, institutione quæ dicitur institutio collatiua tituli: non tamen possunt instituere institutione auctorizabili: sed requirit̃ ꝙ adeant diœcesanum: vt dictum est. [Reseruato.] q̃a si isti Hospitalarij habeant proprias possessiones in locis desertis, quas possessiones ipsi colunt proprijs manibus uel proprijs sumptibus coli faciunt: ipsi soluũt decimas istis clericis sui ordinis, & non parochialibus ecclesijs. Sed utrum eorum clerici, qui recipiunt decimas, debeant soluere quartam episcopo? Respondet, ꝙ non: immo in hoc sunt priuilegiati, ut non soluãt aliquam portionem episcopo pro iure decimãdi: sed de alijs possessionibus, quas non colunt, nec coli faciunt ꝓprijs sumptibus, debẽt soluere decimas episcopo. [Derogari.] Hoc refert̃ ad primum dictum capituli: hoc est, per illa verba, Recepimus uos in speciales filios Romanæ ecclesiæ: non ꝓbant exẽptionem: tamen dixit Roma. Pontifex. ꝙ si isti fratres obtinuerunt a sede Apostoli. exemptionem, non intendit per hoc præiudicare alijs suis defensionib⁹, per quas possent ꝓbare exemptionem maiorem: sed solum intendit declarare ꝙ ꝑ illa verba, Recepim⁹ uos in ꝓprios & speciales filios sedis Apostolicæ, non probat̃ plena exemptio. Nota primo principalem effectum principij huius cap. videlicet, ꝙ per illa uerba: Recepimus vos in proprios & spãles filios Romanę ecclesiæ, nõ ꝓbatur plena exemptio: secus si Papa dixisset, recepimus vos in ꝓprios & spãles subiectos Romanæ ecclesiæ: ut in c. si Papa. de priuil. Nota ulterius quid importãt illa verba, Recepimus vos in proprios & speciales filios Romanæ ecclesiæ: nam importãt: ut illi fratres nõ possint excommunicari, vel suspẽdi, aut interdici ab alio quã a Papa, uel legato de latere. Et licet textus non faciat mẽtionem de suspensione, tamẽ est idem dicendum sicut de interdicto: nam suspẽsio est quoddam interdictum: ut dicit gl. Nota ꝙ locus dicitur desertus, q̃ a memoria hominum non fuit cultus, & talis cultus appellat̃ nouale. Et dicitur nouale, terra de nouo reducta ad agriculturam, q̃ non fuerat culta a memoria hoĩum. Et ponderanda est dictio, Hominum, per hoc enim soluitur quæstio vtrum illa terra dicat̃ noualis, quæ non fuit culta a cẽtum annis: nec fuerũt percepti fructus: sed tamen apparent sulci, & apparet ꝙ aliàs fuit culta? Dicendum, ꝙ nihilominus dicitur talis terra noualis. quia sulci non sunt in memoria hominum. Et sic licet in aliqua terra appareãt signa: dum tamen non fuerit culta a memoria hominum: illa terra dicitur noualis. Nota quòd quis non potest ædificare ecclesiam in loco non exempto sine licẽtia diœcesani. Quid si de facto ędificauit absq. licentia dięcesani? Dicendum quòd locus ille nõ debet destrui: sed dos applicabit̃ episcopo qui poterit de illa ecclesia disponere, & in ea clericũ instituere: nõ ad

præsentationem ędificantis, & illi clerico assignare illā dotē. No. ꝙ fratres S. Ioannis non sūt a iurisdictione diœcesanorum exempti, priuilegio clauso in corpore iuris: q̃a dicit textus, ꝙ bñ apparet, ꝙ fuerūt recepti ī ꝓprios & spāles filios Romani Pontificis: sed ꝓtestatur Papa, ꝙ nō intendit derogare eorū priuilegijs si habeant ampliora priuilegia. Nota unum casum, in quo decima non soluitur ecclesiæ parochiali, sed clericis illius ordinis: vt si fratres sancti Ioānis habeant possessiones, quas excolunt uel excoli faciunt proprijs sumptibus, non soluunt decimas ecclesijs parochialib⁹, sed clericis sui ordinis. Nota casum, in quo ēps non consequitur quartamdecimarum: videlicet a clericis fratrum sancti Ioannis. & hoc verum de decimis receptis a terris, quas excolūt ꝓprijs manib⁹, vel ꝓprijs sūptibus excoli faciūt: secus si dederint illas possessiones alij excolendas, uel in emphyteusim, uel ad perpetuum censum, ideo fratres S. Ioannis qui tradunt alijs suas possessiones, sub hac qualitate: tradimus tibi tales possessiones q̃ttatas & exemptas a solutione cuiuscumq; decimæ, male faciūt: nec illo modo possūt tradere suas possessiones: & hoc verum nisi habeant ampli⁹ priuilegium: nam priuilegium tantum ualet, quantum sonat.

† Pet. de Anch. negat ꝑ hūc tex. ꝓbari legatos cognoscere posse de causis exēptorū: q̃a hic est priuilegiū, non ius cōe, itē æq̃parat ordinarijs, q̃ exēptos non iudicāt: no. s̄. de of. leg. trāslationē. Font.

Nota etiam, quòd per receptionem in proprios filios, non conceditur exemptio: de quo uide supra de priuileg. si Papa. Nota finaliter argum. quòd legatus de latere potest se intromittere, de reseruatis Romano Pōtifici. de quo supra de offi. dele. quod translationem. Dominicus.

niens a: & infra. ¶ Per b illa uerba priuilegij: in speciales & proprios Ecclesię Romanæ filios vos recepimus: dictos fratres exemptos non c intelligi, & ipsos ex illo in proprios eiusdem ecclesiæ filios fuisse receptos, quòd ab alio, quàm a Romano Pontifice, uel legato ab eius latere d † destinato, interdici e, uel excommunicari, a quoquam non ualeant, declaramus. ¶ Illum locum desertum, in præmissis intelligimus, qui non habitatus penitus f neque cultus fuerit, uel ultra memoriam hominum (secundum indulgētiam Lucij) est sub Sarracenorum potestate detentus g, censentes ecclesias in talibus desertis locis a fratribus ipsis constructas, seu etiā construendas h, in eo plena libertate gaudere, ut secundum indulgentiam Lucij, nihil ab ipsis legis i diœcesanæ nomine valeat per episcopos exigi: quæ (secundum priuilegium Alexandri) non possunt interdicto, seu excōmunicationi supponi: quas in locis huiusmodi dicti fratres habeant potestatem (petita k a sede l Apostolica licentia) construendi, easque cum suis plebibus per suos clericos idoneos gubernent, qui ratione plebium examinandi m episcopis præsententur: ut ab eis n curam recipiant animarum, cum plebes episcopis sint subiectæ o. ¶ Ceterum dicti fratres decimas de laboribus & noualibus suis, quos proprii manibus aut sumptibus excolunt, & alijs bonis p sibi à Deo præstitis, conuentibus clericorum ordinis sui (à quibus q quarta, uel tertia nullatenus exigatur) cum integritate persoluant r, salua moderatione concilij

[Prima glossa summat.]

a ¶ Veniens.] Declarat hic Innocentius quid significet verbum priuilegij: Recipimus vos in proprios filios ecclesię Romanę: & q̃s locus dicat̃ esse desertus.

b ¶ Per illa verba.] quasi dicat, possent illi hēre alia priuilegia per q̃ essent exēpti, sed per ista nō sunt: est enim quædam declaratio, per quam nō præiudicatur alijs defensionibus, ut dicit in fi.

c ¶ Non intelligi.] Idem habes ſ. eo. li. de priui. si Papa. §. similiter. & vide ſ. de hoc in gl. sed in quo sunt isti priuilegiati.

d ¶ Latere.] nota igit̃ differentiam inter legatos de latere & reliquos. ad idem sup. de offi. leg. c. penul. & sup. e. ti. c. 1. Satis est ergo hic, ꝙ verba aliq̃d conferāt & aliquid operantur. supra eo. tit. abbate.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

e ¶ Interdici.] satis puto idem in suspensione: eum. illa sit quoddam interdictum: 1 & omnia ea continentur sub appellatione censuræ. supra eod. tit. quærēti. Et quod dicit, a quoquam, intelligo etiā ordinario. Nec obstat supra eo. lib. de priuileg. ne aliqui. quia ut ibi dicit̃, illa decreta. non habet locum in religiosis, quibus concessum est priuilegium tale ratione loci uel ordinis. ad idē sup. eo. lib. de priuilg. cap. 1. §. in eos.

1 Hoc patet s̄. e. ti. is cui, ꝯiū cto. 3. rū. cū 1. & 2. Ad idē s̄. ti. 1. c. 1. si q̃s. coniūctis, cū illa dec. sacro. eo. ti. dec. epo. rū. s̄. e. li. d̄ priui & decr. 2. s̄. e. li. d̄ of. del. lo. A.

f ¶ Penitus.] s. quia non est memoria, ꝙ habitatus, vel cultus fuerit a Christianis, vel Sarracenis: & idē in sequenti casu, scilicet quādo habitatus uel cultus fuerit, scilicet a Sarracenis.: nec est contrarij memoria. s. ꝙ a Christianis fuerit habitatus, uel cultus.

g ¶ Detentus.] supra de re iudi. abbate. eo. lib.

h ¶ Construendas.] petita licētia a Papa, ut infra uer. quas in locis.

i ¶ Legis diœcesanæ.] est lex diœcesana, & lex iurisdictionis, de quibus plene not. o q. 1. in summa. & supra de offic. ord. dilectus. suberunt ergo lege iurisdictionis præter id, ꝙ sunt exempti per priuilegium Alexādri, vt sequitur.

ADDITIO. Vnde sub diœcesanis poterunt conueniri secūdum Inno. & vide ꝙ not. supra eodem li. de priui. c. 1 in eos. in glo. 1.

K ¶ Petita.] intelligas & obtenta: confidenter aūt postulent: quia illam obtinebunt. supra eo. li. de cens. lib. Romana. ver. si vero.

l ¶ A sede Apostolica.] aliàs sufficit licentia diœcesani. de conse dist. 1. nemo. & concor ad hoc sup eo. lib. de priuil. auctoritate. vbi quo ad hoc distinguit inter loca exempta & non exempta.

m ¶ Examinandi.] ne ad animarum regimen promoueant̃ indigni: cum hoc casu promotori inferatur pœna sup. de ele. nihil est. est enim ars artium, regimen animarum. sup. de æta. & qual. cum sit.

n ¶ Ab eis.] scilicet diœcesanis episcopis.

o ¶ Subiectæ.] concor. sup. de præb. in Lateranen. & c. de monachis. & eo. li. & eo. tit. c. 1. supra de priuile. cum & plātare. §. cum in ecclesijs. Et tales rectores sic instituti sūt ꝑpetui uicarij, nequeuntes absq. causa rationabili remoueri. sup eo. lib. de capel. mo. c. 1.

p ¶ Bonis.] vndecūque proueniant, licite tamen acquisitis. de hoc 14. quæst. 5 in summa. sup. de deci. ex transmissa.

q ¶ A quibus.] clericis scilicet ordinis sui.

[Glo. seq. obijcit, & soluit exprimēdo sex, in quib. obtinent isti fratres.]

r ¶ Persoluāt.] sed in quo sunt isti priuilegiati quoad hoc

hoc: nonne isti fratres de iure sunt priuilegiati, quod non teneant ad decimas laborum & noualium. s. de deci. ex parte I. sunt. n. isti, de quibus hic Papa loquitur Templarij, Hospitalarij, Hierosolymitani: qui cum Tyberiacen. epo quęstionem habebant super diuersis articulis: in qua causa produxerunt priuilegia superius dicta. Sciendum est, quod isti fratres laici sunt ex ordine: quia ordinē clericalem non habent: quidam ex eis sunt milites. sup. de sentent. excom. canonica. alij sunt clerici. Isti igitur fratres de laboribus & noualibus, quæ colunt, soluent decimas sibi ipsis, I. id est, clericis fratribus ordinis sui; qui clerici quod de his decimis episcopo non dabunt, quartam, quam isti grauā aliàs de iure communi deberet habere. supra de offi. ordinari vno: di. conquerente. de præscri. de quarta. est enim quarta qua soluūt de lege diœcesana. supra de offi. ordina. conquerente. ad id quod nō qua nulli sunt exempti, vt supra vidisti. Si igitur bene tenent per aduertis per hæc sua priuilegia, isti obtinēt prius in eo quod decre. quia ex quo sunt proprij & speciales ecclesiæ Romanę ex parte. filij: ab ipso episcopo interdici vel excommunicari nō possunt. Item quòd ratione ecclesiarum per eos cōstructarū in locis desertis nihil lege diœcesana debent episcopo. Tertio, quòd propter eas excommunicari vel interdici non possunt. Quarto, quòd solum per suos clericos eas gubernant. Quinto, quod decimas laborum & noualium, & alia quæ colunt, clericis sui ordinis, & sic sibi ipsis soluūt. Sexto, quod de illis decimis quartam episcopo non soluunt. Ioan. And.

generalis [a]: In alijs [b] eorum possessionibus iure communi, seu quolibet alio ecclesijs parochialibus & diœcesano episcopo reseruato. Per declarationem [c] autem huiusmodi nolumus defensionib. alijs, seu iuribus partium derogari.

Marginalia: I Dicebat ergo Hos. & post eū est, Io. Mo. & Arc. isti grauā q soluūt id quod tenent per pd. decre. ex parte. Sed stati releuant i alio, q soluunt clericis ordinis sui: iuxta regulā s. paro. c. I. & ff. d. iu. iu. eū q. iprin. Io. And.

a ¶ Generalis.] supra de decimis, nuper. scilicet quòd de possessionibus quęsitis post concilium soluant decimas.

ADDITIO. Vnde dicebat Inno. quod hoc vult ista moderatio, quòd iste ordo S. Iacobi de quæsitis post concilium integras decimas soluat, intellige parochijs quibus debentur. Ioan. And.

b ¶ In alijs.] scilicet quas alijs colendas tradunt, vel ab alijs colendas recipiunt: Vel de quibus antequam fierent noualia magni prouentus proueniebant. Vel quæ sunt ipsorum quoad primeuum & directum dominium: tamen parochiani eas possident & tenent: pone habētes eas per emphyteusim. ad hoc supra de deci. dilecti. & c. licet. & supra eo. quid per nouale. ad fi. de acquisitis post concilium dixerat supra prox.

[Glo. seq. reci. per obiect. & solutionem.]

c ¶ Per declarationem.] Nota verbum, si ageretur de exemptione, & exemptio non probaretur, & pronuntiaretur contra opponentem, bene fieret præiudicium: saltem quoad eum, licet non quoad superiorem. supra de priuileg. cum olim. de restitutio. in integrum, cap. 2. quia si non appellatur a sententia priuilegiorum de nouo repertorum, non reuocatur sententia. supra de re iudicata, inter monasterium. & cap. suborta. sed hic non diffinitiue pronuntiat: sed declarat quodammodo interloquendo quid importent verba priuilegij: vnde licet per illud priuilegium, qui sunt recepti in filios, nō sint exempti: si habent alia priuilegia exemptionis, bene sunt exempti: vt dixi in principio, non enim pronūtiat illos exemptos vel non, sed declarat quid illa verba priuilegij importent. Idem in alijs casibus, de quib. supra dicitur.

Constitutionem.] Continet tria dicta, quæ patent in rubro. Secundum ibi, Cæterum. Tertium ibi, Statutum quoque. Et olim incipiebat Coniurationem, & fuit multum decisa. Ioan. And.

¶ In hoc c. ponuntur duæ declarationes. Primo quod quātum ad materiam cap. si forte. supra de electio. non est differentia inter euidēs & manifestum, sed idem significant. Secundo ponitur, quòd illi dicuntur coniuratores, qui se obligant ad non recipiendum aliquem auctoritate Apostolica in suis ecclesijs, & sunt vt conspiratores puniendi.

¶ Nicolaus tertius. †

† In plerisque antiquis codicib. et impressis ita Nicolaus quartus.

¶ Declarat manifestum & euidens esse synonyma, & idem significare, quo ad casum dec. de elect. si forte. Ioan. And.

CAP. II.

Constitutionē [d] felicis recordationis Gr. Pa

CASVS. Dicitur in cap. si forte. allega. quòd si inter cætera, quæ opponuntur electo, opponatur cui dens defectus, qui concernit personam suam: puta caret oculo, vel quia patitur defectum scientiæ, de illo est prius inquirendum: & si opponens deficiat in probatione illius: punitur ac si in probatione omnium defecisset. Sed quid si illud crimen seu vitium non sit euidens, sed manifestum: & potest probari. (Vnde euidens proprie dicitur quod semel factum semper durat. capit. euidentia. de accusationib. in antiquis. sed manifestum dicitur quod non durat in apparenti, sed tamen potest probari de facili) vtrum sit idem? Respondet Romanus Pontifex, quòd, sic quia quantum ad hoc euidens & manifestum idem significant. Sed ponamus quod canonici ecclesiæ Pictauen. simul conuenerunt, & adinuicem promiserunt mediante iuramento; & sic est coniuratio: vel sine iuramento, & sic est simplex conspiratio, quòd non reciperent expectantes auctoritate Apostolica, sed eos repellerent: vtrum tamquam conspiratores sint puniendi? Respondet quòd sic: Et si per modum statuti hoc fecerint, non valet huiusmodi statutum. Nota primo iuncta glos. differentiā inter euidens & manifestum: nam euidens accipitur pro notorio facti euidentis, quod cunctis apparet. Nota vlterius, quod licet capit. si forte. allegatum, dicat, quod si opponatur contra electum euidens defectus, quòd de illo est prius inquirendum: & deficiens in probatione puniatur, ac si in probatione omnium defecisset: Idem est dicendum de defectu manifesto: sed hoc poterat colligi in dicto capitulo, si forte, quia ibi fit mentio de defectu scientiæ: qui defectus proprie non dicitur euidens, sed manifestus: quia probatur faciendo debitam examinationem. Nota, quod differentia est inter coniurationem & conspirationem quia coniuratio est, quando plures simul conueniunt de stando contra aliquem, & suam conuentionem firmant iuramento: Sed conspiratio, est quando plures faciunt monopolium, & conueniunt de stando contra aliquem: sed conueniunt sine iuramento. Et dicitur conspiratio a con, quod est simul: & spiratio, quasi simul, id est, vna spiratio. Vel dicitur a con, quod est contra. Et tales coniurationes, & conspirationes, tam secundum leges, quàm secundum canones sunt prohibitæ. secundum leges est tex. in l. denuntiamus. C. de his, qui ad eccle. confu. l. vnica. C. de monopo. & imponitur secundum leges grauis pœna. Nota etiam tres modos, quibus potest prouideri dignitatibus: per electionem videlicet, promotionem, & postulationem. Nota finaliter, quod patiens defectum in memoria, vel intellectu, est inhabilis ad dignitatem. Et pondera: quia vult textus, quòd talis defectus possit esse euidens & manifestus. Dominicus.

[Prima glossa diuidit & summat: & dicit quid primo declaret.]

d ¶ Constitutionem.] Primo declarat manifestum, & euidens esse synonyma, s. idem significare quo ad casum decre. de elect. si forte. Secundo declarat conspiratores & coniuratores, qui iurauerūt & statuerūt de nō recipien-

recipiendo aliquem in canonicam ad mandatum Papæ, donec possent resistere. Tertio declarat tale statutum detestabile & illicitum multis ex causis. Secunda, ibi: Certum. Tertia ibi: Statutum quoque. Et declarat primum dictum vt supra dixi decre. supta. eod. libro. de elect. si forte. Et quæ ibi not. Gard. & Guilel.

a ¶ Lugdunensi.] sup. eo. lib. de elect. si forte. cuius verba ad litteram infra sequuntur vsque ad verbum, in illo. vbi ponit declarationem, & hæc omnia vsq; ibi, expone, vt ibi dixi.

b ¶ Defecisset.] vt supra eod. lib. de elect. cap. 1.

[Glos. seq. obijcit, soluit; solutionẽ fortificat.]

c ¶ Manifestum.] videbatur contra: quia constitutio, si forte. loquebatur in euidenti & non manifesto: & aliud videtur euidens, & aliud manifestum. Euidens enim est quod semper palam est & euidenter apparet. 1 Argumen. 1 Quæstio. 1. vt euidenter, & supra de accu. euidentia. ff. de cõtrahen. emptio. l. ea, quæ quod enim est in euidenti, nulla potest tergiuersatione celari. supra de coha. cler. & mulierum. ca. vlt. supra de offic. ord. c. ordinarij. §. ceterum. eod. lib. Manifestum vero aliquando probatione indiget. 11. q. 3. eorum. de hoc nota. 2. q. 1. manifesta. supra de cohab. cleri. & mul. vestra. Sed contrarium est verum per hanc constitutionem & merito: nam constitutio, si forte. requirit probationem examinis in euidenti defectu. & probatur manifestum, supra de electio. bonæ 1. C. si mi. se. ma. dix. l. 3. ibi Nisi palam & euidenter ex instrumẽtorum probatione, &c. & præterea hæc duo videntur synonyma. supra eodem tit. cum olim. Nam & si opponatur euidens defectus scientiæ, non palam hoc apparet: sed est necesse examinationem fieri: examinatione autem hoc fiet certum. 2. ff. si certum petatur. l. certum. immo etiam not. Guli. in decreta. si forte. quòd si obijciatur contra electum, quòd est omnino illitteratus, & ideo repellendus: licet non dicatur euidenter, vel manifeste: in exceptione habebit locum decreta. ipsius formæ: quia idem est verborum sensus, & ideo idem ius esse debet. supra de consti. translato. ff. ad legem Aqui. illud. & ad hoc facit insti. de excusa. tut. §. similiter eũ qui litteras nescit, &c. & formulæ verborum hodie sũt sublatæ. insti. de verbo. oblig. §. 1. C. de formu. & impetra. act. subla. l. 1. & 2. & verba non debent præualere sensui: sed econtra supra eodem tit. intelligentia. & c. propterea & 1. q. 1. Marcion. intelligamus ergo euidentem & manifestum, cuius probatio est in euidenti & manifesto: licet id in exceptionis forma nõ exprimatur: aliàs sequeretur quòd si dico electum cæcum, ex quo non addo euidenter vel manifeste, non haberet locum cõstitutio, quod esset absurdum.

d ¶ In visu.] vnde oculo carens non promouetur. 55. distin. si Euangelica.

e ¶ Intellectu.] ergo siue memoria, siue intellectu careat, non promouebitur ad dignitatem. 39. distinctio. Petrus.

f ¶ Ad intentionem constitutionis ipsius.] quasi dicat interdum bene sunt diuersa, vt dixi supra in gl. videbatur. in prin.

[Glo. seq no. ad quæstionem quam soluit distinguendo.]

g ¶ Statutum.] Ex hoc & ex eo quod dicitur in fine, videbatur, quod canonici possunt facere statuta, 3 dummodo aliàs sint licita. Solet dici, quòd capitulum sine episcopo statuta facere non potest, quæ tangant generalem statum ecclesiæ, vel tangant episcopum, vel eius iura. sic intelligatur de consu. cum consuetudinis. supra de ijs, quæ fi. a præl. nouit. ẽ enim prælatus caput, a quo non licet membrum recedere. de præscri. cum non liceat, & hęc vera sunt, etiam si capitulum talia statuat cũ archidiacono suo, vel prępposito, vel alio, qui post episcopum præsit capitulo. Si vero statuant super ijs, quæ non tangunt episcopum, vel statum ecclesiæ, sed sua singularia negotia: puta quod certis modis quotidianas obuentiones distribuant, vel quòd certo modo ad capitulum vocentur, puta per talem campanam, vel alio modo: vel quòd certis temporibus etiam non vocati veniant ad capitulum, vel his similia: satis potest dici, quòd super his tenet ipsius capituli constitutio sine episcopo aliàs licita, & legitima. ad hoc supra de rescriptis, edoceri. supra de constitutionibus, ex litteris ff. quod cuiusque vniuer. nomi. l. 1. § 2.

ADDITIO. Et de hoc scripsi post Compos. Inno. & Host. de const. cum omnes. in prin. & ibi videatur quo modo respondetur ad decre. cum dilectus. de cler. non resi. & vide quod scripsi de rescri. constitutus. super verbo, per decanum. Ioan. And.

h ¶ Prædicto modo.] scilicet cum procuratorio capituli & communibus expensis.

[Glo. seq.

---

pæ prædecessoris nostri, editam in concilio Lugdunensi a, vt si forte inter cætera, quæ obijciuntur electo, aut postulato, seu aliàs promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem scientiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat, de illo primitus cognoscatur: & si opponentem inuentum fuerit destitui veritate, à causæ illius prosecutione totaliter sit exclusus, & aliàs puniatur, ac si in obiectorum probatione omnium defecisset b: In illo, qui manifestum c defectum in visu d, auditu, & alijs corporis † sensibus, necnon & in memoria, & etiam intellectu e, opponit electo locum habere: ac quo ad intentionem f constitutionis ipsius, manifestũ & euidens, idem supponere declaramus.

¶ *Declarat conspiratores, & coniuratores, qui iurauerunt & statuerunt de non recipiẽdo aliquem in canonicum ad mandatum Papæ, donec possent resistere. Io. And.*

¶ Cæterum canonicos cuiusuis ecclesiæ, qui statutum g fecerunt solemniter, & iuramento firmarunt, quod ecclesiam suam, & seipsos, contra omnes impetrantes canonicatum ipsius ecclesiæ defenderent vsque ad ius vel sententiam, quantum possent ad iudicium domini Papæ, vel specialis mandati eiusdem: & quod communibus expensis, ac cum procuratorio sigillo capituli sigillato eadem defensio fieret: & quòd quamdiu aliquis de canonicis eiusdem ecclesię defensionẽ huiusmodi, & oppositionem vellet prædicto modo h subire, alij canonici non possent, nec deberent recipere in canonicum, nec habere pro canonico in capitulo, vel extra capitulum impetrãtem: Conspiratores, & coniuratores contra sanctam Romanam ecclesiam, ac libertatem, obedientiam, & auctoritatem ipsius, decernimus, & eosdem tamquam conspiratores, ac coniuratores, secundum sanctiones

---

Marginal notes:

† al. corporeis.

1 Macrobius sup somno Scipionis li. 2. charta 23. negari non potest q visus effirmat. I. A.

2 Sũt ergo paria aliqd esse vel leuiter posse fieri. certũ. ff. & dã infe. l. 1. §. Sabini. C. de adul. q̃. uis 1. Io. Andr.

Oculo priuatus nõ promouetur.

3 De materia huius gl. vi de Fel. in c. cũ oẽs. ex d̃ cõs.

[Glossa sequens primo ponit pœnam conspiratorum, & tres actus, a quibus repelluntur, & unde dicantur. Secundo tractat de prælato auctorizante. Tertio notat ad quæstionem.]

a ¶ Canonicas.] 11. quæstio. 1. coniurationum. & cap conspirationum. capitu. sequenti. & est pœna talium depositio, ut ibi. Item conspiratores repelluntur ab accusatione, denuntiatione, & testimonio contra eos, 1 contra quos conspirauerunt. 3. quæstio. 4. conspiratores. supra de accusatio. qualiter & quando. & c. cum oporteat. de simon. licet Hely. & c. per tuas. & cap. cum oporteat. Est autem coniurare simul, vel in unum iurare. Conspirare simul, uel in idem spirare, credo autem, quòd prælatus qui huic constitutioni per capitulum factę auctoritatem interposuisset, eadem pœna puniretur, omnia enim nostra facimus quibus auctoritatem impertimur. C. de ueteri iure enuclean. l. 1. vltra medium. & sup. eodem libro, de præben. si eum. & c. si Apostolicæ. Per hanc decretalem probatur, quòd per instrumentum probatur crimen: producitur enim publicum instrumentum, in quo continebatur quòd tales canonici tale statutum fecerint: per quod probabitur illos esse conspiratores. Ad idem supra eodem lib. de iureiuran. cum in positionibus. [Vbi etiā de hoc in quarta glossa.] 2. quæstio. 6. cap. ei qui §. diffinitiua. vers. nullus. supra de ijs, quæ fiunt a præl. quanto. in fi.

ADDITIO. Et facit quod not. ff. ad Turpil. in senatus. in prima glossa. & C. ad legem Aquil. con.

† al. ita: & Pōtificis Rom. &c.

1 Quid ꝗ alijs, vid de re iud. cū I. & A. in ult. gl. & ꝙ sup ea dixi.

† Al. ita: Nic. 4. Et vt hęc decre. Nico. 4. tribuenda, ut colligit ex extrauag. Io. 22. inci. glorio sā ecclesiā, ꝗ extat ipressa inter lras Apo. pro officio sanctissimę Inquisitionis.

† In antiquiorib' codicib' ēt ipressis ita: Exijt qui semi nat: & ꝟ. & mox subsequi tur decr. Priuil. ex prima ēt glos. hic, cōstat olī nō fuisse solitū apponi integram: sed decise. i. initiū tātum.

canonicas[a] puniendos.

¶ Statutum de non recipiendo aliquem ad Papæ mandatum multis ex causis est detestabile & illicitum. hoc dicit.

¶ Statutum quoque ipsum (quod capitulo prælibato & singulis eius personis libertatem[b], obedientiam eidem ecclesiæ Romanæ debitam exhibēdi saltem vsque ad sententiam & † Pontificum Romanorum iudicium, seu speciale mādatum liquido interdicit, promptum futurorum grauaminum & expensarum discrimē ingerens, contra legitimas sanctiones laudabile[c] votum execrantium lites vetat: iniustam litem mouere compellit, iniquæ controuersiæ seu liti cedendo, bonam fidem, seu cōscientiam agnoscere prohibet, & adigit ad peccandum[d]) conspirationem & cōiurationem continere contra libertatem & auctoritatem sedis Apostolicæ manifeste, ac aliàs detestabile prorsusque illicitum reputamus.

¶ Idem.

¶ Constitutio amplissima pene cunctas declarans hæsitationes, quæ circa diui Francisci regulam contingere possunt: præsertim an fratres Minores (quos Cordigeros uocant, illius regulæ professores sint ad omnia Euangelij consilia obligati. Et utrum aliquid proprium habere: & pecuniam recipere, legataque sibi relicta agnoscere ualeant: cum multis alijs ambiguitatibus hic luculentissime resolutis.

CAP. III.

Exijt qui seminat[e] † seminare semē suū: De sinu patris in mūdum veste scilicet humanitatis indutus Dei filius Iesus Christus uerbum Euāgelicum saturus in singulos probos & reprobos, insipientes & ignaros, studiosos & desides, & iuxta prophetam colonus futurus, in terra semen suum doctrinā Euangelicam sine delectu dispersit in omnes, qui omnia tracturus ad se, omnes saluare uenerat: qui tandem seipsum Deo patri pro salute omnium in redemptionis humanę pretium immolauit.

¶ Licet autem hoc semen in singulos communicatiua Dei charitate dispersum, aliud ceciderit † secus uiam, super corda scilicet dæmonum suggestionibus peruia: aliud supra petram, corda scilicet nullo fidei vomere penetrata: aliud inter spinas corda scilicet hominum diuitiarum sollicitudinibus lacerata: Et ideo vnum prauis affectibus cōculcatum: aliud aridum, quia gratiæ carebat humore: reliquum uero legitur inordinatis sollicitudinibus suffocatum. Aliud tamē mite cor & docile terra bona suscepit, hoc est Minorum fratrum mitis & docilis in paupertate, ac humilitate, per almum Christi confessorem Franciscum radicata religio: qui ex illo uero semine germinans, germen illud per regulam sparsit in filios, quos sibi, & Deo per suum ministerium in obseruatione Euangelij ge-

ita negantem. in prima glossa. vide disputationem in regula. semel malus. Ioan. Andr.

b ¶ Libertatem.] exhibendi, quod est infra.

c ¶ Laudabile uotū.] supra de syndi. cap. vnico. vnde nec dolum facit qui rem deserit, ut litem effugiat. ff. de aliena. iudi. mutan. causa fa. l. item si res. in fine. & magnum est commodum a lite recedere propter quod indebitum per transactionē solutum non repetit. C. de transa. l. 2. & ff. de condi. indebi. in summa.

d ¶ Ad peccandum.] ad quod statuto, consuetudine, vel iuramento adstringi non possumus. supra de consuetu. c. penult. & vlt. 22. quęstio. 4. in malis. & c. si aliquid. & per totum. ꝟ. de regu. iur. non est obligatorium. & c. in malis. supra eod. li. de iure. ca. 1.

ADDITIO. In dicto capitulo, non est obligatorium. habes casum legis, obuenire. ff. de pac. doct. quam hic alleg. Ioan. Monach. & Archidiaconus. Ioānes Andreæ.

e ¶ Exijt qui seminat.] Ne crederet aliquis hanc constitutionem esse sublatam: ideo sic decise hic ponitur, ut habeatur pro reseruata, & de ea loquatur procemium huius libri in fine, ut ibi dixi. Et quia sic decise venit sub bulla, & quia inf. etiam prohibetur glossari, prohibitioni parebo.

ADDITIO. Idem Archidiaconus dixit. Ioannes Monac. ideo sisto ratem. Illam tamen prohibitionem & eius pœnas Ioan. xxij. suspendit ad Apostolicæ sedis beneplacitum per constitutionem suam, quia nonnumquam. Ioan. Andreę.

Luc. 8.

Ioh. 1.

nerauit. Isti sunt filij, qui docente Iacobo verbũ ęternum Dei filium insitũ humanæ naturæ in horto virginalis vteri potens saluare animas, in mansuetudine susceperunt. Hi sunt illius sanctæ regulæ professores, quæ Euangelico fundatur eloquio † : vitæ Christi roboratur exemplo: fundatoris militantis ecclesiæ, Apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur. Hæc est apud Deum & patrem munda & immaculata religio, quæ descendens a patre luminum, per eius filium exemplariter, & verbaliter Apostolis tradita, & deinde per Spiritumsanctum beato Francisco, & eum sequentibus inspirata, totius in se quasi continet testimonium Trinitatis. Hæc est cui (attestante Paulo Apostolo) nemo decreto debet esse molestus, quam Christus stigmatibus suæ passionis confirmauit, uolens institutorem ipsius passionis suæ signis notabiliter insigniri. ¶ Sed nec sic contra fratres ipsos Minores & regulam, hostis antiqui cessauit astutia, quin potius contra eos nitens superseminare zizaniam, interdum æmulatores agitatos inuidia, iracundia, & indiscreta inscitia concitauit: mordentes fratres, & eorum regulam, quasi illicitam, inobseruabilem, & discriminosam, caninis latratibus lacerantes: non attendentes hanc sanctam regulam (vt prædicitur) præceptis ac monitis salutaribus institutam, Apostolicis obseruationibus roboratam, per plures Romanos Pontifices approbatam, & etiam per sedem Apostolicam confirmatam, tot diuinis testimonijs communitam, quæ credibilia facta sunt nimis in tot sanctis viris † in obseruantia huius regulæ agentibus & finientibus dies suos, quorum nonnullos sanctorum catalogo sedes eadem ex eorum vita, & miraculis fecit adscribi. Ac nouissime quasi diebus istis per piæ memoriæ Gregorium Papam nonum † prædecessorem nostrum approbatam esse ex euidenti vtilitate, quam de ipsa consequitur uniuersalis ecclesia, in generali Lugdunen. concilio declaratur. Nec nos minus attendimus, immo profundius cogitamus, sicut pensare debent subtilius ceteri catholicæ fidei professores: quia ipse Deus ordinem prædictum, & eius obseruatores inspiciens, sic eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari subsidio præseruauit, quòd nec ipsos fluctus tempestuosus allisit, nec animos in ordine ipso degentium constrauit: quin potius in vigore regulari concrescant, & amplientur in suorum obseruãtia mandatorum. ¶ Verumtamen, ut ordo prædictus (quibuslibet præcisis anfractibus) distincta & pura uigeat claritate, & sicut fratres eiusdem ordinis nuper in generali capitulo congregati prouiderant: dilectis Filijs Generali & nonnullis alijs Prouincialibus eiusdem ordinis Ministris, qui in capitulo ipso conuenerant, in nostra præsentia constitutis, cum ad plenam obseruationem regulæ eiusdem in uigore spiritus eorum feruere noscatur intentio: Visum est nobis (vt mordacibus huiusmodi mordendi vias præcluderemus) aliqua, quæ in ipsa regula uideri poterant dubia, declarare: nonnulla per prædecessores nostros etiam declarata, pleniori claritate differere: in aliquibus etiam regulam ipsam contingentibus puritati eorundem conscientiæ prouidere.

¶ Nos autem, qui à teneris annis ad ordinem ipsum affectus nostros † ereximus in illis succedendo: cum aliquibus eiusdem confessoris socijs, quibus eius uita, & conuersatio nota erat: super ipsa regula, & sancta ipsius beati Francisci intentione frequenti collatione tractauimus. Et tandem Cardinalis, ac postmodum eiusdem ordinis per prædictam sedem gubernator, & protector, & corrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminenti nobis cura palpauimus in Apostolatus officio, tam de pia intentione confessoris prædicti, quàm de his, quæ regulam ipsam & eius obseruantiam contingunt: ex prædictis longa etiam experientia informati, nostros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus. Et tam ea, quæ per eosdem prædecessores approbata & declarata esse noscuntur: quam etiam ipsam regulam, & eam contingentia, maturitate plena discussimus. Nonnulla in p̃senti serie statuimus, declarauimus, certius approbauimus, approbata confirmauimus, edidimus, & concessimus, plura etiam ordinando seriosius & clarius, quæ infrascriptis articulis plenius exprimuntur.

¶ In primus, quia (sicut intelleximus) ab aliquibus hæsitatur, an fratres eiusdem ordinis, tam ad consilia, quàm ad præcepta Euangelij teneantur: tum quia in regulæ prædictæ principio habetur: Regula & uita Minorum fratrum hæc est: scilicet, Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare, uiuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: tum ex eo, quòd in eadem regula continetur sic: Finito ve-

Marginal notes:

† Non tñ p oĩa, vt ĩ extrauag. qa quorũdã. §. adhuc. Fon.

Gala. 6.

† Quos ponit Anton. circa fi. 3 partis suę chronicę.

† Vel potius decimum. Iste Greg. x. cõcil. Lugd. celebrauit, ĩ quo fuerunt quingẽti epi. 240. abbates, & alij plã[?] circa mille, ut patet in chronicis

† Idẽ dicit Io. 22. i extrau. quorũdã. ver. nunc vero. post prin. Fon.

Regulam diui Fran. Nic. 3. declarare incipit. & primo, an illius pfessores sint ad Euãgelij cõsilia obligati, vide hic cle. exiui 1. §. cũ igitur. co. tit. Font.

ro anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare: tum etiam, quia in fine ipsius regulæ continentur hæc verba: Paupertatem, & humilitatem, ac sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus. Licet felicis recordationis Gregorius Papa nonus prædecessor noster hunc articulum, & nonnullos alios eiusdem regulæ declarauerit: quia tamen eius declaratio propter aliquorum insurgentium in fratres & regulam inordinatos vel mordaces insultus, & multorum postea emergentium casuum considerandos euentus, in aliquibus obscura, in aliquibus semiplena, & in multis etiam contentis in ipsa regula insufficiens videtur: Nos obscuritatem, ac insufficientiam huiusmodi, præfatæ interpretationis declaratione amouere volentes, & cuiuslibet ambiguitatis scrupulum in eisdem de singulorum mentibus plenioris expositionis certitudine amputare: Dicimus, quòd cum in principio regulæ non absolute, sed cum quadam modificatione, seu specificatione ponatur: Regula & vita Minorum fratrum hæc est: scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: quę tria eadem regula multum arcte prosequitur, & nihilominus alia nonnulla subnectit præcipiendo, prohibendo, consulendo, monendo, hortando, & sub alijs verbis ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum, de intentione regulæ liquere valet apertius, vt illud quod in professione quasi absolute subnecti videtur, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare; & quod in fine subiungitur: & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quòd firmiter promisimus, obseruemus: totum ad ipsius regulæ modificatum, vel determinatum, seu specificatum principium reducatur: videlicet ad obseruantiam Euangelij, vt prædicitur, per ipsam regulam in illis tribus modificatam, vel determinatam, seu specificatam: Cum non sit verisimile ipsum sanctum verbum ab ipso semel cum quadam modificatione, vel determinatione, seu specificatione prolatum, licet quasi succinctorie repetitum, voluisse in sui repetitione data sibi per eum modificatione, seu specificatione sine certa causa carere: Et vtriusque iuris argumenta nos doceant †, ea, quæ in principio ad medium, & ad finem: illa vero quæ in medio, ad finem atque principium; & ea quæ in fine, ad vtrumque, vel eorum alterum sæpe referri. Et dato, quòd absolute diceretur: omnino promitto sanctum Euangelium obseruare: cum † professor huiusmodi intenderet se ad omnem consiliorum obseruantiam obligare (quod vix aut numquam posset ad literam obseruare, propter quod talis promissio illaqueare profitentis animum videretur:) Clare videtur promissionem huiusmodi ad alium intellectum absque intentione promittentis non debere perstringi, nisi vt obseruantia Euangelij sic sicut tradita reperitur à Christo, videlicet, quòd præcepta vt præcepta, & consilia vt consilia à promittentibus obseruentur. Quem intellectum etiam in eisdem verbis habuisse idem beatus Franciscus in serie sui processus in regula patenter ostendit: cum aliqua Euangelica consilia indicat vt consilia sub verbis monitionis, exhortationis & consilij; nonnulla vero sub prohibitione ac verbo præcepti: per quod patet, quòd non fuit loquentis intentio †, quòd fratres ex professione huiusmodi regulæ ad omnia consilia, sicut ad præcepta Euangelica tenerentur: sed solum ad illa consilia, quæ in eadem regula præceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis æquipollentibus sunt expressa. Vnde nos ad fratrum eiusdem ordinis conscientias plenarie serenandas: Declaramus, quòd ex professione eiusdem regulæ fratres ipsi ad ea tantum Euangelica obseruanda consilia sunt astricti, quæ in ipsa regula præceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis ęquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla vero alia per Euangelium data consilia eò magis secundum exigentiam sui status tenentur plusquam cæteri Christiani, quò per statum perfectionis, quem per professionem huiusmodi assumpserunt, se obtulerunt Domino holocaustum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quæ in ipsa regula continentur, tam præcepta, quàm consilia, quàm cætera; ex voto professionis huiusmodi non aliter tenentur, quàm eo modo, quo in regula ipsa traduntur, vt scilicet teneantur ad eorum obseruantiam, quæ in eadem regula ipsis sub verbis obligatorijs indicuntur. Cæterorum vero obseruantiam, quæ sub verbis monitorijs, exhortatorijs, informatorijs, & instructorijs, seu quibuscumque alijs continentur: eatenus magis con decet de bono & ęquo eos prosequi, quò imita-

Declaratio regulæ sancti Francisci.

† Quæ vide in glo. sub. inf. eo. de re. iu. tit. pro xi. Font.

† al. ita: non professor, &c

An Cordigeri sint obligati ad obseruationem oĩum cõsiliorũ Euãgelij.

† Ecce ex verbis colligĩr intẽtio. Fõt.

imitatores tanti patris effecti, Christi semitas elegerunt.

Fratres Minores nõ possint habere aliquid proprij.

¶ Porro cum ipsa regula expresse contineat, quòd fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sitque declaratum per eumdem prædecessorem nostrũ Gregorium nonum, & nonnullos alios hoc seruare debere, tam in speciali, quàm etiam in communi: quam sic arctam abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insensata damnauerit astutia: ne fratrum eorumdem perfectionis claritas in talium imperitis sermonibus laceretur. Dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum, non tam in speciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria est, & sancta: quam & Christus viam perfectionis ostendens, verbo † docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte viuere, per doctrinæ, ac vitæ exempla in eos deriuarunt.

† Vidẽ ex ua.lo.22. inci.quia quorũdã. ti.de ver. figni. & Turre. in sum. de ec cl.li. 2. c. 12.ad 10. argum.

¶ Nec his quisquam putet obsistere, quòd interdum dicitur Christum loculos habuisse: nam sic Iesus Christus, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis: & sic in nonnullis alijs infirma humanæ carnis assumens (prout Euangelica testatur historia) non tantum carne, sed & mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, quòd in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in proprijs permansit excelsus. Sic & summæ charitatis dignatione ad actus quosdã nostræ imperfectioni conformes inducitur, quod à summæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Christus & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, sicut interdum & in fuga patet, & loculis: sed vtrumque perfecte perfectus existens, vt perfectis & imperfectis se viã salutis ostenderet, qui vtrosque saluare venerat: qui tandem mori voluit pro vtrisque.

† al. erroneę.

† Vide oĩno B. Th. 2. 2. quęſ. 186. art. 3. & li. 3. cõ Gentiles, c. 131. & aliquot sequen.

¶ Nec quicquam ex his insurgat erroneum †, quòd taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tamquam homicidæ sui, vel tentatores Dei viuendi discrimini se committant. Sic † enim seipsos committant diuinæ prouidentiæ in viuendo, vt viam non contemnat prouisionis humanæ: quin vel de ijs, quæ offeruntur liberaliter, vel de ijs, quæ mendicantur humiliter, vel de ijs, quæ conquiruntur per laboricium, sustententur: qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expresse. Profecto si (iuxta promissum Saluatoris) numquam deficiet fides Ecclesiæ: per consequens, nec opera misericordiæ subtrahentur: † ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuslibet videtur esse sublata. Et quidem vbi (quod non est aliquatenus præsumendum) hæc cuncta deficerent, sicut nec cęteris, ac nec ipsis fratribus iure poli in extremæ necessitatis articulo ad prouidendum sustentationi naturæ via omnibus extrema necessitate detentis concessa præcluditur: cum ab omni lege extrema † necessitas sit exempta: nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renuntiationem vsus rerum cuiquam videatur inducere: nam cum in rebus temporalibus sit considerare præcipuum, proprietatem, possessionem, vsumfructum, ius vtendi, & simplicem facti vsum, & vltimo tamquam necessario egeat, licet primis carere possit vita mortalium: nulla prorsus potest esse professio, quæ à se vsum necessariæ sustentationis, excludat: verum condecens fuit ei professioni, quæ sponte deuouit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium, & rerum sibi concessarum necessario vsu fore contentam. Nec per hoc, quòd proprietatem vsus, & rei cuiusque dominium à se abdicasse videtur, simplici vsui omnis rei renuntiasse conuincitur: qui inquam vsus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum, in vtendo prębet vtentibus nihil iuris: quinimo necessariarum rerum, tam ad vitæ sustentationem, quàm ad officiorum sui status executionem (excepto quod de pecunia infra subiungitur) moderatus vsus: sed secundum eorum regulam & veritatem omnimodam concessus est fratribus: quibus rebus fratres licite vti possent durante concedentis licentia, & iuxta id quod in præsenti serie continetur; Nec his obuiare dignoscitur, quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humane constituit; videlicet non posse vsum, vel vsumfructum à domino perpetuo † separari; quod ne dominium dominis (semper abscedente vsu) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decreuit. Retentio namque dominij talium

† Immo possent laici cõpelli officio iudicis eleemosynas facere. gl. ca. 1. d. 1. c. dño sãcto. 50. d. ca. exigũt. 1. q. 7. Abb. c. 1. de emp. & vendi. Font.

† De con se. d. 1. si cut. & ĩ. eo. d. 4. c. sanctũ. c. quod nõ est. cum glo. de reg. iu. Fon.

† l. oĩum. ff de vsufru. l. anti quas. C. eo. Font.

nij talium rerum cum concessione vsus facta pauperibus, non est infructuosa Domino: cum sit meritoria ad æterna, & professioni pauperum opportuna, quæ tanto sibi censetur vtilior, quanto commutat temporalia pro æternis. Profecto non fuit confessoris Christi regulam instituentis intentio: quinimmo contrarium in ipsa conscripsit, contrarium viuendo seruauit: cum & ipse temporalibus ad necessitatem vsus fuerit, & in pluribus locis in regula vsum talem licere fratribus manifestet. Dicit namque in regula, quòd clerici faciant diuinum officium, ex quo habere poterunt Breuiaria: ex hoc patenter insinuans, quòd fratres sui habituri essent vsum Breuiarij, & librorum, qui sunt ad diuinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur, quòd Ministri & Custodes pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales sollicitam curam gerant secundum loca & tempora, & frigidas regiones: sicut eorum necessitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres per congruum laboris exercitium ad otium euitandum: dicit, quòd de mercede laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant.

In alio quoque capitulo continetur, quòd fratres vadant pro eleemosynis confidenter. Habetur † etiam in eadem regula, quòd in prædicatione, quam fratres faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia ad vtilitatem & ædificationem populi: annunciando eis vitia, & virtutes: pœnam & gloriam. Sed constans est, quòd hæc præsupponunt scientiam: scientia requirit studium: exercitium vero studij conuenienter haberi non potest sine vsu librorum †.

† Vide Concil. Trid. sess. 5. de refor. c. 2

Ex quibus omnibus satis claret ex regula: ad victum, vestitum, diuinum cultum, & sapientiale studium, necessarium rerum vsum fratribus esse concessum.

† Libri sunt ad scientiã necessarij. vid. Old. cõs. 84. incip. An expediat habere multos lib.

Patet itaque sane intelligentibus ex prædictis regulam quo ad abdicationem huiusmodi, non solum obseruabilem, possibilem & licitam: sed meritoriam & perfectam: & eò magis meritoriam, quò per ipsam professores ipsius magis à temporalibus propter Deum (sicut prædicitur) elongantur.

¶ Ad hæc cum fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint, etiam in communi, & cum aliquid propter Deum ipsis offertur, conceditur, vel donatur, ea (si secus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, verisimiliter credatur intentio, vt rem huiusmodi oblatam, concessam, vel donatam perfecte concedat, donec auferat, à se abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum: nec sit persona, in quam loco Dei congruentius huiusmodi rei dominium transferat, quàm sedes præfata, vel persona Romani Pontificis Christi Vicarij, qui pater est omnium & fratrum Minorum nihilominus specialis: Ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium: cum patri filius suo modo, seruus domino, & monachus monasterio res sibi oblatas, concessas vel donatas acquirant: omnium vtensilium & librorum, ac eorum mobilium præsentium & futurorum, quæ & quorum vsumfructum, scilicet ordinibus vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem & dominium † (quod & felicis recordationis Innocentius Papa quartus prædecessor noster fecisse dinoscitur) in nos & Romanam Ecclesiam plene & libere pertinere hac præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus.

† De hoc dominio vide extraua. Io. xxij. Incip. Ad cõditorem canonũ. tit. de verbo. sig. & extrauag. Quorũdã eod. tit.

¶ Præterea loca empta de eleemosynis diuersis, & oblata, seu concessa fratribus sub quacunque forma verborum (licet fratres sibi cauere debeant, quòd huiusmodi verbis statui suo incompetentibus non vtantur) à diuersis seu pro indiuiso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, in quibus ipsi possidentes pro indiuiso, seu certas partes habentes, nihil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi reseruarint: similiter & in ius & dominium ad proprietatem nostram & Ecclesiæ prædictæ eadem auctoritate suscipimus. Loca vero seu domos pro habitatione fratrum à singulari persona, vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda, seu etiam offerenda (si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perseuerante tantum voluntate concedentis inhabitent. Ac illa libere, præter ecclesiam & oratoria ad ecclesiam destinata, & cœmeterium (quæ tam ad præsentia quàm ad futura in ius & proprietatem nostram, & prædictæ Romanæ Ecclesiæ simili modo & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta dimittant: In quorum locorum dominio seu proprietate nihil nobis vel præfatæ Romanæ Ecclesiæ retinemus omnino: nisi ea specialiter de nostro, seu ipsius Romanæ Ecclesiæ recipiantur

cupiantur assensu, & si in eisdem locis reseruauerit dominium sibi in concedendo concedẽs præter inhabitationem fratrum, speciale † dominium in ius Ecclesiæ sæpedictæ non transeat, sed potius plene liberum maneat concedenti.

† al. tale.

¶ Insuper nec vtensilia, nec alia præter eorum vsum ad necessitatem & officiorum sui status executionem (non enim omnium rerum vsum habere debent, vt dictum est) ad vllam superfluitatem, diuitias, seu copiam, quæ deroget paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eo animo vt ea distrahant siue vendant, recipiant, nec sub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occasione: quinimmo in omnibus appareat in eis quo ad dominium omnimoda abdicatio, & in vsu necessitas. Hoc autem secundum exigentiam personarum & locorum, Ministri & Custodes simul & separatim in suis administrationibus & custodijs cum discretione disponant: cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circunstantiæ plus minusve, ac aliter prouideri requirant. Ista tamen sic faciant, quòd semper in eis & eorum actibus paupertas sancta reluceat: prout ipsis ex eorum regula inuenitur indicta.

¶ Cæterum cum in eadem regula sit sub præcepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se vel per alios, denarios, vel pecuniam vllo modo: idque fratres in perpetuum seruare cupiant, & velut iniunctum necesse habeant adimplere: ne ipsorum puritas in huiusmodi obseruatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conscientiæ aliquibus aculeis stimulentur: Articulum istum propter detrahentium morsus profundius quàm nostri prædecessores fecerint, assumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes: Dicimus in primis, quòd fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineant, cum eis mutuum contrahere (ipsorum statu considerato) non liceat †: possint tamen ipsis pro satisfactione facienda pro eorum necessitatibus, quæ pro tempore occurrerint (cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieri commode tunc non posset) circa cuiuslibet obligationis vinculum dicere quòd per eleemosynas & alios amicos fratrum ad solutionem huiusmodi faciendam intendant fideliter laborare. Quo casu procuretur à fratribus, quòd ille qui dabit eleemosynam, per se vel per alium non nominandum ab ipsis, si fieri poterit: Sed ab eo potius iuxta suum beneplacitum assumendum, huiusmodi satisfactionem faciat in totum vel in partem, prout sibi Dominus inspirabit. Si tamen ipse hoc nollet facere, vel non posset, vel quia recessus eius 10 immineat, aut quia quibus hoc velit committere notitiam non habet fidelium personarum, seu quacunque alia occasione vel causa: declaramus & dicimus, quòd in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius obseruantia maculatur, si fratres ipsi alicuius vel aliquorum sibi curent 20 dare notitiam, vel aliquos seu aliquem nominare, aut etiam præsentare, cui vel quibus, si eleemosynam facienti placuit, committi possit executio prædictorum: ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infrascriptis: Ita tamen, quòd penes ipsum dantem, dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ, cum libera pote- 30 state reuocandi sibi pecuniam ipsam semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, plene, libere, ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec administrationem, seu dispensationem, nec contra personam nominatam vel non nominatam ab eis, cuiuscunque conditionis existat in iu- 40 dicio, vel extra, actionem, persecutionem, aut aliquod aliud ius intentent, qualitercunque persona prædicta in commissione huiusmodi se habeat: licet tamen fratribus suas necessitates insinuare ac specificare vel exponere personæ prædictæ, ac eam rogare quod soluat †. Possint etiam perso- 50 nam eandem exhortari ac inducere, quòd fideliter in re commissa se habeat, & animæ suæ saluti in commissa sibi executione prouideat: Ita tamen, quod ab omni eiusdem pecuniæ administratione seu dispensatione, & contra prædictam personam actione seu persecutione (vt prædictum est) fratres abstineant omnimodo. Si vero perso- 60 nam huiusmodi nominatam, vel non nominatam à fratribus (quo minus per se possit exequi quod prædicitur) contigerit per absentiam, infirmitatem, voluntatem, seu locorum distantiam, ad quæ ipsa nollet accedere, in quibus esset solutio seu satisfactio facienda, vel per occasionem aliam impediri, liceat fratribus cum conscientiæ puritate quandam aliam personam subrogandam ad præmissa in nominando, & alias (si ad

primam

† Quia ibidẽ meo fit tuum. quia pronomẽ fratri Minori nõ cõuenit. & hãc prouisionẽ circa pecuniã approbat. clem. exiui. ibi vide à §. Porro. vsque ad § Proinde. Font.

† Quid de hæredibus talis psonę vide §. e. §. eo casu. Font.

primum dantem non possit vel nolint habere recursum) cum ista persona facere, sicut supra proxima declarauimus eis licere cum prima. Duarum enim personarum ministerium per viam subrogationis (vt dictum est) communius & generalius videtur posse in prædictorum executione sufficere: cum prædicta satisfactio præsumatur posse celeriter expediri. Si tamen (vt interdum dictum est) propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, & conditiones seu circunstantias alias, casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum: liceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta negotij qualitatem (seruato modo prædicto) plures personas assumere, nominare, seu præsentare ad istud ministerium exequendum.

¶ Et quia oportet & expedit fratrum necessitatibus, non solum illis pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda (vt superius proxime dictum est) sed etiam imminentibus siue tales necessitates ingruentes immineant, quæ breui tempore expediri valeant, siue tales (licet paucæ comparatiue) quarum prouisio ex sui conditione necessario tractum temporis habet, vt in libris scribendis, ecclesijs seu ædificijs ad vsum habitationis ipsorum construendis, libris & pannis in locis remotis emendis, & alijs similibus, si quæ occurrerint, cum moderamine supradicto salubriter prouideri.

Sic in istis necessitatibus clare distinguimus: sic in eis fratres posse tute & salua conscientia procedere declaramus: videlicet vt ingruenti vel imminenti necessitate, quæ breui tempore, uel quæ interdum ex aliquibus circunstantijs non sic breui (vt supra in proximo casu dictum est) valeat expediri, tam quò ad dantem eleemosynam, quàm quò ad nominatum vel substitutum, in omnibus & per omnia (sicut in articulo solutionis pro necessitatibus præteritis faciendæ supra proxime declarauimus) procedatur.

In ea vero necessitate quantumcunque præsentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate sui (vt prædicitur) tractum temporis habet annexum † : quia in eo casu verisimile est, quòd tum ratione distantiæ locorum, quæ expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret: tum etiam circunstantiarum ipsius necessitatis ratione pensata, frequenter casus acciderent: in quibus ad expeditionem necessitatis huiusmodi oporteret quòd per diuersas manus & personas transiret pecunia necessitati huiusmodi deputata: quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalem pro ipsa necessitate pecuniam deputantem, seu etiam substitutum ab eo, & tertium etiam ab ipso substituto (si casus talis accideret) postea subrogatum, habere notitiam: declaramus & dicimus, quòd in hoc articulo, præter dictos duos modos in necessitatibus præteritis & ingruentibus, quæ possint breui tempore, vel interdum non breui (vt supra exprimitur) expediri (vt prædiximus) obseruandos, ad obseruandam ipsius regulę, ac professorum eius omnimodo puritatem: Quod si præsto sit eleemosynæ huiusmodi elargior, vel eius nuntius, qui possit hoc facere & velit: expresse illi prædicatur à fratribus, quòd sibi placeat (vt dominio talis pecuniæ cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam, penes ipsum semper vsque ad conuersionem † ipsius in rem deputatam libere remanere, vt in alijs duobus casibus superius dictum est) per quoruncunque manus pecunia seu eleemosyna ipsa tractetur, siue personas ab eo vel à fratribus nominatas, totum suo consensu, voluntate ac auctoritate procedat: quo assensum suum præbente prædictis, secure fratres re empta vel acquisita de illa pecunia, per quemcũque (iuxta modum annotatum superius) vti possint.

¶ Ad maiorem autem prædictorum omnium claritatem, hãc in perpetuũ valitura prouisionis serie declaramus, ꝙ fratres (præfatis modis, ut prædicitur, circa pecuniam in supportãdis eorum præteritis & ingruentibus necessitatibus obseruatis) nõ intelligantur nec dici possint per se vel per interpositam personam pecuniam recipere contra regulam, uel professionis sui ordinis puritatem: cum manifeste pateat ex præmissis, ipsos fratres non solum à receptione, proprietate, dominio siue vsu ipsius pecuniæ, verũ etiam à cõtractatione qualibet ipsius, & ab ea pecunia penitus alienos.

In eo vero casu, quando (antequam ipsa pecunia in licitum rei habendæ uel vtendæ cõmercium sit conuersa) concedentem pecuniam mori contigerit: si concedens in concedendo dixerit vel expresserit, quòd persona deputata pecuniam ipsam in necessarium vsum fratrum expenderet: quicquid de ipso cõcedente viuẽdo vel moriendo contingeret, siue concedens huiusmodi hæredem reliquerit, siue non: possint fratres ad personam deputatam (non obstante concedentis morte, vel hæredis con-

† Al. inexum.

† Quõ ... batilla vide Bar. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. Doctores Authẽ. hoc ius porrectũ. C. de sacros. eccle. Font.

tradictione) pro ipsa pecunia expendenda recurrere †, sicut poterant ad ipsum dominum concedentem.

† Obseruatis mō & forma. §. ita tamen.sup. eo. Fon.

Quia vero puritatem ipsius ordinis intima cordis affectione zelamus: cum in prædictis casibus ad determinatam necessitatem (vt prædicitur) per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari possit à fratribus, quòd si quid de pecunia ipsa (habita necessitate determinata) superrerit, consentiat ipse concedens, quòd residuum præfatæ pecuniæ in res alias pro alijs ipsorum fratrum prædictis necessitatibus conuertatur: quo non consentiente prædictis, ipsum residuum (si quod fuerit) restituatur eidem. Caueant tamen fratres quòd sollicite se coaptent, vt non plus scienter concedi consentiant, quàm verisimiliter æstimari possit rem necessariam, pro qua pecunia ipsa conceditur, valituram.

Et quia † prædictorum seriosa expositione à dante vel recipiente de facili posset errari, vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis, simplicitati aliquorum simplicium, saluti animarum hincinde securius consulatur: intellectum illum, qui satis in hoc casu à sane intelligente percipitur, præsentis ac in æternum valituræ constitutionis serie lucidamus: volentes illum ad communem deduci notitiam: videlicet quòd semper quando pecunia fratribus ipsis mittitur uel offertur (nisi expresse per mittentem vel offerentem aliud exprimatur) prædictis modis prorsus oblata intelligatur & missa. Non enim verisimile est aliquem eleemosinæ suæ sine expressione modum illum præfigere, per quem & donans merito, vel † illi, quorum necessitatibus intendit per donum huiusmodi prouideri †, vel effectu doni, vel suæ conscientiæ puritate fraudentur.

† Al. ita: Et quia in pdictorum, &c.

† Al. & illi.

† Al. prouidere.

Legata sibi relicta an possint fres Minores agnoscere. Vid. §. ad nostrā. in cl. exiui. & q̄ ibi dicat Card. in sua gl. in verbo. Scīto quæro & Bart. in suo tract. Min. Fo.

¶ Ad hæc, quia fratribus ipsis interdum in vltimis voluntatibus sub diuersis modis nonnulla legantur, nec expresse quid de his agendum sit, in regula vel prædecessorum nostrorum declarationibus continetur: ne in ipsis dubitari contingat in posterum, prouidendo legantibus, & fratrum conscientijs præcauendo: Declaramus, ordinamus & dicimus, quòd si testator modum secundum quem fratribus (eorum conditione inspecta) recipere non liceret, exprimat in legando, vt si legaret fratribus uineam vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo seruaret: à tali legato & eius receptione per omnem modum fratres abstineant.

Si vero modum licitum fratribus in legando testator expresserit, vt si diceret: lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & similia, ad hoc quòd per certam personam vel personas idoneas distrahantur, pecunia de rebus ipsis accepta, in ædificia vel alia fratrum necessaria conuertatur: aut in legando similibus modis vel verbis utatur. In hoc casu illud in omnibus & per omnia (consideratis eorum necessitatibus & moderaminibus supradictis) quantum ad fratres seruari decernimus, quod per nos est superius in concessis pecuniarijs eleemosynis declaratum. Ad quæ legata soluenda tam hæredes testatorum, quam executores se liberales exhibeant †: Et etiam prælati & sæculares, quibus de iure vel consuetudine prouisio ista competeret (cum expedierit) se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiam per modus licitos, & fratrum regulę congruos, intendimus prouidere, quòd hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur: ne pia defunctorum destituatur intentio: ac ipsi fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur: Si vero fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur: in hoc legato sic indeterminate relicto, in omnibus & per omnia intelligi ac seruari uolumus, & in perpetuum præsenti constitutione iubemus, quòd supra in pecunia seu eleemosyna fratribus indeterminate oblata vel missa, voluimus ac expressimus obseruari: videlicet, vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum, ita quòd nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

† Not. q iudex secularis īterponit se circa legata pia. Fon.

¶ Quia vero libros, & alia mobilia, quibus tam ordo quàm fratres vtuntur, quorum dominium (cum non sint dominij aliorum) ad præfatam Ecclesiam specialiter spectare dinoscitur, interdum contingit seu expedit vendi, vel etiam commutari, fratrum vtilitatibus & eorum conscientijs prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, ut commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum usum fratribus licet habere, de Generalium & Prouincialium Ministrorum in suis administrationibus coniunctim vel diuisim auctoritate procedat, quibus etiam de dispositione usus talium rerum concedimus ordinare.

Si

Si vero res huiusmodi æstimato prætio vendi contingat: cum fratribus ipsis per se vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat: ordinamus & volumus, quòd talis pecunia seu pretium recipiatur & expendatur in rem licitam, cuius vsum fratribus licet habere, per † procuratorem à præfata sede, vel à Cardinali gubernationem per ipsam sedem gerenti eiusdem ordinis deputandum iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis & ingruentibus ordinatum. De vilibus † autem mobilibus vel parum valentibus liceat ex præsenti nostra concessione fratribus (pietatis seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta & rationabili causa) obtenta super hoc prius superiorum suorum licentia, iuxta quod inter fratres in generali vel in prouincialibus capitulis, tam de ipsis rebus vilibus seu parum valentibus, & earum valore, quàm præfata licentia, scilicet à quibus & qualiter sit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra ordinem alijs elargiri.

† Tales procuratores reuocant per extrauag. ad conditorē. §. sursus F.

† Qūo cōsideratur vilitas rei, gl. est in verbo, vilitas, in cle. exiui, co. Font.

¶ Licet † autem contineatur in regula, quòd fratres habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, & videri possit illa fuisse instituentis intentio, quòd necessitate cessante pluribus non vtantur: declaramus, quòd possint fratres de licentia Ministrorum & Custodum coniunctim & diuisim in administrationibus sibi commissis, cum eis videbitur (pensatis necessitatibus & alijs circunstantijs, quæ secundum Deum, & regulam attendendæ videntur) vti pluribus: nec per hoc videantur à regula deuiare, cum etiam in ipsa dicatur expresse, quòd Ministri & Custodes de infirmorum necessitatibus & fratribus induendis sollicitam curam gerant, secundum loca & tempora, & frigidas regiones. Et quamquam prædicta regula contineat, quòd de fratribus induendis & necessitatibus infirmorum Ministri tantum & Custodes sollicitam curam gerant: & dictio illa, tantum †, adeo Ministros & custodes in hac cura perstringere videatur, quòd ab ea cæteros prima facie excludat: quia tamen sollicite considerare nos conuenit & tempus regulæ institutæ, quo fratres isti ad comparationem præsentem numero pauci erant, & forsan Ministri & Custodes uidebantur tunc ad ista pro curanda posse sufficere: ac nihilominus multiplicationes fratrum & moderni temporis qualitatem: nec sit verisimile beatum Franciscum institutorem regulæ vel ipsis Ministris & Custodibus impossibilitatis iugum voluisse præfigere, vel ex ipsius impossibilitatis consequentia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere: concedimus, quòd ipsi Ministri & Custodes possint per alios huiusmodi curæ sollicitudinem exercere. Debent etiam & alij fratres curam huiusmodi, quæ præfatis Ministris & Custodibus præcipue incumbit ex hac regula, cum sibi ab illis commissa fuerit, gerere diligenter.

† Vid cle. exiui. §. præterea. & extrauag. quorūdā. §. in primis. Fon.

† Not. q̄ consuetō ex rōne superuenienti ampliat. Nota secūdo, illud: concorda tēpora & mores: & concordabis scripturas. facit. §. nos & statum. inf. eo. Font.

¶ Continetur quoque in regula, quòd fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuote: Ita quòd (excluso otio animæ inimico) sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant. Quia vero ex verbo isto fratres ipsos de otiositate vitæ, & de regulæ transgressione improbe notare interdum hactenus aliqui sunt conati: nos morsus huiusmodi nefarios reprimentes: Declaramus, quòd consideratis verbis prædictis, & forma seu modo loquendi, sub quibus fratres ad huiusmodi exercitium inducuntur, non videtur ea fuisse instrumentis intentio, quòd vacantes studio, vel diuinis officijs, & ministerijs exequendis, manuali labori seu operationi subijceret, vel ad hoc illos arctaret: Cum exemplo Christi & multorum sanctorum Patrum, labor iste spiritualis tanto illi præponderet, quanto quæ sunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios vero qui se in prædictis spiritualibus operibus non exercent †, nisi tales aliorum fratrum licitis seruitijs occupentur, (nec otiose viuant) verba prædicta declaramus extendi: Nisi & tales tam excellentis & notabilis contemplationis & orationis existerent, quòd merito propter hoc non essent à tanto bono pro huiusmodi exercitio subtrahendi. fratres enim quicunque studio vel diuinis ministerijs non vacantes, sed aliorum fratrum studio, vel alijs diuinis officijs & ministerijs vacantium seruitijs inhærentes tantum, pro seruitijs eisdem cum ipsis quibus seruiunt, sustentari merentur: quod astruitur illa æqua lege, qua strenuus pugnator ille Dauid iuste decreuit, videlicet, quòd descendentium ad prælium, & remanentium ad sarcinas portio æquaretur.

Fratres Minores ad laborē teneantur. Et an religiosi manibus operari teneanē vide oīno B.Th.2.2. q 187. ar. 1.

† Hoc est, nō cōcionātur ad plebē, nō psallunt, non legunt. Fō.

Lib. 1. Re c. 30.

¶ Verum quia expresse continetur in regula, quòd fratres non prædicent † in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: nos in hoc & deferentes regulæ, & nihilominus auctoritatem Apostolicæ

† Vid oīno conc. Tri. ses. 5. de refor. c. 2 & ses. 24. de refor. c. 4.

stolicæ plenitudinis conseruantes, dicimus, quòd prædictum verbum ad litteram sicut regula ipsa protulit, obseruetur: nisi per sedem Apostolicam circa hoc pro vtilitate populi Christiani sit concessum vel ordinatum aliud, vel in posterum concedatur, seu etiam ordinetur. Et quia in eodem capitulo regulæ immediate subiungitur, quòd nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi à Ministro generali fuerit examinatus, & etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium sibi sit concessum:

Nos & statum præteritum ipsius ordinis in paucitate sui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarum (vt concedet) aduertentes: concedimus nedum Generalem examinare & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus personæ idoneitatem & prædicationis officium licentia ipsa respiceret, prout in regula continetur: verum etiam Prouinciales Ministri hoc possint in capitulis prouincialibus cum Definitoribus, quod etiam hodie obseruari dicitur, & in fratrum priuilegijs contineri: quam quidem licentiam præfati Ministri reuocare & suspendere valeant & arctare, sicut quando id eis videbitur expedire. Sed quoniam in desiderijs nostris hoc geritur, vt ad Dei gloriam salus proficiat animarum: ac dicto ordini, per quem iugiter ad amorem diuinum affectio Christianæ religionis accenditur, meritum & numerus augeatur: concedimus & præsenti statuto firmamus, licere non solum Generali, sed etiam Prouincialibus Ministris, personas fugientes à sæculo in fratres recipere: quæ Ministrorum Prouincialium licentia per ipsum Generalem (sicut expedire viderit) possit arctari. Vicarij vero Prouincialium Ministrorum ex officio vicariæ licentiam hanc sibi nouerint interdictam: nisi per Ministros eosdem (quibus hoc posse committere Vicarijs & alijs licere decernimus) hoc ipsis Vicarijs specialiter committatur. Caueant tamen ipsi Prouinciales, quòd hoc non indiscrete, non passim, sed sic considerate committant, vt illos quibus hoc committi contigerit, fidelibus consilijs fulciant, quæ omnia discrete procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem: sed illi tantum, qui suffragantibus eis litteratura, idoneitate, vel alijs circunstantijs possint vtiles esse ordini, sibique per vitæ meritum, ac

Ad ordinē B.Francisci recipiēdi quales esse debeant.

alijs proficere per exemplum. ¶ Insuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo quòd in regula dicitur, vt decedente Generali Ministro, à Prouincialibus Ministris & Custodibus in capitulo Pentecostes fiat electio successoris, omnium custodum multitudinem oporteat ad generale capitulum conuenire: aut (vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur) sufficere possit, vt aliqui de singulis prouincijs, qui vocem habeant aliorum, intersint: Taliter respondemus, vt scilicet singularum prouinciarum custodes vnum ex se constituant, quem cum suo Prouinciali Ministro pro seipsis ad capitulum dirigant, voces aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per seipsos, statutum huiusmodi duximus approbandum. Quod idem prædecessor noster Gregorius nonus in casu huiusmodi dicitur respondisse.

Ministro Generali dcedēte, qui dēnt ad electionem conuenire.

¶ Denique † quia continetur in regula supradicta, quòd fratres non ingrediantur monasteria monacharum, præter illos quibus à sede prædicta concessa fuerit licentia specialis: quamquam hoc de monasterijs pauperum monialium inclusarum fratres attentius intelligendum esse crediderint, cum eorum sedes præfata curam habeat specialem, & intellectus huiusmodi per constitutionem quandam tempore regulæ datæ, viuente adhuc beato Francisco, per Prouinciales Ministros fuisse credatur in generali capitulo declaratus: ijdem fratres certificari nihilominus postulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de illis solum monasterijs monialium prædictarum debeat intelligi?

† Vide cō ci.Tri.ses. 25.tit. de regularibus &Monialib.ca. 5.& extra uag.PijPa pę v.inci. Et sic Mēdicantiū.

Nos vtique generaliter id esse prohibitum de quarumlibet cœnobijs monialium respondemus: & nomine monasterij volumus claustrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca, vbi homines sæculares conueniunt, possunt fratres illi causa prædicationis vel eleemosynæ petendæ accedere: ijs quibus id à superioribus suis pro sua fuerit maturitate vel idoneitate concessum, exceptis, seu pro prædictarum monasterijs inclusarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas sine sedis eiusdem licentia speciali: quod etiam ipsum idem prædecessor noster Gregorius nonus, in eo casu dicitur respondisse. ¶ Cæterum † sanctæ memoriæ confessor Christi Franciscus mandasse dicitur circa vltimum vitæ suæ

† Franciscus beatus prohibuit ī extremis suā regulam glossari,& literas Apostolicas super ipsius relaxatiōe impetrari.

(cuius

(cuius mandatum, ipsius dicitur testamentum) quòd verba ipsius regulæ non glossentur, & (vt verbis vtamur eiusdem) quòd sic vel sic intelligi debeat, non dicatur: adijciens quòd fratres nullo modo litteras aliquas ab Apostolica sede petant: & alia quædam interferens, quæ non possent sine multa difficultate seruari: propter quod fratres hæsitantes, an tenerentur ad obseruantiam testamenti prædicti, dubitationem huiusmodi per eundem prædecessorem nostrum Gregorium nonum petierunt de ipsorum conscientijs amoueri: qui (sicut asseritur) attendens periculum animarum, & difficultates, quas propter hoc possent incurrere, dubietatẽ de ipsorum conscientijs amouendo, dixit fratres ipsos ad ipsius mandati obseruantiam non teneri: quod sine consensu fratrum & maxime Ministrorum, quos vniuersos tangebat, obligare nequiuit, nec successorem suum quomodolibet obligauit: cum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præsentem articulum nihil duximus innouandum.

¶ Ad † hoc à nonnullis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa declarationem ipsius regulæ, & ipsam regulam contingentia, diuersas litteras intelleximus emanasse. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipsam, & fratres quieuit insultus: nec per ipsas litteras statui fratrum prouidere † in multis in quibus de nouo vel aliter necessario prouidendum esse multorum postea casuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque ne litterarum huiusmodi & præsentis constitutionis diuersitas vel intellectus aduersitas in prædictorum obseruatione fratrum animos perturbaret: & vt plenius, clarius, & certius eorum statui & obseruantiæ prædictæ regulæ consulatur in omnibus & singulis illis articulis, quos constitutio ipsa continet, quamquam ipsi vel eorum aliqui contineantur in alijs litteris Apostolicis supradictis: Hanc nostram constitutionem, declarationem, seu ordinationem tantum a fratribus ipsis præcise ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam.

† Hõc. §. & §. & qa sub colore. allegat Bal. referẽtehic Ihili. in Auth. si qua mulier. C. de sacro. eccl. ꝑ statutis vetantibus se glossari. idem Bald. l. nõ dubium. de leg. Fõ.

† Al. prouidetur.

¶ Cum igitur ex prædictis & alijs per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta, & obseruabilis, nec vlli patens discrimini euidenter appareat: illa & omnia suprascripta per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata etiam & suppleta, de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus existere perpetuæ firmitatis: in virtute obedientiæ districte præcipientes, quòd hæc constitutio sicut ceteræ constitutiones, vel decretales epistolæ legatur in scholis. Et quia sub colore liciti, nonnulli contra fratres ipsos & regulam, in legendo, exponendo, atque glossando possent dirum virus suæ iniquitatis effundere: ac ipsius constitutionis intellectum ipsum in diuersas & aduersas sententias producentes suis adinuentionibus deprauare: & opinionum diuersitas, ac distorsio intellectus multorum pios animos posset inuoluere, & à religionis ingressu multorum corda subtrahere: talium detrahentium vitanda peruersitas cogit nos viam ipsis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc constitutionem legentibus præfinire.

¶ Itaque sub pœna excommunicationis & priuationis officij ac beneficij districte præcipimus, vt præsens constitutio cum ipsam legi contigerit, sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad litteram: concordantiæ, contrarietates, seu diuersæ, vel aduersæ opiniones à lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur. Super ipsa constitutione glossæ non fiant (nisi forsan, per quas verbum vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi Grammaticaliter ad litteram vel intelligibilius exponatur.) Nec intellectus ipsius per legentem deprauetur in aliquo, seu distorqueatur ad aliud, quàm littera ipsa sonat. Et ne secundum prædicta contra detractores huiusmodi opporteat vlterius laborare: vniuersis ac singulis cuiuscũque præeminentiæ, conditionis, aut status, districte præcipimus, ne contra prædictam regulam & statum fratrum prædictorum, seu contra præmissa per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata, suppleta, approbata, & etiam confirmata, dogmatizent, scribant, determinant, prędicent, seu praue loquantur publice vel occulte. Sed si quid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit, ad culmen prædictę sedis Apostolicæ deducatur, vt ex auctoritate Apostolica sua in hoc manifestetur intentio: cui soli concessum est in his statuta condere, & edita declarare.

Excõicatio fulminatᷓ glossantes istam decretalẽ nõ obstãtibus quibuscunq; priuilegijs, cuius excõicationis absolutionẽ sibi Papa reseruat.

¶ Glossantes vere in scriptis constitutionẽ ipsam aliter, quàm eo modo, quem diximus: Doctores vero insuper & lectores dum docẽt in publico, ex certa scientia & deliberatè intellectum constitutionis huiusmodi deprauantes, facientes quoque commentum, scripturas, seu

PRiuilegium.] Non diuiditur: quia pendet vsque ad vltimam dictionem.

CASVS. A sede Apostolica fuit concessum priuilegium quibusdam religiosis: videlicet ꝙ fratres illius ordinis habitantes in cellis illius ordinis, vel ipsæ cellæ nõ possēt excõmunicari vel interdici: dubitatur de hoc vocabulo, cella, inserto priuilegio: & qualiter accipiatur in materia priuilegij: Respondet ꝙ cella in hoc casu accipitur pro loco solitario segregato à communitate hominum: ideo si fratres illius ordinis haberent Prioratus in loco populoso, priuilegium suum non se extenderet ad tales religiosos, sed solum ad illos, qui habent cellas separatas à communi victu hominū. Nota primo ꝙ in materia priuilegiorum, per quæ conceditꝰ exẽptio religiosis habitãtibus in cellis monasterij, appellatione cellę veniunt solummodo loca solitaria: largo tamen modo accipiendo cellam, appellatione cellę venit parua camera, quam non debēt habere religiosi: immo debent comedere in eodem refectorio, & dormire in eodem dormitorio, & debent omnes esse in aperto, & dicitur cella à celando: quia vnus religiosus non debet celari ab alijs nec occultari, & vnus religiosus debet videre alios religiosos in dormitorio & refectorio.

† In isto versi. not. ꝙ Papa põt sibi rebellantes excõicare, & vltra adhuc aliter punire. Font.

Nota secundo optimum tex. ꝙ idem est dicere fratres, qđ monachi. vide de iudi. cãm. Nota vlterius, ꝙ excõmunicatio & suspensio referunꝰ ad homines: interdictū ad loca. 11. q. 3. nemo episcoporum. de cle. excom. min. postulasti. 2. respon. Ioan. Mon. & Io. And. Dominicus.

¶ Prima glossa summat.

a ¶ Priuilegium.] Exẽptis cellis alicuiꝰ monasterij, quid appellatio cellæ significet, hic ostendit.

ras, seu libellos, ac ex certa scientia & deliberate determinantes in scholis, seu prædicantes contra prædicta, vel aliqua, seu aliquod prædictorum (non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, aut litteris Apostolicis; quibuscunque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis religiosis vel sæcularibus generaliter vel singulariter sub quacunque forma vel expressione verborū cõcessis, quæ nolumus aliquibus in pmissis quomodolibet suffragari) excommunicationis sententiæ, quam nunc in ipsos proferimus, se nouerint subiacere: à qua per neminem nisi per Romanum Pontificem possint absolui. Insuper † tam istos, contra quos per nos excommunicationis est prolata sententia, quã alios (si qui fuerint) contra premissa vel eorum aliquod uenientes, ad sedis memoratæ volumus deduci notitiam: vt quos prouisus modus æquitatis nõ arceat a vetitis, cõpescat rigor Apostolicæ vltionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, ordinationis, concessionis, dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis, & constitutionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Siriani, xviij. Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Exemptis cellis alicuius monasterij: quid appellatio cella significet, hic ostendit. Ioan. And.

CAP. IIII.

PRiuilegium [a] monasterio tuo concessū, vt monachi, siue fratres in cellis ad monasteriū ipsum spectantibus † habitantes, ab alio quã à Papa, uel eius legato [b] excommunicari, aut suspendi, vel ipsæ cellæ interdicto supponi nõ possint, non fratres in Prioratibus, ecclesijs, seu capellis eiusdem monasterii cõmorãtes [c], aut ipsos Prioratus, ecclesias, vel capellas, ab ordinariorū iurisdictione in aliquo [d] sed residentes tantum in cellis, & cellas ipsas (hoc est [e] loca secreta [f] & solitaria, quæ ab hominnū separata conuictu [g] sunt ad contemplandum [h], & Deo vacandum specialiter deputata) defendat.

¶ Idem.

¶ Priuilegiato aliquo vt possit conferre beneficia clericorum suorum: quòd appellatio clericorum suorum designet ostendit. Ioan And.

[Glo. seq. soluit dubium.]

b ¶ Legato.] Intellige generaliter, sicut generaliter loquitur: ex quo aliud non exprimitur, & est simile quod dixi. s. eod. lib. de rescrip. statutum. 1. respon. in gloss. quia verbum.

c ¶ Commorantes.] Large loquitur [1]: qa interdum sunt instituti perpetuo: interdum ad tempus: interdum ad solam moram ibi trahendam. de sta. mona. ca. 2. ad fi. supra. eo. lib. de tẽpo. ordin. cū nuullus. in fi. & de capel. mona. ca. vnico. sed quo ad casum nostrū non est curandum.

1 Aretino. hanc gl. in ca. repellanꝰ de accusatio. ꝓbãdū. ꝫ ẽt in materia priuilegiati ua ille dicaꝰ habitare, q est ĩ loco ad tps. allegat Bal. in l. 1. ff. đ statu ho.

d ¶ In aliquo.] Tolle defendat, quod est in fi. & iterū repete, sed defendat residentes tantum, &c.

e ¶ Hoc est.] Propter hoc facit ad titulum nostrum de verb. sig. ADDITIO. Aliàs locari potuisset. s. ꝓ xi. vel sub tit. de priuil. Io. And.

[Gloss. seq. declarat textum.]

f ¶ Secreta & solitaria.] Cella dr̃ à celando & occultãdo, & sic hoc casu locus solitarius, & talem vitã ducentes digni sunt cõuenienti honore. 16. q. 1. qui vere. & ad has cellas religiosi ẽt Mendicantes de prælatorū licentia transire pñt. supra e. lib. de excess. pręla. c. vnico. Aliàs aūt large sumẽdo dicimus cellas q̃ sunt ẽt ĩ. clausuram monasterij: vnde ex cã, puta p p infirmitatem monachi, dispensat abbas cum eo, vt habeat suã cellã extra cõe dormitorium, tamẽ infra monasterij septa. 20. q. 4. cap. vlt. & de talibus cellis hoc priuilegiū intelligitur.

† Nõ quo ad ꝓprietatẽ. c. cũ olim. 2. supra. de priu. sed quo ad correctione monachorū, cũ in ecclesijs. đ ma. & obe. quo ad administrationẽ edoceri. de rescri. neq. meū, tuū, sempr dñiũ importãt Anch. ca. seq. ĩ. eo Font.

g ¶ Conuictu.] id est communi victu. ADDITIO. Dictio composita à con, & viuo: vnde & simul comedentes conuiuere vere dicuntur. Archid.

h ¶ Contemplandū.] de vita contemplatiua [2] & actiua dicitur supra de renun. nisi cum pridem. ad finem.

2 Vide oĩno B. Tho. 2. 2. q. 182. ar. 1.

ADDITIO.

ADDITIO. Archidiaconus inducit illud Gregorij quòd qes ex corde nobis est appetenda. 8. quæst. 1. in scripturis. versicu. quies. per quod uidetur contemplatiua pcellere. Ad idem ead. quæst. qui episcopatum. quod dicit uerum, secundum Augustinum: nam duodecim sunt in quibns vita contemplatiua præeminet actiuæ, vt dicitur in sum. de virtutibus. vbi tractat de præeminentia vitæ complatiuæ ad actiuam. & vide quod scripsi de regu. sane. in magna gloss. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ Priuilegiato aliquo, ut possit conferre beneficia clericorum suorum: quid appellatio clericorum suorum designet ostendit. Ioan. And.

CAP. V.

Sicut † nobis [a] significare curasti, tibi gratiose concessimus, ut beneficia clericorum tuorum cedétium, uel decedentium [b] possis conferre: quodque ijdem clerici præbendarũ suarum fructus pcipiant, ac si in suis ecclesijs personaliter residerent [c]. Verũ quia dubitas, qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri: Breui respondemus [d] oraculo, quòd illos in his & similibus [e] casibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te, non quæsiti [f] propterea vel recepti, sine fraude & fictione qualibet, uere tui clerici familiares existunt, & in tuis expẽsis continue [g] domestici commensales: etiam † si quos ex illis aliquãdo pro tuis [h] gerendis negotijs abesse contingat.

Sicut nobis.] Communis diuisio: qa in prima consultatio à verbis duplicis gratiæ causata: In secunda latior responsio: ibi, Verum. Vel ibi, Breui respondemus. latitudo responsionis patet in uersic. similibus, & in versic. etiam si. Dominicus.

† Pet. de An. dicit istud c. p cedere in quocũq; habente gratiã, de qua hic, ex quo nulli certo dirigitur. Font.

CASVS. Episcopus Pictauen. à sede Apostolica impetrauit priuilegium, ut posset cõferre beneficia suorum clericorum cedentium & decedẽtium: episcopus habet clericos beneficiatos in aliis diœcesibus: dubitabatur quid contineret appellatione clericorum suorum? Respõdet, appellatione clericorum suorum continẽtur illi soli clerici, q sunt in continuo seruitio episcopi, & viuũt expẽsis proprijs episcopi: ideo si aliqui diuites morabantur in domo episcopi, sed uiuebãt expensis suis, & non expensis episcopi priuilegiati: illi non sunt cẽsendi sui clerici quantum ad materiam priuilegij. Oraculo. vnde oraculum dicitur respõsio facta ad interrogationem alterius. Nota quod si alicui a sede Apostolica concedatur priuilegium, ut possit conferre beneficia suorum clericorum cedentium uel decedẽtium: appellatione clericorum suorum ueniũt soli illi, qui sunt in cõtinuo seruitio priuilegiati, & uiuunt expensis suis pprijs, & hoc uerum in priuilegijs, quæ sunt odiosa, alias vero appellatione clericorũ suorum ueniunt omnes subiecti. supra eo. cum tibi. in antiq. Nota quod gratia quandoque fit alicui, ut non effectus gratiæ deriuetur in eum, sed ut ipse alijs cõferat utilitatem. Ad idem de præbend. si cui. ꝙ c. si is cui. e. lib. Nota ulterius, quod breuitas desideratur etiam in iuribus condendis. Ad hoc supra de iureiur. breui. & de breuitate uide no. de pæniten. & remis. significauit. & supra eod. lib. de testa. si pater. super 1. gloss. Io. And. Domi.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Sicut nobis.] priuilegiato aliquo ut possit conferre beneficia clericorum suorum: quid appellatio clericorum suorum designet, ostendit, &c.

b ¶ Decedentium.] nũquid talis posset conferre beneficia suorum clericorum cedentium uel decedentium in curia Romana 1? Item nunquid posset conferre beneficia clericorum suorum alio modo uacantie? dixi supra eo. lib. de præben. quamuis 2. in glo. ista duo. Ioan. And.

1 De hoc hic Arch. tenens, ꝙ nõpotest: ut ibi di. xi. I. An.

c ¶ Residerẽt.] ex sola residentia si non interessent diuinis, non perciperent quotidianas distributiones: vnde nec isti percipient. supra eod. lib. de cleri. non residen. c. 1. & super hoc vide quod ibi dixi in glo. no. quòd si quis dominus.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

d ¶ Respondemus.] per hoc videtur ꝙ ista decre. sit veteris iuris declaratoria 2, non noui promulgatoria: licet argum. contra. infra dum dicit, volumus. & quòd sit declaratoria patet: quia tractat de uerbi significatione. ad hoc supra eod. c. 2. respon. 1. in fin. nec bene occurreret ratio, quare hoc esset ius nouum, & non vetus. præterea priuilegium prius concessum fuerat: postea priuilegiatus consuluit Papam circa priuilegium prius concessum: sic est responsum. per quod patet, quòd a concessione priuilegij etiam antequã emanasset hæc decret. priuilegium sic erat intelligendũ. Ioan. And.

2 Idẽ Io. Mo. & ea dẽ ratione. I. An.

[Glossa sequens exemplificat, obijcit, soluit, & rationem reddit.]

† al. ita: et si ex illis aliquos aliqñ, &c.

e ¶ Similibus.] pone conceditur ei priuilegium, ut cum clericis suis super pluralitate beneficiorum curatorum, uel dignitatum dispẽsare possit: uel eis cõferre ius ad uacaturas, uel similia. Et bene dicit, in his, & similibus: qa in alijs casibus dissimilibus appellatio clericorum omnes subiectos clericos cõprahendit supra eod. cum tibi. & potest esse ratio: quia hic de priuilegio loquitur odioso 3: quia p primum tollebatur ius seu potestas conferendi beneficium ei, ad quem ordinario iure spectabat, per secundum minuitur cultus diuinus, & non deseruiens ecclesiæ recipit stipendium: ergo bene ambitiosa & restringenda sunt talia indulta supra eodem lib. de præbend. quamuis 1. quod non est in decre. cum tibi. Io. Andr.

3 Cũ pcurrũt fauor & odiũ, dicimus priuilegia odiosa. exẽpla. vide not. s. de foro ꝯ pe. l. 1. gl. &c. I. An.

f ¶ Quæsiti propterea.] sic supra de electio. c. officij, sup. eod. lib. de rescri. statutum. §. insuper. de iud. mulieres. & de renun. ca. 2. sic & affectata tutela immunitatem non prębet. C. de ijs qui spon. mune. sube. li. 10. l. 1. & 3.

g ¶ Continue.] ciuili 4. modo intelligendum est uerbum. ff. de ser. si cui. de cõsecrar. distinct. 5. nunquam. sicut & seruitus dicitur cõtinua, & aqua quotidiana. ff. de ser. vrb. pręd. l. foramen. ff. de aqua quoti. & ęsti. l. 1. §. quòd autem, & fluuius dicitur continuus, qui quandoque exarescit. ff. de flu. [& ne qd in flu pub.] l. 1. 1. responso.

4 Vid Bar. i l. 1. ff. so. ma. & plene Fel. in procemio Dec. & in c. ex tenore. detesti bus.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

h ¶ Pro tuis.] sup. de cleri. non resident. ex parte. Et si ęgrotaret, seruire intelligitur. ff. de statuli. cum hęres. §. Stichus. Nec sumo ita amare verbum, qn etiam pro suis pprijs interdictum possit abesse. Ad hoc sup. eod. lib. de præb. præsenti. 1. & 2. responso. sicut iudex. propter sua propria negotia differre potest & dimittere. 5. causam. ff. de iud. si longius.

ADDITIO. Quod clericus pro suis proprijs negotijs possit abesse, tenet etiam Archidiac. q. tamẽ signat contrarium. supra eod. lib. de elect. si postquam. §. 1. non soluit. Tu dic quòd illud speciale, ne pter eius absentiam proteletur uacatio. Item ibi sibi potuit proui-

5 Hoc melius itelliges p no. s. d voto. ꝙ super his, in 3. gl. Io. An.

prouidere si iustam causam habebat absentię obtinẽdo licentiam. Item nec ille textus amarissime sumit, vt ibi no. in glo. & ita in fi. Ioan. And.

SEQVVNTVR REGVLAE IVRIS.

De regulis iuris.

¶ Quarum cognitio cum utilis & necessaria sit, teste Alberico in rubri. ff. eod. damnetque Sali. eos in l. q̄d te. ff. si cer. pe. l. quod Nerua. ff. depo. qui solis singularibus doctrinis studẽt: Quas & sine vituperio ipse Pontifex nescit. gl. c. veniẽs. de præscript. negligẽtes interim iura regulariũ: quarum ignorantia nullo modo excusabilis est. l. is non. ff. de confes. gl. l. ꝓfessio. C. de mu. pa. lib. 10. Ideo adnotaui tibi ad glo. quicquid melioris doctrinę est in Mercu. Ioan. And. commentarijs Phili. Petri de Ancha. Dyni, Alberici Rosatis, Io. Van Kel. Iaco. Fon. Burgen.

[Glossa ista primo coninuat rubri. Secundo ad situationem opponit, & dupliciter soluit. Tertio per modum summę de regula quęrit quinque, & de iure tria.]

NOn est nouum, vt aliq̄bus specialiter enumeratis generalis clausula subsequatur, quæ omnia comprehẽdat, ut 49. distinct. per totum. 23. q. 5. de occidens. supra de proba. quoniam cõtra falsam. sup. eodem lib. de procu. qui ad agendum. ff. ad legem Aqui. si seruus seruum. §. inq̄t lex. in fi. C. de sacros. eccle. l. generali. Idcirco post rubricas supra positas, quę secũdum suas materias iuris regulas comprehendunt, ponitur hic rubrica generalis ad materias vniuersas: De regu. iuris. Si quęratur quare in principio compilationis non posuit Bonifacius hanc rubricam. cum sæpe pręmittat̃ clausula generalis secutis postmodum speciebus, ut supra de prob. cum rubricis sequentibus 1. de reb. eccle. non alie. cũ rubricis sequẽtib. de re. cre. cum rubricis seq. ff. de serui. cum rubricis sequẽtibus? Posset dari coloratiua responsio: quia quæ ultimo dicuntur, melius memoriæ commendant̃. de consecra. distinct. 2. liq do. Est autem vera 2 solutio, ideo hũc ordinem obseruatum, ut ostenderetur ius non sumi ex regula, sed regulam ex iure. si enim a principio posita fuisset, forsitan crederet aliq̄s ꝙ ius sequens regulas, ex regulis sumeretur. in fine igitur ponitur, ut appareat ex iure quod præcessit, regulas sumi. ff. eo. l. 1. Videndum est igit̃ primo quid sit regula, vnde dicatur, qualiter constituatur, & quod sit eius officium, & q̄ ipsius sit potestas. Scd̃o uidendum quid sit ius, unde dicatur: quomodo hic sumatur. Tertio quæ sunt hę iuris regulæ, singulariter & clare eas prosequendo ui debimus.

1 Istud d̄clarat Anch. hic. Fõ.

2 Idẽ doctores. Fõ.

§ Circa primum, Regula secũdum Grammaticos, est multorum similium collectio. Lex autẽ describit regulam eam esse, quę rem quæ est, breuiter enarrat. ff. eo. l. 1. Dicit̃ autem regula, quæ regit vel normam recte uiuendi præbet, & ab hac regula quę dicitur norma recte uiuendi, dicitur regularis. Dicit̃ etiam regula eo quòd recte ducit, nec aliorsum trahit, quasi a rega, vel regula, quę idem est quod rectitudinis forma. Sicut enim per regulam nouit scriptor modum recte scribẽdi: secator modum recte secandi, & sic de singulis: ita per has regulas modum recte iudicandi cognoscimus. ad hoc. 3. dist. regula. Est autem regula latine, idem quod canõ græce. 3. dist. canon. Et dicit̃ regula proprie quasi regulariter veta. quamuis pariatur exceptiones in se. Quę an contineantur sub regula, fuerũt opiniones, quę no. ff. eo. l. 1. 3. & facit quod no. dist. 3. regula. Subtilitatibus tamẽ circa hoc omissis, breuiter & grosso modo sic dico, ꝙ quo ad potestatem uerborum, quę in ea proferuntur, uniuersaliter uel saltem indefinite affirmando uel negando comprehendit exceptiones 4: aliàs non diceretur exceptio: sicut si dicerem, omnis homo currit, excepto equo Titij, hæc. n. non est exceptio: quia equus non comprehendebatur sub illa ꝓpositione, omnis homo: sed si dicerem, omnis homo currit, excepto Titio, tunc propria est exceptio, q̄a propositio, omnis homo, bene comprehendebat Titium. tollitur ergo Titius virtute exceptionis quo ad materiam de qua fit sermo, vt scilicet dicatur nõ currere. Sic quo ad iuris determinationem exceptio non comprehendit̃ sub regula: quia contraria ratio: & plus est in exceptione quã in regula. hoc ergo operatur exceptio, ut illud quod aliàs sub verbis regulæ cõprehẽdebat̃, ad determinationẽ regulæ exceptionis uirtute tollat̃. Constituitur autem regula (ut sup. dixi) per uerba que de sui natura omnia comprehendant: id est, per signa vniuersalia affirmatiua, quæ omnia comprehendunt. supra eo. c. omnis res. & c. defleat. ff. eo. l. omnis definitio. & l. omnes actiones. & l. omnia fere. & l. omnia quæcũque. Item per verba negatiua, q̄ vniuersaliter negando excludunt omnia, vt j. eod. nemo potest. 1. & 2. j. eod. nullus. 1. & 2. ff. eo. l. nemo. & l. nullus. Item p uerba indefinita, quæ simpliciter ꝓlata equipollent vniuersalibus. 5. 19. distin. cap. 1. supra de priuileg. q̄a circa. C. de hære. uen. l. ult. & ideo omnes regulæ paucis exceptis traduntur per signa indefinita affirmatiua uel negatiua, ut sup. eod. & inf. eod. & ff. eod. titu. satis apparet. Officium autem regulæ est plures similes casus simul iungere clauo rationis, ut ff. eo. ti. l. 1. Quę sit potestas regulæ. an scilicet constituat ius de nouo, an antiquum recitet, dubitatur: & uidetur quòd ius de nouo nunquam constituat, quod iure & ipso facto probatur. Iure. ff. eod. l. 1. Facto, quia in octogintaocto regulis infra positis nõ est vnam etiam sol am inuenire, q̄ ius de nouo constituat, vt in prosecutione patebit. Econtra videtur: quia regula Catoniana de nouo statuit, quòd legata quæ sunt inutilia ratione legantis tãtum, uel ratione legãtis & legatarij, uel legatarij & eius à quo legatum est præstandum, uel ratione rei tantum, uel mista ratione rei legatæ & personæ legatarij, tractu temporis nõ cõstituantur: etiam si causa impedimenti remoueatur. ff. de reg. Catoni. l. 1. in princi. ff. de lega. 1. l. cetera. §. 1. ergo ipsa regula constituit ius de nouo. Ad hæc faciũt infinita iura, in quibus Papa iudicat ex regulis, ut supra de constitu. cap. 2. de rescrip. c. 1. & c. pastoralis. de iud. nouit. supra de foro compe. si diligenti. de fide instru. inter dilectos. ad fin. & de præsumpt. dudũ. de excep. cum venerabilis. de reg. ad Apostolicam. de consang. & affi. cap. vlt. cum mille similibus. ex q̄bus uidetur quòd ius sumatur ex regula. Subtiliter dixerunt doctores, quòd tres species casuum est considerare: quidam sunt iam determinati, & in illis regula non constituit ius, q̄a inuenit iam constitutum. Item sunt quidam excepti à legis determinatione, & in illis similiter regula non constituit ius, quia non clauduntur sub regulæ determinatione. Quidam sunt in quibus est eadem ęq̄tas, quæ est in casibus a iure determinatis, nec tamen reperiunt̃ in iure positi: & in illis regula facit ius propter identitatem rationis non patientis ius similium casuum esse diuersum. Apertius dici posset 6. quòd aut constitutio iuris pręcedit traditionem regulę, & regula de iure iam constituto, quasi materiatum de materia producitur: & tunc ꝓprie habet locum distinctio prædictorum casuum: vt videlicet in iã determinatis & exceptis nõ faciat ius: in nõ determinatis, in quibus est eadem ratio, ius constituat: sed ubi non est ius constitutum ante regulæ dispositionem, sed inuenitur sola simplex traditio regulę, tunc ipsa regula est ius uel iuris constitutio: & non ab alio, sed a constituente procedit, & ita potest intelligi prædicta lex prima de reg. Cato. probatur hoc satis per antiquas regulas, supra eodem titu. quas ueritate inspecta esset inuenire pręcessisse iuris traditionem: uides enim pro maiori parte quod ubi sunt decreta Alexandri 3. sunt primæ in titulis, maxime post cõcilia antiqua, vt s. de rescrip. de renun.

Regula qualiter designat̃.

Exceptiones an sub regula ɔtineãtur.

3 Ibi Decius, hic Dyn. Fon.

4 Bar. i l. si eum. §. q. iniuriarũ. ff. si quis cau. Font.

Regula p q̄ uerba ɔstituatur.

5 Vid. Dy nũ hic. & Bar. in l. si pluribꝰ. ff. de le. 2. & Alberi. in l. de pupillo. §. q̄ nũtiat. ff. de noui ope. nunt.

Casus sũt triplices.

6 Idẽ Dy. & male ẽm Phi. dicẽtẽ Bart. in rub. ff. eo. tenere gl. ibi, ego tamẽ non recedo. Font.

...nan.cum duabus rubricis sequenti.de offic.vic.cum duabus rubricis sequen.de ijs quę vi metusve cau.fiũt cum duabus sequen.de dolo & contu.cum duabus sequen.& multis alijs:& tamen omnes regulæ supra eo. titu. præcesserunt Alexand. iij. excepta vltima, q̃ fuit Lucij iij: qui ipsum secutus est, vt ex chronica & decretalium ordinatione satis apparet. Si igitur prima regula supra eodem titu. exemplificetur per decret. supra de sponsa. præterea 1. secunda per decreta. & si quæstiones. de simo. tertia per decreta.de voto, magnæ,& sic de singulis,dico quòd regulæ illæ dicta iura præcesserunt,vnde regularum dispositio nõ potuit ex ipsis iuribus sumi, quæ nondum erant: immo potius videtur determinatio ipsorum iurium facta per regulas.Ad hoc faciunt omnes illæ decretales superius allegatæ.in quibus Papa pronuntiat per regulas. Ego tamen non recedo à verbis legis,& dico quòd per regulã non statuitur ius, sed ex iure sumitur regula: aliàs non video quomodo posset dici regula iuris. Sicut enim in regula ligni vel ferri necesse est illas materias præuenire,lignum scilicet,vel ferrum:ad hoc ꝙ disponatur ex eis regula:sic in regula iuris necesse est ius,ꝙ est ibi materia,præuenisse,ad hoc,vt regula possit inde disponi:& tunc proprie loquitur dicendo de regulis iuris,aliàs dicere debuisset de iure regularum.Et si dicatur quòd in casibus non expressis a iure,vbi est ratio similis, regula facit ius: hoc est sine regula aliqua, per iura quæ hoc volunt. de rescrip. inter cęteras. de transa.inter corpora. ff.de legi. non possunt. cum similibus. Et si obijciatur de regula Catomana, dico quòd non proprie 1 dicitur regula,nec inter regulas ponit. ff.eodem titu. Et si dicatur quòd aliquæ regulæ præcessisse videantur iuris expressam traditionem:dico ꝙ ius quod est idem ꝙ ratio,vt v. distin.consuetudo.9.di stin.sana quippe,ab exordio rationalis creaturę præcesserat 5.distin.in prin.vel saltem dispositione concedentis regulam,ius precessit:videns enim formator regulæ sic esse debere de iure,quod in eius saltem mente sedebat,formauit regulam.allegatur tamen regula pro iure,non tam ex origine,q̃ ex forma:& prior est eius causa pro quo facit regula 2: habet enim aduersarius necesse ostendere rationem quare in illo casu regula nõ loquatur, & facit quod dicam infra eod.vtile. Ad secũdum quo quæritur quid sit ius,& vnde dicatur, & quo modo hic sumatur:dicendum est breuiter,ꝙ ius est ars boni & æqui.& c.ff.de iustitia & iure. in prin.& dicitur à iustitia,vt ibi,& sup.de verb.sig.ius autem, quam summum in rebus bonum est colere. 12.q.2.cum deuotissimam 3.Ius autem est generale nomen, habẽs multas species.1.dist.ius generale. cuius species diuidas & subdiuidas,vt ibi per totum.& ff.& inst.de iust.& iure, per totum. Sumitur autem hic pro nostro iure canonico,non autem pro iure ciuili,vt probatur infra eo.in secunda regula,quæ de iure ciuili;non procedit,ꝙ dic vt ibi dicam.Tertio autem ordinate has regulas est videre,& primo primam.

† al. ita: Idem

Regula ex iure sumitur.

1 Hoc est eo modo quo iura isto titulo posita vocant regulæ.Font.

2 Idẽ Phi. similis gl. in l.oĩs definitio. ff. eo.allego c.2.ĩ fi. de coniu. le prof.Fon.

3 Phil. q̃ rit ã noĩe iuris veniat statutũ,cõsuetudo:vid Lud. Ro. ff. de arb. recentiores.c.fi.de cõsu.Fõt.

Bonifacius octauus. †.

REGVLA. I

Beneficium a

Beneficium.] Casus in hac regula potest figurari per cap.si quis deinceps.16.q. 7. & primo in actore:Cum ego actor tenuissem aliquod beneficium per spatium x. vel xx. annorum,cecidi à possessione mei beneficij: feci te nouũ possessorem conueniri corã iudice competente intentando petitorium:videlicet ꝙ illud beneficium ad me pertinebat & spectabat,quare petebam & supplicabam & requirebam, vt iudex compelleret te ad restituendum mihi beneficium vnà cum fructibus: tu possessor negauisti contẽta in meo libello:ad probandum intentionem meã,super meo libello produxi aliquos testes: qui testes iurati deposuerunt ꝙ tenui illud beneficiũ quiete & pacifice per decẽ,viginti,vel triginta annos: tamen de collatione vel institutione nihil dicunt, sed deponunt solum ꝙ viderũt me illud beneficium possedisse per x.xx.vel xxx.annos:vtrum illud sufficiat ad probandum ꝙ beneficium est meum? Respondetur ꝙ beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri. Vel in reo ponamus sic casum:ego tenui aliquod beneficium per xx.vel xxx.annos,quidã alius virtute nouæ collationis & institutionis fecit me conueniri coram iudice competente,& fecit fidẽ de sua canonica institutione: Ego autem allego & dico ꝙ tenui illud beneficiũ per spatiũ xxx.annorũ pacifice & quiete,& sic præscripsi q̃uis non sim canonice institutus, vtrum bene dicam? Certe non: quia non sufficit detentio beneficij sine canonica institutione.Sed hodie extat regula de triẽnali possessore in qua cauetur,ꝙ si quis per triennium possederit beneficiũ ecclesiasticũ pacifice & quiete,potest se defendere contra quemcunque, quamuis non ostendat de canonica institutione.¶ Pro expeditione gl.quæritur qualiter hic accipitur beneficiũ.Dicendũ ꝙ beneficium in iure accipitur multis modis.Nam aliquotiens appellatione beneficij veniunt simplicia beneficia,vt capellaniæ:aliquotiens appellatione beneficij veniunt omnia beneficia ecclesiastica.Et dicit glo.ꝙ beneficium hic accipit̃ large pro quocunque beneficio ecclesiastico,& sic qđcũque beneficium siue sit simplex,siue aliud, non põt obtineri sine canonica institutione,ꝙ verum est, quando illud beneficium habetur in titulum:secus si nõ haberetur in titulum:Nã prębenda aliqua,id est,grossum aliquando assignatur paruulis: aliquando vero laicis, vt pulsatorib.campanæ:& in illis non requiritur canonica institutio.Sed quia hic fit mentio de institutione quæritur quid dicatur institutio? Respondetur ꝙ institutio est canonicum ius in beneficio ecclesiastico obtinere.Sed quæritur,ad quẽ pertineat institutio? Respondet gl.ꝙ de iure communi pertinet ad episcopum,in c: conquerente.supra de offi.ord.in ant.glo.opponit de c: ad hæc.supra de offi.Arch.in ant. vbi institutio ptinet ad Archidiaconum. Dicendũ ꝙ triplex est institutio: Quædam est institutio tituli collatiua: Alia est institutio auctorizabilis quo ad commissionem curæ animarum:Alia est institutio realis & actualis, quæ vocatur inuestitura vel inductio in possessionem realem & corporalem:duæ primæ pertinent ad episcopum: sed tertia pertinet ad Archidiaconum: quia quãdo eps instituit aliquem,debet mandare Archidiacono, vt illũ inducat & ponat in possessionem corporalem.Postea quærit gl.an sit differentia inter institutionem,& collationem,& præsentationem? Respondetur ꝙ sic.Vnde præsentatio dicitur illa per quam non confertur aliquod ius in beneficio ecclesiastico,sed solum à patrono præsentatur persona idonea, & illud quod patronus facit dr̃ præsentatio.Institutio vero stricte sumpta dr̃ dupliciter:videlicet cum aliquis instituitur per diœcesanũ ad præsentationem patroni:& sic episcopus instituens dat titulum in beneficio:Alio modo accipitur pro confirmatione,quando superior confirmat electũ.Collatio autem dicitur quæ fit de beneficio non patronato: qđ spectat ad epm pleno iure sine præsentatione patroni. ¶ Vlterius pro declaratione glossæ positę in verbo,obtineri,opponitur contra textum:& videtur ꝙ beneficiũ ecclesiasticum possit obtineri sine canonica institutione.c.cura.in ti.de iure patrona.in antiq.Glo.soluit sic, aut quis possidet beneficium iure proprietatis,tamquã proprietarius: aut iure administratio. tamquam administrator:In primo casu potest acquirere beneficium sine titulo,vt monasterium percipit bona temporalia beneficij faciendo certam pensionem vicario perpetuo si possedit longo tempore sine titulo,potuit præscribere iure proprietatis.In secundo autem casu quando possidet beneficium tamquam administrator, non potest beneficium acquiri sine titulo.Et iste textus intelligit̃

Beneficiũ multis modis capitur.

Institutio qd dicat̃.

Institutio ẽ triplex.

Præsentatio qd dr̃.

Institutio quid dr̃.

Collatio quid sit.

de isto titulo administratiuo, qui non potest acquiri sine canonica institutione. ¶ Quæritur insuper vtrũ existens in pacifica possessione beneficij teneatur facere fidem de sua canonica institutione: vel vtrum sit defendendus in sua pacifica possessione absque eo ꝙ probet ꝙ fuit canonice institutus? Respondetur ꝙ ad instantiam diœcesani cuius interest scire an possidens beneficia possideat iniuste absque periculo animarum, & etiã ad instantiam subditorum beneficiati, si exigunt, vt ipse faciat fidem de titulo administratiuo, tenetur facere fidem, sed non ad instantiam alicuius priuati præcedentis ius in beneficio.

ecclesiasticum non potest a licite b sine institutione canonica obtineri c.

¶ Vtrum quis possit obtinere beneficium ecclesiasticũ respectu iuris possidendi, absq; eo ꝙ probet canonicam institutionem, vt si quis dicat se possedisse & expulsũ fuisse, an sit necesse quòd probet canonicam institutionem? Quidam dicũt ꝙ sic per istud ca. Ex quo sequitur ꝙ quis non potest probare possessionẽ, nisi probet titulum & institutionem. Et simile est in viro repetente vxorem: quia licet homo non possit possideri: tamen cum titulo matrimoniali possidetur: ideo si vir dicat possedisse vxorem & se spoliatũ fuisse, non admittitur nisi probet matrimonium præcessisse. Sic in spiritualibus beneficijs doctores formant istam quæstionem in cap. litteras. de restit. spol. in antiq. & sunt varij: Nam quidam dicunt ꝙ petens restitutionem beneficij, tenetur allegare & probare titulum, id est institutionem & collationem: Alij dicunt ꝙ non tenetur allegare nec probare titulum: sed sufficit ꝙ alio modo coloret suam possessionem. Alij dicunt quod nõ requiritur ꝙ coloret suam possessionem: sed sufficit probare ꝙ ipse exercuit actus conuenientes tali beneficio: puta quòd habuit stallum in choro, & vocem in capitulo: & sic de alijs. Communis conclusio doctorum antiquorum & dominorum de Rota (licet dominus Panor. recedat ab eorum opinione) est, quòd ille qui agit possessorio pro recuperatione beneficij, non tenetur de necessitate probare canonicam institutionem; sed tenetur colorare suã possessionem vno de tribus modis: Primo probando quòd habuit possessionem illius beneficij auctoritate superioris: & non per dictam institutionem, sed per testes vel instrumentum in quo continetur qualiter episcopus mandauit alicui tali, vt poneret me in actualem possessionem, vel quia intraui possessionem sciente superiore, vel quia possedi longo tempore. Alij dicebant quod tenebatur allegare titulum. Sed Panor. tenet quòd non est necesse probare, allegare, nec colorare titulum prædictum. cap. litteras. de resti. spo. in fi. ne illius cap. & cap. litteris eod. titu vbi dicitur, quòd prædo venit etiam restituendus: Nam ex quo quis fuit spoliatus est restituendus: verumtamen, vt dixi, seruatur quòd non admittitur nisi colorauerit titulum altero de tribus modis.

[Glossæ primo ponunt exempla, & ius nouũ super huius regulæ ratione fundatum. Secundo notant causam impræscriptibilẽ, & de similibus remittunt. Tertio ponunt quadruplicem significationem beneficij. Quarto, quid sit instituere, & ad quem spectat, & circa illud duas obiectiones soluẽdo. Quinto de dictione, potest; ponunt differentiam inter affirmatiuam & negatiuã locutionẽ. Sexto signant & soluunt tria contraria loquẽtia in proprietate ecclesiæ, vel in prouentibus tantum, vel in iure eligendi. Septimo ad quæstionem de clerico à quo titulus petitur, arguunt pro & contra: ponunt duas opiniones, quas distinguendo concordant.]

¶ Beneficium Ecclesiasticum. Pone casum per cap. 16. q. 7. si quis deinceps. s. de instru. ex frequentibus. ff. de decuri. l. Herennius Modestinus. Super ratione autem huius regulæ fundatur decreta. supra eod. lib. li. de eo q. mit. in pos. cap eum qui. quia procedit, cum agitur de beneficio ecclesiastico in absentia partis lite non contestata: nec sit missio in possessionem causa rei seruandæ: quia sic sine institutione canonica beneficium obtineret. Consideratur igitur in beneficijs canonica institutio, nõ antiqua possessio: & sic nota casum in quo non currit præscriptio. idem est in matrimonio carnali. 34. q. 5. quod Deo. sup. de consan. & affini. non debet. & idem in alijs casibus, qui no. 16. q. 3. clerici. & sup. de præscrip. cũ non liceat. Sumitur aũt hic beneficium largo modo, vt comprehẽdat dignitates, personatus, ecclesias oẽs cum cura & sine cura, quæ cum ti. habentur. sic 1. q. 3. si quis dator. s. de cõcess. præb. nulla. ff. de ser. expo. l. seruus. Sumitur ãt interdum stricte, vt distinguatur à præbenda. 12. q. 2. alienationes. de cõcess. præb. ex parte. aliàs includit præbendam. 1. q. 3. c. vl. de verb. sig. tua. in antiq. Alibi stricte sumitur pro solis simplicibus beneficijs sine cura. s. de præb. c. vlt. & s. eo. ti. & lib. cum in illis, & ibi ratio patet in littera. Cum igitur in beneficio quolibet requiratur canonica institutio, vt hic: videndum est quid sit institutio. Instituere aũt est ius canonicũ in ecclesia vel ecclesiastico beneficio tribuere: quòd dic, vt no. s. de inst. auctoritate. in antiq. Et iure cõi ad epm spectat. 16. q. 7. nullus omnino. de hæ. cũ ex iniũcto. in fi. Nõ obstat de off. Arc. ad hoc, quia institutio ibi sumitur pro inuestitura, & sic intelligatur dec. de inst. cũ venissent. & ꝙ ibi no. Vrũ ꝙ ẽt capitulum vacante sede instituere possit. arg. 7. q. 1. põtifices. de hær. ab abolendã. sup. eo. li. de tempo. ord. cũ nullus. Arg. s. 24. di. presbyteri. 71. di. fraternitatẽ. ne sede vac. c. 2. Dic. vt no. s. de mai. & ob. cũ olim. & terminatur hoc s. eo. li. de inst. c. 1. inter collationem ãt, præsentationem, & institutionẽ magna est differentia, vt s. eo. li. de præb. cum in illis. §. cũ autem. ADDITIO. Sciendum est, ꝙ Dynus non fuit canonista; vnde dicebat glosã Ber. in c. auctoritate. de inst. superius allegatam esse decre. ex frequentibus. de inst. & de casu decre. quæstionem formabat. infra eodem, in dultum. volens hanc regulam (quia prima erat) copiose glossare. sicut de prima filia patresfamilias facere consueuerunt, se contulit ad summam Host. de instit. & aliquid vltra, & cõtra ibi descripta subtiliter posuit. Ioan. And.

a ¶ Non potest 1.] Hæc dictio, potest, negatiue posita vt hic, necessitatẽ importat: cum autem affirmatiue ponitur, necessitatem nõ inducit. Ad primum. 2. q. 1. c. 1. s. de accu. de his. Ad secundum 4. q. 3. c placuit. §. item in criminali. ver. potest. de præb. de multa. in fi. de appel. oblatæ. ad fin. ff. de arbi. quin etiam. & ideo dicit lex, ꝙ verbum, potest, necessitatẽ non importat. ff. de offic. præsi. sæpe. & l. sequen.

b ¶ Licite.] Superabũdat, id enim dicimur posse, ꝙ licite possumus. 22. q. 2. faciat. vbi de multiplici potẽtia. & supra de rescrip. suscitatus. per Ber. & Inno. de cõc. præben accedens.

c ¶ Obtineri.] Contradicit huic regulæ. sup de iurep. cum ra. Solu. ibi non præscribitur ecclesiæ tamquam beneficium, sed vt proprietas. Item necessitatis causa vel pietatis, vel causa impẽsi obsequij sine canonica institutione possidet quis ecclesiasticos prouentus: nec ex eo canonicus vel beneficiatus proprie dicitur. 12. q. 2. quicũque suffragio. 16. q. 1. possessiones. & q. 3. clerici. & ca. si. episcopus. s. de magi. quoniam. Eodem modo responde tur ad c 32. dist. si qui vero. 12. q. 1. quia 50. dist. studeat de cleri. pug in duel. Henricus. Item arg. contra. supra de electio. in Genesi. sup. de iurepatr. consultationibus. vbi possessio datius eligendi & præscribend. supra de causa posses. cum ecclesia 2. Solu. per possessionem acquiritur ius eligendi & præsentandi: quia procedit ex actibus nostris. ff. de acquirenda posses. l. 1. Institutio autem procedit ex actibus aliorum, quę ad hoc, vt valeat, debet esse canonica, vt hic, in qua præcipue, quatuor requiruntur. Primo ꝙ persona sit quę instituere possit. 16. q. 7. nullus. Secundo, ꝙ institutus sit talis, qui pos-

Possessio in beneficijs nõ attenditur. Beneficiũ comprehẽdit dignitates, personatus: quia materia patitur, hic Philip.

Instituere quid sit.

1 Pot verbũ negatiue ꝓlatũ necessitatẽ importat. Quod nõ est idi stincte verũ. l. infra dies. ff. de re iu. c. q. to. de psc. Corset. in sing. inci. verbum, potest.

2 Dicebat Io. Mo. ꝙ cõtraria loquũtur in potestate actiua, hic loquitur de passiua, & ista differunt. facit de cle. ex cõ. si cele brat. s. eo. li. de ele. nullus. in prin. & c. ex eo ꝙ 1 fi. Io. An.

possit institui.de instit.c.fina. quia non laicus,ut ibi, vel ipse idem instituens.eo.ti. ca. vlt.Tertio,ꝙ illius beneficij īstitutio ex iure ꝓprio,vel deuoluto,vel de legato ad instituentem pertineat.eod.tit.ca.3.] Vnde secundum Dynum vicarius episcopi vel capitulum vacante sede , id non posset.quod dic, vt su pra eo. lib.de offic.vica.cap.fin.de insti.ca. 1.ne sede vacan. ca.vnico.] Quarto, ꝙ seruetur forma constitutionis illius.sup.eo.lib.de elect.cap.vlt.1.[Dic,vt ibi no.in vlt.gl.in confirmationibus enim locum habet, sed in collationibus non, vt ibi.item dat exemplū ꝑ decr.2.eo.li.de elect. & per regulam, actus.hoc eod. ti.]Et no ꝙ hæc regula,est in argumētum contra clericum,q̄ est in quieta possessione beneficij sui:& petitur ab eo titulus possessionis,scilicet institutio,quòd teneat̃ illam ostendere:nam & libertus Ecclesię licet sit in quasi possessione libertatis,probat manumissionem suam.12.q.2.ca.longinquitate. & cap.seq.& hoc probat decr.de appel.personas in parte decisa: vbi de hoc per Lau.nam & possidens pro hęrede vel possessore,cogitur probare titulum. C.de pet.hære.l.cogi. ad hoc facit quod no.de dolo.& cōtuma.contingit.in gl. vlt.circa medium. In contrarium videt̃ argu. 2 o.q.1. quem ꝓgenitores.supra de reg. vidua.& in prædicta. l.cogi 2.q.5.§.1.& ꝓ hoc facit quod no.Inno.de procurato.ex insinuatione.& Ber.Compo.de rescr.capitulum.in gl.5.§.item quæritur an executor. ver.sed secūdum hęc primam opinionem tenebāt Mel.& Ber. Isi.per iura prędicta.Io.& Lau.no.100.dist. cōtra morem ꝙ clericus habens duo beneficia, cogitur dicere titulum:habēti autem vnum solum, sufficit possessionem ostendere.arg.ad hoc supra eo. li.de rescri.c.1.& de offi.ordi.eo.li.c.ordinarij 2.Dici potest 3, primam partem veram cum episcopus ex suo officio vult videre instōnem clerici,hoc probatur de præben.dilecto. vt eccle.benefi.c.vnico.Secūdam cum alius agit,forte dicens se ius habere in ꝑbenda:tunc actor quod asseruerat,& c 6.q.vlt.actor.& præal.ca.vnico.vt ecclesia. benefi.& C.de ꝓba.actor , & hoc probatur ex ijs quæ no.Innocen.Ber.Compost.in prædict.glo.& per Host. & de hoc de simo.licet Hely.super ver. officij sui debitum.[Cuius verba posuit Arch. in decre.ordinarij. Ioan.And.]

1 Idē Dy. fallit si ie uicula es sent omis sa.ff.ꝗ vē. inspici. l. 1.in fi. Fō.

2 Et ibi ꝗ hoc ꝑ Ar. & licet plura ibi recitet , oīa habētur per remissiones huius gl. tenet aūt ꝙ sequit̃ in glo. cū moderamine, qđ statim sub dam. Ioā. And.

3 Videbis Panor.ca. accedens. nu.15. de An. nu.9.

Idem.

REGVLA II.

POSSES-

POssessor.] Istud capitulum hēt duos intellectus secundum duos modos punctuādi textum·Nam q̄dam faciūt pūctum post dictionem, fidei: Alij autem faciunt punctum post dictionem, tempore.

¶ Pro intellectu huius cap. est præsupponendum illud quod habetur in glossa posita super verbo fidei , qualiter hic accipiatur fides,& q̄s dicatur bonæ fidei possessor,& q̄s malę fidei possessor. vnde fides hic accipitur ꝑ conscientia, ut dicamus possessor malæ fidei,idest,conscientiæ, vllo tempore non præscribit . quis autem dicat̃ bonæ fidei possessor , illud colligit̃ ex c.si virgo.34.q.2.& l.apud antiquos.circa medium. C.de fur.& ser.corru.nam ille dicit̃ bonæ fidei possessor,qui putat se dominum rei,quam possidet:& ignorat rem esse alienam:Econtra vero is dicitur malæ fidei possessor,qui habet conscientiam rei alienæ.

¶ Casus secundum primum intellectum sic figurat̃: videlicet faciēdo punctum post dictionem,fidei. Aliquis Titius vendidit mihi rem quæ nō erat sua:puta, vineam,domum,pratum,vel aliquam aliam rem:sed erat cuiusdam alteri⁹,& illam mihi tradidit:ego emptor ab initio bene sciebam rem esse alterius. & non vēdentis:& sic q̄n res fuit apud me:sciebam illam esse alterius:hoc tamē non obstante detinui illam rem per xx.vel xxx.annos: Elapso illo tēpore dn̄s rei uendicauit sibi illam rem, & fecit me conueniri,petēdo, vt iudex declararet illū dominū esse istius rei, & me compelleret ad sibi restituēdum vnà cūm fructibus : Ego autem excipiēdo ꝓposui, ꝙ illam rem possederā per longum tempus,videlicet ꝑ xxx.annos:& ꝙ illo medio ꝑscripseram:ille replicando proposuit,ꝙ non poteram præscribere ꝑꝑ malam conscientiam:q̄a sciebam rem esse alienam: & illud probauit: Quærit̃ q̄d iuris:vtrum possum me tueri prescriptione? Respondet ꝙ non,etiam si tōgissimo tempore possedero: q̄a possessor malæ fidei non præscribit vllo tempore,supleatis,nec longissimo : quia possessor malæ fidei est continue in peccato mortali:& diuturnitas temporis nō diminuit peccata,sed auget.c.fi.de ꝑscri.in antiq.

¶ Alij faciūt punctum post dictionem,tempore Et secundum hūc intellectum casus sic figuratur: Titius uendidit mihi rem alienam:puta pratum vel uineam, putabam illum esse dominū tempore traditionis : in ista bona fide ꝑseueraui ꝑ magnum tempus, sed non per totum tp̄s præscriptionis: postea superuenit mala fides,idest, scientia rei alienæ antequam compleuissem ꝑscriptionem, vtrum possim præscribere? Respondet̃ ꝙ non possum complere huiusmodi præscriptionem:quia requirit̃ ꝙ habeam bonam fidem in omni tempore ꝑscriptionis:Nam malę fidei possessor vllo tempore,idest,q̄ in aliquo tempore prescriptionis habet malam fidem,non præscribit.

¶ Pro expeditione primę gl.videtur ꝙ possessor malę fidei possit ꝑscribere longissimo tempore:& arguitur de l.cū notissimi.C.de ꝑscr.xxx. vel xl.annorum.ibi, ꝑscribitur res longissimo tempore,& cum mala fide. Gl.facit differētiam inter ius canonicum & ciuile:& dicit ꝙ cōtrarium procedit de iure ciuili , quod non habuit respectum ad salutem aīarum: sed ad bonum commune dūtaxat:& ideo cum mala fide procedebat ꝑscriptio longissimi temporis:sed ius canonicum habuit respectum non solum ad bonū commune , sed ēt ad salutem animarum:Nam subiectum scientiæ iuris canonici est homo dirigibilis nō solum in bonum ꝯmune,sed in Deum : & ius canonicum cōsiderauit ꝙ possidēs cum mala fide est continue in peccato mortali:& tanto aggrauat̃ peccatum,quanto diutius infelicem animam detinet alligatam:ideo noluit,vt possessor malę fidei posset prescribere.

Iuris canonici subiectū d̄r esse hō dirigibilis ī Deū & in bonū cōe

¶ Sed vtrū leges ciuiles sint correctæ ꝑ ius canonicū gl.exordit̃ materiam vtrum leges succumbant canonibus,& hoc in terris imperij? R̄ndet,ꝙ ubi uersatur periculū aīæ,leges sucumbunt canonibus,ideo leges illæ sunt correctę,ita ꝙ est iudicādum secundum ius canonicum,& nō ſm leges, sed in materia non cōcernēte periculum aīæ,leges sunt seruādæ in foro suo , & ius canonicum in suo:Nam Papa nō potest tollere leges quo ad iudicium sęculare, nisi in ijs q̄bus uertit̃ periculum animæ:cum potestates sint distinctæ , videlicet ecclesiastica a ꝑtāte sęculari:Ideo dicit Ber. ꝙ ꝑscriptiōnes longissimi temporis quæ procedūt ex sola negligētia non petentis,& non ex facto possidentis ꝑscribuntur cum mala fide, ut puta,debeo tibi decem scuta ex aliquo contractu,tu non petis illa decē scuta ꝑ spatium xl.annorū,ista prescriptio currit mala fide,licet sciam me esse debitorem tuū, ideo si postea facias me conuenire,potero me tueri præscriptione lōgissimi temporis , q̄a ista præscriptio est ex sola negligētia tui creditoris,de qua in ca.fi.de præscr. in antiq.Vtrum in ꝑscriptione requiratur bona fides durante toto tempore ꝑscriptionis , an sufficiat habere bonam fidem ab initio præscriptionis,licet postea se quat̃ mala fides?Respondet ꝙ in omni tempore præscriptionis req̄ritur bona fides,ut est hic tex. secundum vnum intellectum.Sed quid erit si completa ꝑscriptione su̇ꝑuenit mala fides,ut ponamus ꝙ aliq̄s vendidit mihi rem Titij , putabam vendentem esse dominum rei, & sic habebam bonam fidem , & cum ista bona fide tenui istam rem vsq. ad præscriptionē completam: Completa prescriptione sciui ꝙ res erat Titij:vtrū tenear sibi restituere & facere cōsciētiam?

gl.in dicto ca.si virgo.34.quæst.2.concludit ꝙ nō teneor sibi restituere,licet superueniat mala fides:quia ex quo completa est præscriptio,per præscriptionem res est facta mea saltem quātum ad dominium vtile: & secundum alios quātum ad dominium directum:sed in vsucapiones res efficitur mea completa vsucapione quantum ad dominiū directū:

Possessor a malæ fidei b vllo tempore c non præscribit d.

de hoc per Panor.in ca.fin.de præscri.in antiq. Quæritur,vtrum ad hoc,ut quis possit alienam rem præscribere,sufficiat bona fides? Respōdet ꝙ nō, sed vltra bonam fidem requiritur titulus: & hoc in præscriptione longi temporis x.vel xx.annorum: vel in pscriptione longissimi temporis,cum quis præscribit rē ecclesiæ: vel est præsumptio contra ipsum: vel sibi resistit ius commune,nisi allegaret præscriptionem cētum annorum, ut in cap.1.de præs. eodem lib.ut quando quis præscribit decimas in parochia mea,non sufficit probare possessionem per xl.annos: sed requiritur quòd ipse alleget, & pbet titulum, vel alleget possessionē centum annorum, aliàs non requiritur titulus. cap. de quarta.de præscript.in antiq. Quæritur quid sit vsucapio:& quid sit præscriptio. Glossa remittit ad ea quæ habentur in summa. 16. quæst.3.ubi dicit glossa. Vsucapio est acquisitio dominij per continuationem temporis possessionis lege definiti quam definitionē accepit à l.3.ff.de vsuc. Sed præscriptio est exceptio ex tempore substantiam capiens: quæ actioni personali vel in rem,idest,reali opponitur.

Vsucapio quid sit. Præscript. quid sit.

¶ Pro expeditione glo. finalis in verbo præscribit. vr quòd quis præscribat cum mala fide:& arguitur de c. placuit.16.quæst.3.ca.1.de præscri.sup.in antiq. vbi dicitur,ꝙ si populus alicuius diœcesis fuerit occupatus ab infidelibus,& lapsus in errorē hæresis,si episcopus proprius sit negligēs in reuocando populum ab errore,episcopi vicini pnt illum requirere, ut adhibeat diligentiam pro reuocādo populo:& facta monitione debet expectari per aliquod tempus: quo elapso si vicinus eps reuocauerit huiusmodi populum:& populus sibi obediuerit p tres annos,præscribit,licet sciat populū alienū:& sic pscribit cum mala fide.Dicit glo.ꝙ regulariter pscriptio non procedit cum mala fide,sed est speciale in illo casu fauore fidei contra regulam communem,vt vicini episcopi spe lucri reuocēt populum ab errore hæresis.

[Glo.prima ponit exempla.Scdo dicit regulam nō procedere secundum leges nisi dicant correctę: circa quod ponit duas opiniones cōtrarias, & tertiam quæ distinguit. Tertio ponit aliud diuersū inter leges & nos.Quarto dat remissionē de mala fide q pscriptionem sequit.Quinto subdit ēt titulum requiri: signat contrarium & soluit.Sexto remittit de præscriptione, vsucapione,& interruptione.]

1 Habita dist. inter psentes, vel absentes,& qui quo ad hoc dicātur psentes: & qd de illo q nullū hēt domicilium, vel hēt plura: no.C.d̄ pscri. lōgi tēpo. l.fi. vid̄ Spe.d̄ pscri.ver. qn̄ aliqs. Io. And.

a ¶ Possessor.] pone casum.34.q.2. si virgo.s̄.de pscr. c.vlt.Hæc regula secūdum leges vera est ī præscriptione x.vel xx.1.annorum.C.de præscr.long.temp.auth. malæ fidei.In pscriptione autem xxx.vel xl. annorū non requirit̄ bona fides.16.quæst.3.cap.placuit, vt §. potest.sup.de præscri.vigilanti.C.de præscri.xxx. vel xl.annorum,cū notissimi. Nisi velis dicere leges esse correctas.2.per prædi.decreta.de præscript.cap.vltim. vbi de hoc. Quod quidam abhorrent, dicentes Papam non posse tollere leges,nisi quo ad suum forum. Alij vero dicūt Papam indistinctè quo ad vtrumq; forum posse leges tollere.de hoc.10.distin.constitutiones.de test.cum esses.In his autem tenens medium,credo ꝙ Papa vbi non habet temporalem iurisdictionem,non possit tollere legem quo ad forum ciuile, nisi ī his in quibus vertitur periculum animæ: cum potestates distinctę sint 96 dist.cum ad verum. 10. dist.quoniam. vbi de hoc.& qui filij sint legit.causam.2.In his autē in quibus periculum animę vertit,quo ad vtrunque forum tollit legem.pbatur hoc de iud.nouit.de præscri.c.vltim. & de secun.nup.c.pen. & ulti.supra eod. lib.de foro compet. cap. vlt.de iureiur cap.2. eod.lib. de excep.ca. 2.de senten.excommu.decernimus.nam in his leges sacros canones imitari non dedignant. supra de iudi.clerici.in Auth.ut non luxu. contra natu. propterea. colla. 6.in Auth. vt clerici apud proprios episcopos.§. si vero ecclesiasticum. ex qbus satis posset inferri idem de iure canonico circa hoc quod de iure ciuili.Sciēdum est autem, quòd secūdum nos nō solum ab initio, sed in qualibet parte pscriptionis 3, debet præscribens etiam agnoscere bonam fidem,vt hic,& in concord.In his autem in q bus etiam secundum leges requirebatur bona fides,sufficiebat ab initio bonam fidem agnouisse,ut in prædicto.§.potest.& l.cum notissimi.Si autem quæratur de eo q completa præscriptione incipit habere malam fidem,an teneat rem restituere?Dic 4.vt no.14.quæst.6. ca.1.& 34.quæst.2.si virgo,& supra de præscri.uigilāti. non solum autem in præscriptione requiritur bona fides,ut hic:sed ēt 5.titulus, qui det causam præscribēdi.de hoc.10.quęst.3.quia.16.quæst.3.dilectio. de præscri.si diligenti.Arg.cōtra. eo.tit.de quarta.& c.ad aures.& c.vlt.vbi non fit mentio de titu.Sol.dic breuiter,ꝙ si ius commune vel psumptio non est contra possessorē,sufficit bona fides:aliàs necesse est allegari titulum & pbari, nisi allegetur præscriptio tāti temporis,cuius contrarij non sit memoria. sup.eo.li. de pscri.ca.1.Quid autem sit præscriptio, quid vsucapio,quę in eis requirantur,quis eorum effectus: plene no.25.quęst.3. in summa. Quomodo interrumpat,ea. q.§.potest.ver.hæc de præscriptionibus.& sup.de præscri.c illud.

2 Dicit Dy. & ratio est ſm Pet.d̄ An. peccatū.

3 Idē doctores.

4 Albe. & An. dicūt ꝙ non: ēt in foro p. scientię.

5 De hoc, & an sit necesse saltē allegare titulū, & an ī pscribendo vsūfructū vel libertatē alicui9 seruitutis sit titul9 necessarius. hic p Dynū.Io.An.

ADDITIO. Quòd in pscriptione sufficiat ab initio bonam fidem agnouisse,videt ꝙ melius dicant leges quā canones:cum à principio legitime factum vitiari non debeat p illud superueniens, a quo nō poterat inchoari ī.e.factum legitime.ff e.tit.in ambiguis. §.non est nouum.Sol.vt dicit hic Dyn.regulę illæ loquunt in actib. perfectis:secus in inchoatis tantum, vt hic:& pbatur sol.secūdum eum ff.de ver.ob.si sub vna. § 1.& l. pluribus. & de ser.l.p parte. de ser.rust. præ.l.via.§ quæcunque Io.And.

[Secunda glo.de significationibus fidei remittit.]

b ¶ Fidei.]multis modis sumit fides:quod dic,vt no. sup.de fide cath.in rub. & 22.q.1.monet.hic sumitur pro conscientia. sic 28.q.1.omnes deinceps.§. ex his. si.de præscr.c.vlt.

[Tertia glo.ponit duas lecturas.]

c ¶ Vllo tempore.]potes facere punctū ante & post:& sic habebis duos itellectus:Primus est, ꝙ nulla antiqua dierum possessio,&c.s̄.de præscr.vigilanti.Secundus, ꝙ nullo tempore pscriptionis debet agnoscere malam fidem.sup.eo.c.vlt.

ADDITIO.Idem Dynus.

[Glo.vlt.signat contrarium:& dupliciter soluit.Secundo signat aliud,in quo remittit. Tertio quærit,& remittit.Io.And.]

d ¶ Non præscribit.6.] si ergo possidēs cōscientiā hēt rei alienę non præscribit. Contra 16. q.3.placuit, vt quicunque.supra de præscri.ca.1.ibi præscribit,q certus est rem esse alienam. Sol.illud speciale in fauorē fidei catholicæ,sicut alia.2.quæst.7. si hæreticus.s̄.eo. li.de hæret.cap.1.& 4 C.de epis. audien.l.nemo cum simi.Præterea satis videt suam conscientiam purgasse,& bonam fidem agnoscere q verum dominum requisiuit.ar.ī.eo.sciēti.cum suis concor. & sic auctoritate canonis excusatur.sic ff. de nox.l.generaliter,vbi vsucapit q scit seruum alienum,qui sibi ab alio bonę fidei possessore fuerat dat9 p noxa:ex quo verus dominus requisitus noxiam emendare non vult. Item cōtra sup.de iure pat.cura.Sol.vt ibi & 16.q.3.si sacerdotes,in 1.glo.vltra medium, quod etiam videtur contra

6 Ratio secundū Io. Mo. quia peccat, & ex eo meret̄ pęnā: ergo non pmiū. de transla.p̄la.c.2.

tra. Si quæratur quis dicatur bonæ fidei possessor & malæ r: dic, vt notatur de præscri. si diligenti. in glo. pen.

ADDITIO. Et hic per Dynum repetentem quo ad hoc, quod ibi not. Ioan. And.

r Ad mer cu. rñdet Anch. nu. 28. ꝙ per statutum pscribat, debito certo tem pore non petito.

Sine possessione.] Casus in hoc capitulo figurat plu ribus. modis: Et primo per capitulum, causam. de præscri. in anti. Vnde sciendum, ꝙ iura spiritualia non cadunt in laicum, nec respectu habendi, nec respectu possidendi: hoc est nec respectu proprietatis, nec respectu possessionis, vt c. Massana. de elect. in anti. c. decernimus. de iud. Secundo est præsupponendum, ꝙ ius decimandi est ius spirituale: & sic non cadit in laicum: licet fructus decimales sint res temporales.

¶ Idem.

REGVLA III.

Sine possessione a præ-

¶ Casus, hoc præsupposito sic figuratur: Quidam laicus de facto emit ab epo ius decimandi infra limites meæ parochiæ: & cum illo titulo percepit decimas cum bona fide: quia credebat titulum valere: Hoc facto ego rector feci illum conueniri coram iudice competenti: & proposui in meo libello ꝙ eram rector talis ecclesiæ & in ea fueram canonice institutus: & ꝙ erã fundatus de iure communi habendi & percipiendi decimas omnium fructuum excrescentium in mea parochia: & ꝙ iudex condemnaret talem laicum ad restituendũ mihi decimas per eum perceptas, & ad cessandũ in futuro. Laicus cum deberet respondere meo libello, excipiẽdo proposuit, quòd illas decimas perceperat per x. xx. xxx. xl. annos: & sic illas præscripserat: Ego rector replicando proposui, ꝙ ipse non poterat præscribere, nec possidere illas decimas propter incapacitatem: quia ius spirituale non cadebat in laicum: Quæritur, nunquid bene dicam: ita quòd non obstante detentione facti non possit se tueri præscriptione contra me? Respondetur quòd laicus se non potest tueri præscriptione: quia dictus laicus non habuit possessionem habentem adminiculum iuris: & præscriptio non procedit sine possessione.

¶ Alio modo potest figurari casus per c. porro. 16. q. 3. l. qui in seruitute. ff. eo. & primo per dictum capitulum, porro. certum est quòd hæreticus est incapax possessionis cuiuscunque rei, id est, proprietatis & possessionis: & sic hæreticus non potest possidere: nunquid potest præscribere res quas apud se detinet bona fide? Respondetur quòd non: quia præscriptio non procedit sine possessione. & cum hæreticus non possit possidere, ideo non potest præscribere, vt in l. qui in seruitute. Certum est ꝙ seruus non potest aliquid possidere nomine suo: sed dicitur possidere nomine domini sui: ergo etiam nõ potest præscribere: quia sine possessione præscriptio non procedit.

Possessio duplex.

¶ Pro expeditione primæ glossæ positæ in verbo, Sine possessione, quæritur quotuplex est possessio? Dicẽdum est quòd duplex est possessio: Nam quædam est possessio quæ habet plurimum iuris, & modicum facti: Alia est possessio quæ habet plurimum facti, & modicum iuris. Prima possessio est, vt illa quæ acquiritur per procuratorem. c. cum nostris. s. de conces. præb. in ant. nam ista habet plurimum iuris & parum facti: quia in ea plus operatur iuris dispositio, quàm factum hominis: & illa possessio non patit causam vsucapiendi, nisi interuenerit factum nostrum, id est, ratam habuerimus. Alia est possessio quæ habet plurimum facti, & parum iuris: sicut illa quæ per nosmetipsos acquiritur. & illa dicitur habere plurimum iuris, quæ per seruos nostros nobis ignorantibus acquiritur.

¶ Vtrum ad præscriptionem sufficiat possessio facti, vel requiratur possessio iuris? Rñdetur ꝙ non sufficit possessio facti, q̃ dr̃ quasi pedũ positio: sed requiritur possessio iuris, id est, quod habeat adminiculũ iuris, id est ꝙ præscribens sit capax possessionis, vt in primo exẽplo dictum est: videlicet de laico respectu iuris decimãdi.

¶ Vtrum ad hoc quod quis possit præscribere, requiratur quod possideat continue per tempus sufficiens ad præscriptionem, vel sufficiat possidere per interualla: licet non continue? Dicendum ꝙ possessio debet esse continua per x. xx. vel xxx. annos: si requiratur ad præscriptionem spacium xxx. annorum: ita quòd non fiat coniunctio temporum: & nõ interuenerit interruptio, quæ interruptio; quandoq̃ fit naturaliter per inundationes aquarum, quando locus fuit aquis inundatus, & ista interruptio prodest hominibus quorum interest, & pluribus alijs modis potest fieri ista interruptio. Alia est interruptio ciuilis, quæ quandoque fit per litem contestatam; quandoque fit per solam citationem. l. cum notissimi. C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. Et ista interuptio ciuilis non prodest omnibus quorum interest, sed prodest interrumpenti & suis hæredibus, vt Titius vendidit mihi rem alienam, quam tamen credebam esse ipsius Titij, & non alienam; & sic habebam bonam fidem; nondum completa præscriptione quidam non dominus fecit me conueniri, & litem fuit contestatus: & sic interrupit meam præscriptionem: ista interruptio non proficit vero domino: nec eius hæredibus: sed solum interrumpenti.

¶ Vtrum interrupta præscriptione ciuiliter possit possessor præscribere, dum tamen habeat bonam fidem: licet incipiat titubare, an res sit sua vel petentis: vtrum ista mala fides impediat præscriptionem? Glo. Respondet ꝙ de iure ciuili solum fit interruptio præscriptionis: sed si actor dimittat processum, puta quia renunciat instantiæ. & reus acceptat istam instantiam, vt in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. licet instantia sit extincta, tamen remanet effectus, vt non possit currere præscriptio; & sic debet incipere præscriptionem de nouo: sed de iure canonico non potest præscribere, quia incipit esse malæ fidei. Sed contra istã regulam arguitur de cap. cum ecclesia de causa posses. & proprie. vbi dicitur, ꝙ ius eligendi potest præscribi, & tamen non potest possideri, quia est incorporale; & res incorporales non possidentur: ergo male dicitur in regula nostra, quòd sine possessione præscriptio non procedit. Glo. metu contrarij subaudit ad tex. sine possessione, vel quasi possessione, & licet iura incorporalia nõ possideantur, tamen quasi possidentur; & in rebus incorporalibus habet locum ficta possessio; quæ id operatur in rebus incorporalibus, quod operatur vera possessio in corporalibus.

¶ Pro expeditione glo. finã positæ in verbo, procedit, videtur ꝙ quis potest præscribere sine possessione: Et arguitur sic, Captus ab hostibus non possidet, quia possidetur ab alio; & qui possidetur, non possidet. l. qui in seruitute. ff. eod. & tamen captus ab hostibus præscribit. l. iusto. §. vltimo. ff. de vsucap. Respondet glossa, ꝙ captus ab hostibus non possidet per se: sed si ante captionem ab hostibus possidebat per seruos suos vel famulos, vel filios suos, durante captiuitate possidet: Et ipse reuersus recuperat possessionem, & fingitur iure postliminij nunquam perdidisse possessionem, eo ꝙ possidebat à tempore captionis: secus si tempore captionis non possidebat per seruos, quia tunc non posset præscribere. Item secus si non possidebat per seruos vel alios quos habet in potestate, sed per seipsum possidebat ante captionem; quia tunc perdit possessionem & sic non posset præscribere.

[Prima glossa dicit vnde sumpta; & ponit & specificat exẽpla. Secundo de multiplici possessione remittit. Tertio tractat qualis possessio in præscriptione requiratur. Quarto quomodo possessio debet esse continua. Quinto, de quasi possessione.]

a ¶ Sine possessione.] hæc regula sũpta est ex l. si. ff. eo. tit. qui in seruitute est. per quam etiam potest hic poni exemplum casus, & per c. 16. q. 3. porro. & sup. de præsc. causam quæ. Seruus cum ab alio possideatur, non possidet, vt in primo casu; hæreticus & Paganus, vt in

secundo: laicus spiritualia, vt in tertio. Sciēdum est autem ꝙ possessionum alia iuris, alia facti: alia iuris & facti: & hæc interdum habet plurimum iuris & minimū facti: interdum econtra, quod prosequere, vt not. sup. de conces. præbend. cum nostris. & C. de acquirend. possess. l. 1. Vt ergo currat præscriptio, debet quis possidere de facto & de iure. de facto planum est: quia qui non possidet, non præscribit: & debet possidere proprio nomine, non alieno: aliàs ille præscriberet, cuius nomine possideret. 16. quæst. 3. clerici. de restitu. spolia. cum venisset. in fine. de præscript. si diligenti. ff. de acquiren. possessio. quod meo. debet etiam possidere de iure: quia ad præscriptionem requiritur ciuilis possessio 1, id est, quòd talis sit persona, in quam cadere possit huiusmodi possessio, vt probatur per iura inducta in principio glo. ad hoc etiam 14. quæst. 1. in princ. Et quod ibi not. & de probat. ex litteris. in fine. ff. de vsucapio. sine possessione. hoc dico: quia laici de facto interdum possident decimas & spiritualia, vt not. Bar. Brixien. 14. q. 1. in prin. 1. glo. magnæ. & in fine. ad hoc supra eod. lib. de restit. spol. ad decimas. nam, vt ibi patet, aliud est possidere, aliud est legitime possidere. Et not. quòd hæc possessio facti debet esse continua: quia si interrumpatur possessio, interrupta est præscriptio. 16. q. 3. c. placuit, vt §. potest. de præscr. illud. C. de præscr. xxx, vel xl. ann. cum notissimi. si tñ fiat interruptio ciuiliter, puta per litis contestationem, secundum canones videtur, ꝙ amodo non currat præscriptio: quia præsumitur titubare, & malam fidē habere 2. sed leges quę de mala fide nō curant, nouos xl. annos requirūt, vt in prædicto §. potest. & hoc no. Ioan. 16. q. 3. c. 1. Et quod dicit regula de possessione, hoc intelligas, vel de quasi possessione: quia incorporalia nō possidētur, sed quasi possidentur. ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam. ff. de acqui. posse. l. 3. in prin. & tamen præscribuntur. s. de cau. poss. cum ecclesia.

1 Prolixe tractat hic Dyn', ꝙ ad pręscriptionē requirit ciuilis & nālis possessio. vl' ciuilis tm: s. quę aio retinetur. Sed naturalis tm non sufficit, vbi alius ciuiliter possidet, &c. quem vide. I. A.

2 Verū si actū sit in iudicio. gl. c. qm frequenter, vt lite nō cōtest. § pe. attamē actus exiudicialis ante pscriptionem incęptā cōstituit reum ī mala fide. l. si fūdū. C. de rei vend. Phi.

¶ Item potest poni exemplum in fure: Ponamus quòd aliquis Titius surripuit mihi aliquas res: istas res postea perdidit per casum fortuitum: quia cum essent in domo sua, per incendium fuerunt combustę: vtrum fur teneatur mihi restituere illas res, licet sint perditæ per casum fortuitum? Respondetur ꝙ sic, quia fur semper est in mora restituendi rem. ¶ Ex hac regula colligitur, ꝙ regulariter quis non tenetur de casibus fortuitis,nisi culpa vel mora pręcesserit casum.

[Prima glo dicit vnde sumpta:& ponit exẽpla in prin. & in fi.ex quibus infert hunc de casu teneri: in medio obijcit,& soluit.]

a ¶ Non est sine.] Hęc regula sumpta est ex l.ff.eo. tit. l.culpa est.Pone casum in clerico iaciente lapidem: & cæco sagittante.50 dist.clerico.15. q. 1.§.cum itaque. in monacho chirurgico.supra de homi.tua.1.responso. Scire.n. debet quod suum non est, ad alios pertinere. C.vnde vi.cum quęrebatur.Si hæc regula vera est: ergo est culpa gerere aliena negotia.& sic est contra.ff.de neg.gest l.2.& per totum.vbi prodita est actio gerenti: ex improbitate enim non debuit actionem consequi 22.q.4.si ad peccatum supra de consuetu.cap penul. ff. de fur.itaque fullo.Sol.officium hoc debet homo homini.22.q.4.c.2.supra de testam.cum in officijs. ibi.primo loco.& c ff.de ser.expor.l.seruus.Et nota quòd proprie loquendo inter Deum & hominem est religio: in decre.iuramenti religio.52.q.4.vnusquisque. Inter prelatum & subditum obedientia.2.q.6.qui se fecit. Inter maiorem & minorem reuerentia.supra eod.lib.de off.delega.c1.2.Inter patrem & filium dilectio.5.q.5 non osculatur.Inter consanguineos pietas.Inter dominum & seruum,seruitium:Inter patronum & liberum,obsequium.Inter hominem & hominem officium.C.de neg.gest.officio.ff.de inoffi.test.l.2.Non potest ergo dici ad eum non pertinere:nam vides ꝙ olim appellans pro cõdemnato habebat biduum vt in propria causa, non triduum,vt in aliena.ff.de appel. non tantum. ff. quando appel sit.l.2.Ad hoc 2.q.6.non solent.Exemplificare potes hanc regulam etiam in imperito medico. & iudice 3, qui ꝑ imperitiam male iudicauit,qui tenetur actione in factum inquantum religioni iudicantis videbitur æquum.ff.de var & extraor.cogn.l.si iudex. Instit. de oblig quæ ex quasi delic in prin.quia imperitia culpæ comparatur.1.q.1.non est putanda in fi 29.dist.c.vlt. supra de ęta.& quali.ad aures de homic.tua.ff.eo.tit l. imperitia.fi.ergo est in culpa se miscendo, ergo tenetur de casu:quia semper si casum culpa pręuenit, tenetur quis de casu 4.de homici.præsbyterum. & c.continebatur.& c ad audientiam.& supra eo lib eo. tit. cap. vlt.de hoc 50.dist.de ijs supra de homic.sicut dignum. in glo.penul.Ad hanc regulam concor.supra de sen.ex com.perpendimus.Ioan.And.

b ¶ Non pertinet.] 5.dicit Io.Mo.ratione facti vel modi.ad primum allegat de homi.continebatur ad secundum eo.tit.ad audientiam.ff.ad legem Aquil. sed & si. §.fi.cum l.sequen Io.An.

c ¶ Se immiscet 5.] tractat hic Dynus an teneatur, qui impedire potuit iniuriam fieri, & non impediuit. Et dicit hoc planum de iure canonico ꝙ tenetur. s.eo. lib.de sent.excom.dilecto & facit ad hoc ff.de noxa.l. 2.in prin.& ff.de re mili.omne delictum.§ qui pręposi tum.Sed vt dicit:contrarium not.ff.eo.tit.l.culpa. Tamen vt dicit textus illius legis facit pro a contrario. Item;facit ad Syllania.l.1.§ eodem autem.pro gl. facit ea.l.5.sed in eo.de hoc supra de senten.excom.quantæ.Ioan.And.

† Io.A.tãgit hic an clericus patrocinans corã sęculari ĩ crimi nali,sit irregularis morte secuta:plenius.c. 1. de postu. c.snia. ne cle. vel mo. Item de teste ĩiuriato falsum, apud acta deponente,q oĩ iure puniẽdus ẽ tm eũ pœna falsi;q ꝑ sequitur. Hip. in l. ff. de fal. Bal ĩ l.iu. in fin. C. de test.dicit talem puniẽdũ, vt de crimine stellionatus. Phi.

Religio ẽ iter Deũ & hoiem Obedientia ẽ iter platũ & subditũ: Reuerentia inter maiorẽ & minorẽ.

3 Et alle. Flore.ff.ꝙ quisq; iuris.l.3. I. An.

4 Verũ est si ex culpa verisimiliter sequit casus, aliàs nõ.Do. l. 2.§ si vero.ff.si qs cau.Phi.

5 Hę duæ glossulę ex lectura Io.An. sunt huc translatæ nec habẽtur ĩ antiquiorib. codicib. etiam impressis.

Nullus

NVllus pluribus.] Casus figurat primo per c. auditis. de præscrip. in antiq. Ponamus ꝙ eps Pictau. dicit ecclesiam beati Hilarij maioris Pictauis esse sibi subiectam de iure communi: unde fecit conueniri Decanum & capitulum illius ecclesiæ coram iudice competenti: & petit in suo libello, ut illa ecclesia declaret sibi esse subiecta, & ꝙ clerici & canonici cōpellantur sibi obedire: Decanus uero & capitulum excipiēdo proposuerunt, ꝙ sint exempti a iurisdōne ordinaria ipsius epi. Itē ꝓposuerunt, ꝙ posito, ꝙ non essent exempti, tamen ipsi præscripserant libertatem contra episcopum Pictauen. & sic ipsi allegāt duas exceptiones cōtrarias: quia si sunt exēpti ꝑ priuilegium sedis Apostolicæ, nō est eis necessaria pscriptio, vtrū sint admittēdi ad ꝓbādum istas duas exceptiones? Vr ꝙ nō: qa actor non potest simul proponere plures actiones. l. 1. C. de ser. corrup. sic uidebatur in reo, ꝙ reus non posset etiam simul proponere plures defensiones. Sed hac rōne dubitandi non obstante, rñdetur in contrarium: uidelicet ꝙ reus pt plures defensiones proponere etiam contrarias: Et ratio huius colligit per istam regulam, iuncta regula, cum sunt partium iura. sup. eo. & l. fauorabiliores. ff. eo. titu. Nec obstat motiuum: nam iura magis fauent reis, quàm actoribus. ¶ Item potest figurari casus ꝑ l. interpositas. C. de transact. Titius conuenit aliquem suum debitorem coram iudice cōpetēti, coram quo dedit in scriptis suum libellum, cui petijt ꝑ reum rñderi: reus aūt excipiendo allegauit transactionem factam inter ipsū & Titiū: Titius replicādo ꝓposuit, ꝙ illa transactio erat nulla: Primo quia fuerat facta ꝑ metum. Item allegauit ꝙ ille cum quo fuerat facta trāsactio, erat seruus trāsigentis: utrū debeat Titius admitti ad ꝓbandum istas duas defensiones? Respōdet ꝙ sic: qa nullus prohibetur vti pluribus defensionibus, etiam si illæ defensiones essent inuicem cōtrariæ, ut dictum fuit in primo casu.

¶ Idem.

REGVLA XX.

NVllus † [a] pluribus vti defensionibus prohibetur.

¶ Prima glossa dicit vñ sumpta, & ponit exempla. Secundo exponit regulam etiam de contrarijs: & 11. casus excipit. Tertio interserit de electionibus & actionibus, & remittit. Quarto obijcit ad id ꝙ dixit de cōtrarijs: & ponit quatuor solutiones, & quālibet impugnat. deinde soluit distinguēdo, subdēs adhuc aliam solutionem, quam nō approbat. Quinto notat, remittit, & concor. allegat.

a ¶ Nullus pluribus.] Hæc regula sūpta est ex l. ff. eo. ti. l. nemo ex his. Pone casum 24. q. 1. q̄ squis. vbi negat Aug. quod dicebat Vincen. cum facere: dicens ꝙ posito ꝙ id uerum esset, id facit ex causa, de præscri. auditis. vbi allegat exēptio & pscriptio. C. de transact. interpositas. vbi dr transactionem non tenere, tum qa metu interposita, tum quia facta cum seruo proprio. Et quod dicit, defensionibus, intelligas etiam contrarijs. 13. q. 2. in principio. vbi de hoc. ff. de excep. l. nemo. nisi forte spāliter ius impediat, ut prædic. l. ff. eo. ti. l. nemo ex his. impedit enim ius interdum contrarias defensiones ꝓponi. Pone, casum ff. de nox. l. quoties. §. ꝑtor, ibi cōuentus noxali, negans seruum habere in potestate, conuictus de mendacio tenet insolidum, nec pænitere pōt. Idem in cōuento de pauperie. ff. si quadru. pau. fe. dica. l. 1. §. interdum. Idem in eo q̄ negat pecuniam numeratam: conuictus de mēdacio, non potest dicere se soluisse. C. de non nume. pecu. Auth. contra qui ꝓpriam. [Vide de hoc in Spe. de except. §. viso. versi. sed quid si debitor. & ibi in uersi. si tractat. de creditore q̄ negat se numerasse, & pignus recepisse, cum ab eo pignus repetit.] Idem in eo qui negat se socium, amittit priuilegium, ut conueniatur in q̄tum facere potest. ff. de re iudica. sed hoc ita. §. 1. idem in eo q̄ negat sibi pecuniam solutam, si conuincitur de mēdacio, amittit priuilegium, ꝑ quod aduersarius compellebatur ꝓbare indebitum: sed ipse cōpellitur ꝓbare debitum. sup. de solu. is qui. ff. de probatio cum de indebito, in prin. Item impedit. ff. de rei vend. l. vl. C. qui potio. in pig. habe. Auth. si possessor. nam conuentus rei vendicatione uel pignoratitia, negans se possidere, conuictus de mendacio, cōmodum possessionis amittit: vt ibi: & Aquilia inficiatione crescit in duplum. ff. ad l. Aquil. l. 2. & hæres qui negat legatum, conuictus non recurrit ad solemnitatem iuris, ut dicat testamentum imperfectum. Instit. de fideicommis. hær. § vlt. Item impedit. Instit. de fideicōmis. libertati. §. sed quod. & in Auth. de trien. & semi. §. studium. & §. illud actor. colla. 3. 1. Duas autem electiones q̄s simul prosequi non pōt: nec una electa redire ad alteram. sup. eo. li. de elect. vt quis duas 2. & facit sup. de re iud. cum olim. An autē quis pluribus actionibus uti possit, no. 13. q. 2. ī prin. de relig. domi. cum dilectus. & per Inno. & Hosti. de resti. in integ. constitutus. & plene. ff. de tributo. ꝙ in hęredem. §. eligere 3. [Nec ualet si dicas idem debere dici in exceptionibus, in quibus reus est actor. ff. de except. l. 1. ꝙ in actionibus. & est ratio: quia rei fauorabiliores. ratio rationis: quia in potestate actorum est agere: sed conueniri non est in potestate reorū. ff. de do. excep. l. pure. § fina. Dynus.] Licet autem ex titulo duplicato non agat. s. de fide instrum. inter dilectos. C. de contrah. emp. cum res. tamen bene excipit. sup. de concess. præben. post electionem. de religio. domi. constitutus. & c. cum dilectus. In illa aūt decre. de præscrip. ueniens, simul ꝓponebantur illa duo, priuilegium & pscriptio, per quorum unum uidebatur recedi ab altero, ut ibi patet. Sed nonne contraria allegans non auditur, ut 23. q. 7. quod autem, in prin. de appel. sollicitudinem. in fin. C. de fur. & ser corru. l. 1. Quidam indistincte dixerunt allegantem ɔ̄ria nō audiri per prædictam decret. inter dilectos, sed obstant supradicta iura. Alij dixerunt. s. Gul. Naso. Tan. & Goffre. recitando, ꝙ illud habet locum in actore, & in eadem instantia iudicij: nam secus in diuersis. ff de inofficioso testa. l. Papinia. § sed nec impuberis. in reo autem non habet locum, ut sup. probaui. Sed huic opinioni contradicit prædic. decre. ueniens. nam ibi erāt mutuæ petitiones: & super eo super quo se defendebat abbas, non audit ibi allegans contraria: pscriptionem, s. & priuilegium. Et ideo dixerunt quòd non auditur allegans contraria in eadem instantia iudicij, ut in cōtrarijs: sed in diuersis bene: & ideo dixit lex, ꝙ qui primo egit de inofficioso testamento, & succubuit: potest postea dicere nullum, ut C. de inofficioso testam. l. contra maiores 4. Sed huic contradicunt de præscrip. auditis. & c. cum olim. ubi in eadem instātia proponuntur. Vnde dixerunt alij ꝙ sub conditione licet proponere contraria: puta propono talem exceptionem, in qua si succubuero, extunc propono talē, facit de excep. cum uenerabilis. & ꝙ ibi no & sic intelligunt s dictas decre. auditis. & c. cum olim. & hoc recitat Goff. seruari in curia. Sed hoc non colligitur ex ipsis decre. & uidetur quoddam diuinare. Vnde verius dicas, ꝙ aut sunt contraria quæ proponuntur ex principio, aut ex fine. Si ex principio, sunt contraria, sed ad unum finem tendunt: pone casum in prædicta decre. auditis, & in decre. cum olim & in decret. post electionem. cum si. tunc proponi possunt in eadem instantia, & unum non præiudicat alteri 6. Si autem ad finem contrarium tendunt: pone exemplum per decre. sollicitudinem. tunc simul uel in eadem instātia non proponuntur, ut supra dixi. Nec credas quod in prædic. decre. ueniens. priuilegiū in eo ꝙ priuilegiū sit contrarium pscriptioni in eo ꝙ præscriptio, sed te-

† Io. An. hic dicit accusatū homicidij specificati, negātē, si ɔuicatur, excipere posse de sua defensione, et si suā negationē iurauerit Phi. ꝑ no. Bar. ī Au. ɔ̄ qui ꝓpriā. ego allego tex. in §. itē si vas. si de īuersi. cōtrouer. neq; dēt dicere necessariā, sicut vult Lot. fin, 28. vi de Ias. §. si q̄s. Inst. de acti.

1 Dñt cōiter Doct. ꝙ ī his oībus est rō spālitatis vt puniat mēdaciū Io. And.

2 Ego ibi dixi cām post Pet. de Anch.

3 Pe. Dyn. hic, & oēs ī l. edita. C. đ edē. & c. 2. de lib. oblat.

4 Idē Dy. & est rō: qa ɔ̄rianš origine ñ affectu.

5 Vide ꝙ ibi dixi sup fi. antepen. gl. Io. And.

6 Est de mēte Dyni. ꝑ leg. scio. §. vl. ff. de app.

nor priuilegij erat contrarius pscriptioni: per præscri ptionem.n.ibi dabatur abbati plena & pura potestas recipiendi ordines à quocunque vellet epo: sed p priuilegium cum determinatione dabatur prędicta potestas: si eps catholicus non esset, &c. Dicunt tñ qdam referre in uerbis an scilicet dicat, allego priuilegium & præscriptionem: & tunc debet audiri, an dicat, allego prescriptionem & priuilegium: & tũc non audit, quia ponit carrucam ante boues, & sic intelligũt decre. Sed, vt ibi patet, primo priuilegium fuerat allegatum: unde præcedens ratio uerior est. Et nota ꝙ exceptionem obiciẽs non contestatur litẽ. s. e. li. de lit contest. l. nec fatet, vt j. eo. exceptionem. & adde quod ibi dicam. & ꝯcor. ad hanc regulam. de appel cum parati.

¶ Idem.

REGVLA XXI.

Quod† semel [a] placuit, amplius displicere non potest.

Quod semel placuit.] Casus sic figuratur per capitulum primum de iud. in antiq. Quidam Titius fuit conuẽtus coram aliquo iudice sibi suspecto: fuit petitum à iudice utrum uellet eum recusare tamquã suspectum: & dicit illi: Si tu velles, posses me recusare vt suspectũ pp talem causam: verumtamen si velis coram me litigare, ego ministrabo tibi bonã iustitiã: & delibera an velis coram me litigare? Ille respondit: ego cõfidens de legalitate vestra, sum contentus corã vobis litigare: & sic semel sibi placuit litigare coram eo: Postea pęnitentia ductus voluit illum recusare vt suspectum: vtrum possit? Respondet ꝙ non: quia ꝙ semel placuit, amplius displicere non potest, & hoc verum nisi superueniat aliqua causa de nouo.

[Prima glo. ponit exempla quatuor specierum. Secundo ponit 23. casus, q plures includunt, quibus regula fallit. Tertio dicit aliquid generale incidere in hanc regulam: de quo generali remittit. Quarto ponit quatuor quæ requiruntur ad regulam: scilicet ꝙ placitum non sit a iure reuocatum, ꝙ scienter placeat: ꝙ nõ sola mente: & ꝙ alterius intersit.]

a ¶ Quod semel placuit.] Pone 1 casum in matrimonio 32. q. 5. horrendus. de iureiu. quemadmodum. ff. de adulter. si uxor. in fi. In electo. 8. q. 2. dilectissimi. s. eod. li. nulli. de electio ff. si decuri. l. pen. in fin. In iudice 3. q. 3. offeratur. de cau. pos. cum olim. C. de iudi. apertissimi. Idem in alijs omnibus. 4. dist. in istis. s. de proba. per tuas. ff. de neg. gest. Pomponius. 2. Fallit interdum hæc regula ex causa superueniente: uel de nouo ad notitiam perueniente. supra eod lib. de electio. vt circa. & cap. nulli. supra de excep. pastoralis. quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. sup. de offi. delega. insinuante ff de interrog act. de ætate. §. ex causa. Item fallit in casu. ff. de mune. & hono. ut gradatim. §. reprobari. vbi medicus semel probatus iterum reprobat: & est illud speciale propter hominum sanitatem: ne vniuersitatis membra malo medico corrumpant. Item fallit in omnibus casibus in quibus à iure pmittitur pænitere uel variare: sic in appellatione à qua licet appellanti recedere. 2. q. 6. si quis ii bel los. de offic. deleg. gratum sup. eod. lib. de elect. quamuis. & c. prouida & supra de appel. interposita. Item in patrono laico, qui variare potest accumulando s. de iure patro. quod autem. & c. pastoralis. In Cardinali, qui uariat in casu. sup. de elect. licet. In moniali s. eodem li. eo. ti. indemnitatibus. §. si autem. Et in testamento quod mutari potest usque ad supremum uitæ exitum 13. q. 2. ultima uoluntas. de celebra. Missa. cũ Marthæ ff. de adi. leg. l. 4. Non obstat pactum de non mutando. C. de pactis. l. pactum quod dotali. ff. de le. 3. si quis in principio. ... responso. & in libello qui vsque ad litis contestationem mutari potest. C. de edẽ. l. edita. de hoc de libel obla. c. 2. & accusans ante inscriptionem pænitet. de accus. c. licet. Item iudex mutat interlocutoriam suam. supra de appella. cum cessante. & dic, ut ibi. ff. de re iud. quod iussit. Item in mandato, societate, & deposito licitum est pænitere. Institu. mandati. §. recte. supra eod. lib. de procurato. cap. 2. & penult. ff. pro socio. sed & socius. §. vltimo. ff. de deposi. l. 1. §. penult. & regulariter in contractibus innominatis. quod dic ut plene not. ff. de condi. cau. da. caus. nõ se. si pecuniam. Item præcariũ ad certum tempus cõcessum, etiam ante tempus reuocatur. ff. de præca. l. cum precario ratio. quia certi temporis adiectio est contra naturam illius contractus. Item soluuntur sponsalia de futuro per secuta sponsalia de præsenti. de spon. si inter. & sponsalia de præsenti per ingressum religionis. de conuersio. coniug. ex publico. & ingressus religionem, ante annum uel professionem pænitet. & de regu. ad nostram. & professus unam religionem, etiam inuito prælato profitetur, & ingreditur arctiorem. eodem titu. licet. Et a simplici uoto receditur per sequens matrimonium. sup. e. li. de uoto, & vo. redemp. capitulo unico. ratio ibi. Item a voto de certa religione profitenda receditur per ingressum etiam regulę laxioris. supra eodem libro. de reg. qui post votũ. Itẽ fallit in casu in quo licet inf. triduum pęnitere. sup. de regula. ad nostram. & eodem libro, & titulo constitutionem. in fine.

Item in electo, qui consentit electioni de se factæ: qui propria auctoritate pęnitet ante confirmationẽ. de translla. inter corporalia. secundum Ber. In his igit & similibus casibus, quod semel placuit, adhuc poterit displicere. Et incidit in hanc regulam illud generale, quòd nullus potest uenire contra factum suum. de quo dic ut no. 55 distinct. pænitentes. de elect. nosti. & de cleri. coniuga. diuersis fallacijs. Et not. quòd hæc regula non habet locum in ijs quę improbatur à iure 2. ut in prædic. capitulo pænitentes. 55. distinct. supra de pact. capitulo ultimo. sup. de foro competenti. si diligenti. C. de arbit. l. pen. ubi licet partes faciãt pactum de non recedendo ab arbitrio, & appellationi renuntient: nihilominus recedere possunt [Expone & remitte ut dixi de arbi. cum dilectus, super fin. vltimæ gloss.] Item habet locum in ijs quæ scienter placent, & non per errorem facti. 38. distinct. quamuis. 22. q. 2. in quibus. & supra de elect. cum in cũctis. & de sol. capitulo ultimo. de coniug seruo cap. 2. & vlti. ff. de iurisdictio. omn. iud. si per errorem. Item requiritur quòd non placeant sola mente, sed verbo uel facto. sup. de spon. tuæ. Et ꝙ alterius intersit. facit inf. eod. mutare. & quod ibi dicam.

ADDITIO. Dynus hic plene tractat an faciens secundum testamentum habeat necesse specialiter reuocare primum, in quo erant uerba derogatoria.

Secundo, an sufficiat solum generalis reuocatio. Et dicit quòd forte non erraret qui diceret secundũ ualere. per § & si quidem. in Authen. de testamen. imperfect. ubi sufficere uidetur expressa reuocatio: nec requiritur specialis. Tamen ipse tenet cõtrarium, scilicet ꝙ requiritur specialis, per l. si quis. in prin. ff. de lega. 3. superius allegatam, ubi dicitur, nisi specialiter dixerit, &c. Si uero specialiter reuocat, certum est ualere secundum, ut ibi: nisi transisset ad naturam contractus excedens fines ultimæ uoluntatis. ff. de donat. cau. mor. l. ubi ita donatur. Et quod illud in testamento fieri posset, quod in contractu, patet. ff. de assigne. liber. l. assignare. & not. ff. de sta. hæredes. §. vltimo. Ioan. And.

† Io. An. tenet hic ualere secundum testãm. nõ obstante primo iurato: neq; testatorẽ eẽ periurũ scdm Phil. sed videto Imolã in c. cũ ꝯtingat d' iur.

1 Io. Mo. dicit exẽpla ponẽ. da p c. de illis. j. ad fi. de def. impub. p l. ff. de inof. test. l. fi. ff. de aqua plu. arcen. in diẽ. de uaca. mu. l. ptor. §. si post. & c. Io. And.

2 Vnde dicit Ioã. Mo. ꝙ malũ culpæ remittit, & ordinari pt ĩ bonũ pęnæ. vel ut dicit, homo ruẽs ĩ peccatũ non resurget nec ex se nec à se: sed gratia pueniente. Io. An.

Non

NOn debet aliquis.] Casus primo sic figuratur per capitulum, si habes. 34. q. 3. Ponamus ꝙ Titius manus violentas iniecit in clericum, vel aliud graue delictū perpetrauit dignum excommunicatione, vtrū filius pro delicto sui patris delinquentis debeat excōmunicari; Respondet ꝙ non quia quis non debet grauari odio alterius: & istud est regulare. Aliquando tamen propter delictum patris puniuntur filij,

¶ Idem.

REGVLA XXII.

NOn † debet aliquis alterius odio prægrauari.

vt in crimine læsæ maiestatis, l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. & in crimine hęresis. sup. de hęre. per totum. istomet libro. Item potest figurari casus per capitulum, si compromissarius. §. 1. s. de elect. Certum est ꝙ si canonici alicuius ecclesię cathedralis, vel collegiatæ eligant in suum prælatum aliquem indignum, sunt priuati pro illa vice potestate eligendi. Sed ponamus ꝙ canonici compromiserunt in aliquos arbitros, qui arbitri scienter elegerūt indignum: vtrum canonici cōpromittentes sint priuati potestate eligendi pro illa vice? Respondet ibi ꝙ non: ne isti canonici ex dolo arbitrorum puniantur. Item potest poni casus in l. si quis. circa finem. C. de inofficio. testamen. vbi dicitur, ꝙ antiquitus mater poterat filium suum etiam non doli capacem exhæredare odio mariti: hodie illa lex corrigitur, ꝙ odio mariti vxor non poterit filium suum exhæredare, nisi commiserit causam ingratitudinis erga matrem, & hoc per rationem huius regulæ, ne filius grauetur odio patris sui.

[Prima, glossa primo ponit exempla. Secundo obijcit de tribus iuribus, Respondet, remittit, & dat simile. Iterum successiue format quinque obiectiones, quas soluit. Tertio dat simile ad regulam, & continuat infra proximam.]

a ¶ Non debet aliquis. 1] Pone casum in filio, qui non excōmunicatur pro peccato patris. 24. q. 3. si habes. In compromittentibus, qui non puniuntur dolo compromissarij. supra eo. lib. de elect. si compromissarius. §. 1. Idem C. de inoffi. testam. si quis in suo. versus finem, vbi reuocatur lex antiqua, quę permittebat filiū exhæredari à matre propter paternum odium. Ad idem 1. q. 4. Iudæi. de simo. nobis, & c. sicut tuis. supra eod. lib. de iniur. & dam da. & si pignorationes. C. de pœnis. l. sancimus, cum simi. Contra. 2. q. 6. biduum. ver. si aduersus absent. de caus. poss. cum olim. ff. de tribut. procuratoris, vbi negligentia, vt in primo: factum, vt in secundo: dolus, vt in tertio, procuratoris nocet domino. Sed dic ꝙ ratione mandati ipse dñs videtur id facere: vnde eius odio grauatur inquantum fines mandati patiūtur, in eo ꝙ excedit non. de off. deleg. cum olim. Intelligas hoc, vt plene not. supra vt lit non contest. ca. 1. in fi. Idem dic in hęrede qui grauatur pro defuncto: & in fideiussore, qui grauatur ꝓ principali, vt no. de hoc per Gar. in prædicta decre. & si pignorationes. Item cōtra 70. dist. neminem. vbi in odium ordinantis deponitur ordinatus. Sed ibi non solum fuit odium ordinantis: sed delictum ordinati, qui se permisit sine titulo ordinari, vt ibi not. Item contra 56. dist. per totum. 1. q. 4 c. ecclesia. §. item peccato. 6. q. 1. si quis cum. 15. q. vl. cum multæ. 24. q. 3. in prin. 35. q. 2. ita nos. de consecr. dist. 1. in sancta. ibi, perit iustus sæpe pro impio, supra de filijs presbyt. per totum. supra de spon. non est vobis. de hæret. vergentis supra eo. tit. eo. lib. c. 2. §. 2. cum multis similibus. Sol. triplex est pœna, ęterna, spiritalis & temporalis: quod prosequere, vt not. 1. q. 4. in summa & 24. q. 3. in summa. de his quæ fiunt à maio. par. cap. c. quæsiuit. Pœna 2 ergo temporali vel spiritali alia ab excommunicatione sæpe punitur vnus pro alio & speciale est: & rationem videre potes, vel in odium criminis: puta læsæ maiestatis, hæresis, vel schismatis. Ad hoc supra eod. lib. de schisma. cap. vnico. Vel quia incontinentia paterna timetur in filio, & facit quod dixi supra eod. semel, in fin. Item contra. ff. de insti. sed & si pupillus. §. cęterum. in fi. Sed ibi fuit culpa præponentis, & eodem modo soluitur. ff. de offic. proconsul. obseruare. §. 1. quia ibi culpa fuit proconsulis secum ducentis vxorem. Item contra. C. in quibus cau. pign. ta. contra l. satis. vbi bona mulieris, in casu mariti primipilarij sunt tacite obligata: ita quod si ipsius bona exhausta sunt, bona vxoris distrahuntur. Sed illud est speciale. Facit ad hanc regulam inf. eo damnum quod quis, & quod ibi dicam: & satis continuatur hæc regula cum inf. prox per quam etiam respondetur ad contraria supra signata.

¶ Idem.

REGVLA XXIII.

SIne culpa b, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.

ADDITIO. Dicebat Io. Mo. ad propositum 56. dist. superius alleg. ꝙ vnius delictum quandoque causat defectum in alio, vnde esse non legitime natum, non est nota delicti, sed defectus. de purga. cano. accedens, & secundum eum intelligitur regula, quod non impingitur in toto, licet in tanto. Illegitimi tamen alieno vitio laborant: & ideo digni sunt venia. C. de na. lib. l. legem Ioan And.

SIne culpa 3.] Istud capitulum continet duas regulas, Prima est, ꝙ non debet quis puniri sine culpa: Secunda regula est, quòd punitur quis sine culpa, quā do subest iusta causa. Casus quo ad primum dictum potest figurari per l. si putator. ff. ad legem Aquiliam. Aliquis Titius putabat frondes alicuius arboris existentis in suo fundo: accidit quòd aliquis transeundo sub illa arbore fuit occisus: vtrum putator teneatur l. Aquilia? Respondet: aut potest apprehendi culpa in ipso putatore: quia forte arbor illa erat iuxta iter publicum, & non pręclamauit antequam proijceret frondes, & tunc tenetur l. Aquilia: Aut arbor ipsa erat in medio sui fundi: & quia non potuit cogitare quòd ibi aliquis transitum faceret: quia alicui non erat licitum transitum facere per suum fundum: & sic non tenetur, quia non est in culpa: & sine culpa non est aliquis puniendus.

¶ In secundo dicto figuratur casus per cap. si cuius. 34. distinct. Aliquis Titius contraxit matrimonium cum vidua corrupta: vtrum efficiatur bigamus? Dicitur ibi ꝙ sic: & non poterit promoueri ad ordines: & non punitur ex culpa sua: sed quia subest iusta causa, videlicet propter defectum sacramenti.

¶ Item posset poni exemplum per cap. tua. de cleri. ægro in antiq. Aliquis Titius clericus sine culpa sua incidit in lepram: vtrum possit priuari redditibus saltem patre redituum suum beneficij; Respondet quòd sic: & ideo priuatur sine culpa: non tamen sine causa.

[Prima glo. ponit exempla regulæ & exceptionis: reddit rationem regulæ, & remittit.]

b ¶ Sine culpa.] hic ponitur regula, & eius exceptio. In regula pone casum 56. distinctio. satis peruersum. supra de constitut. cognoscentes. ff ad leg. Aquil. si putator. In exceptione pone casum in marito corruptæ, qui à promotione sine culpa repellitur: tamen ex causa propter sacramenti defectum 34. distinct. si cuius. In clerico leproso, qui sine culpa propter scandalum priuatur ecclesia de cleric. ægro. capitulo tua. quod dic, vt ibi scripsi.

Item in domino serui, qui noxam dedit, qui compellitur emendare noxam, vel dare seruum pro noxa. Institut. de noxa. actio. in princip. Regulariter ergo nullus punitur sine culpa. 15. quæst 7. inuentum. de homi. Ioannes, & c. vlti. C. de pœnis, sancimus. supra de consue. cap. pen. & supra regula proxi. cum suis concord. Et est ratio: quia pœna est mensura culpæ de offic. deleg. sane 2. de transact. capitulo vltimo. de homi. sicut dignum vbi autem non extat mensurandum, mensura locum non habet: ergo vbi non est culpa, nec

Mm 4 pœ-

† Io. An. hic mouet qōnē an iterdictū latum ꝯ vniuersitatē, cōprehēdat absentes vel ꝯdicētes, remittit ad no. ꝑ c. si sñīa de sēt. ex cō. s. e. & an virtute represaliarū capta cū bona cōsciētia teneri possint. I. An. & Alber. late disputāt.

1 Dy. ponit exemplū ff. de bon poss. ꝯ tab. leg. l. 3. §. si emācipat⁹ & ff. d pę. l. crimen vel pę & de decu. l. 2. §. in filijs. & examinat an exhrēdatio filij penit⁹ excludat ne potē. Bar. il. si quis posth. ff. d li. & post hu. Sal. l. si qs filiū C. de ioff. testa.

2 Vid' oīno Alfonsū, castrū li. 2. d iusta hæret. punitiōe c. 10. & 11. vbi plenissime d hac difficultate.

3 Io. A. & Phil. examināt: acolithus beneficiatus suicepto filio ex cōcubina, genuit alterū ex legitima vxore: qua mortua ipse ī extremis cū oli cōcubina matrimoni - sauit: an illi filio debeatur hrēditas q̄ cōsuetudo defert primogenito.

pœna. Bene tamen ex causa punitur quis sine culpa su pra, vt lit. non contest. q̄m frequēter. §. si vero, in fine. Et hæc materia plus glo. non indiget: prosequere. n eā, vt not. 22. dist. renouantes. ꝟ. de constit. cognoscentes, & de priuil. antiqua.

ADDITIO. Dynus ponit exemplum in hac regula cum fauore publicæ vtilitatis res aufertur possessori, & datur militi, qui virtuose se habuit 1. ff. de euict. Lucius. de rei vendi. Item si verberatum. §. 2. Io. An.

1 Vid̄ Fe. c. q̄ in ecclesiarū. 1. col. de cōst. Bar. in l. itē si verberatum. de rei vend.

¶ Idem.

REGVLA XXIIII.

QVod quis mādato [a] facit iudicis, dolo facere non videtur: cum habet [b] parere necesse.

QVod quis mandato.] Casus figuratur primum per capitulum, miles. 23. q. 5. & aliqui intelligunt in milite sed idem in executore sententiæ.

CASVS. Quidam Titius commisit homicidium vel aliud crimen dignum vltimo supplicio: fuit captus p iudicem sæcularem: quia talis Titius erat laicus: & q̄a iudici constitit de crimine perpetrato per ipsum Titiū eundem condemnauit ad mortem, vt laqueo suspenderetur: & iudex præcepit militi deputato ad executionem sentētiæ, vt illum Titium laqueo suspēderet: iste miles paruit iudicis, & Titium laqueo suspēdit: vtrum iste miles censeatur homicida: & tamquam homicida sit puniendus? Respondetur ꝙ non: quia non est in dolo, nec in culpa, eo ꝙ necesse habuit iudici parere.

¶ Alij intelliguut istud capitulum in alijs militibus, & non in executoribus sententiarum: & tunc secundum istum intellectum casus figuratur: Aliquis miles perpetrauit rebellionem contra rempublicam: & fuit ordinatum ꝙ bellum ei indiceretur: & fuit ordinatum ꝙ alij milites istum militem & alios rebelles occiderēt: qui milites parendo mandatis Regis vel Imperatoris rebelles occiderunt, vtrum sint censendi homicidæ, & tamquam homicidæ puniendi? Respondet quod non: quia non sunt in dolo, eo quod istos rebelles occiderunt ad mandatum regis vel Imperatoris, vel alterius iudicis. ¶ Item potest casus poni per ca. si clericos. ꝟ. de senten. excom. Ponamus ꝙ eps Pictauen. eo quia non habet territorium: nec potest capere malefactores, nisi infra septa domorum episcopaliū: vnde episcopus præcepit laicis, vt quendam clericum criminosum caperēt & ad se adducerent: ad pręceptū episcopi isti laici talem clericum ceperunt, & epō adduxerunt, & incarcerauerunt: vtrū ipsi incurrerint aliquam sententiam ex communicationis? Respondet ꝙ non: quia mandato licito epi obtemperauerunt: & hoc faciendo non fuerunt in dolo. ¶ Item potest poni casus per l. si quis. §. doli mali. ff. de iurisd omnium iudic. hoc modo. Ibi. n. dicitur: si quis album prætoris positum causa perpetuę iurisdictionis corruperit, incidit in pœnam quinquaginta aureorū: Accidit ꝙ pretor alicui iniunxit vt ipse corrumperet album suum: iste ad mandatum prætoris corrupit album; vtrum incidat in pœnam quinquaginta aureorum? Respondet ꝙ non, quia antequam quis incidat in illud edictum, requiritur ꝙ ipse commiserit dolum; & dolo facere non videtur, qui ad mandatum iudicis aliquid facit.

2 Dyn. ēt ponit exē plū p l. ff. de aqua plu. arcē. l. q̄quā. in prin. ff. de lol. si sti pulat'. §. si lance. Io. An.

¶ Prima glossa dicit primo vnde sumpta, & ponit exempla: secundo exponit regulam, & rationem reddit: tertio illam conuertit.

a ¶ Quòd quis mandato 2.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. e. tit. l. non videntur data. §. qui iussu. Pone casū in milite, qui de mādato iudicis occidit. 23. q. 5. miles. In laico vel clerico, qui de mandato epi capit clericū. supra eo li. de sen. ex com. si clericos. Et in eo qui iussu prętoris corrupit album: qui excusatur à pęna. ff. de iurisdict. omnium iud. si quis id. §. doli mali. Et hæc vera, cum iudex aliquid mandat officium suum exercendo 3. ff. ad Trebel. seruo. §. cum prætor. Et causa quare tūc excusatur parēs, est iudicialis auctoritas, vt ibi. secundo, ne contra publicam vtilitatem impediaẗ punitio maleficiorum, vt ff ad leg. Aquil ita vulneratus. Si vero non exercet officium suum: non est parendum nisi ex reuerentię exhibitione. ff. de in ius vocan. l. generaliter. nam interdum resistere debent officiales 4. de pœniten. distinc. 1 nemo, supra de electio. fundamenta. §. iudices. Apertius eo. lib de pœnis, fęlicis. ad fin. C. de appella. quoniam, & hoc verum in atrocioribus: in quibus potius Deo quàm hominibus obediendū est 11. q. 3. si dominus. de sent. excom. inquisitioni. ff. eod. tit. ad ea. In his autem quæ sine dolo committuntur, ēt extra officium parens excusatur. ff. ad leg. Aquil. liber homo 2. vbi de hoc plene not. Et no. ꝙ sicut dolo caret qui iudicis obtemperat præcepto: ita econuerso, dolo non caret, qui iudicis non obtemperat præcepto. ff. eo. tit. l. non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperauit.

3 Distinguit hic Dyn. vt not. ꝟ. de temp. ord. ad au res ī glo. 2. Io. An.

4 Pet. de Anch. in reg. ea q̄ ꝟ. c. 2. col.

¶ Idem.

REGVLA XXV.

MOra sua cuilibet est nociua.

ADDITIO. Facit hęc regula, quod quis, & c. ad quęstionem debitoris, qui de mandato iudicis vel curię ei soluit quod debebat creditori, quam vide in Spec. de solu. §. nunc aliqua versic. illud autem quæritur, ecce. Ioan. And.

[Secunda glossa not. à contrario: dat similia. arguit ad quæstiones, & remittit.]

b ¶ Cum habeat.] redditiuū causæ: in his ergo in quibus non habet necesse parere, vt in atrocioribus, quæ ad suum non spectant officium, dolo nō caret, vt supra dixi. & facit de sent. excom. vniuersitatis. vbi verberans monachum, si est laicus, licet faciat hoc de mādato abbatis sui, excommunicatus est: Et nota ꝙ dicit: cum habeat parere necesse: sicut enim necessitas excusat à furto, vt de consecrat. dist. 5. discipulos. sup. de fus. c. 3. ad hoc. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. 2. §. cum in eadem naui: sic & à dolo, vt hic vides: cum ergo nullum sit maleficium sine dolo, vel lata saltem culpa, quæ dolo comparatur 5. 11. q 1. aliquos. de sen excomm. c. 1. ff. de iu. iur. l. illud. ergo & à quolibet malēficio excusat necessitas: quod intelligas vt supra dixi. Est autē regula hęc in argumento ad quęstionem, de eo qui ad mādatum ecclesiæ reddit debitum vxori pendente lite adulterij vel conditionis. de hoc not. 34. dist. si cuius. de coniug. spru proposuit.

5 Do. tex. ī l. cū aūt. §. capitalē si. d ę. dil. edic.

MOra sua.] Casus in hac regula figuratur multis modis: Primo per capitulum decimæ. 15. q. 1. Aliquis meus parochianus tēpore messium vel vindemiarum non soluit mihi decimam, sed illam retinuit apud se: Accidit ꝙ aliquo casu fortuito decima perijt sine culpa sua: quia milites transeuntes violenter illam decimam rapuerunt, vel inimici sui: inimicitia tamen contracta sine culpa, decimam per violentiam acceperunt: nunquid tenetur mihi soluere ęstimationem decimæ peremptæ? Respondet quòd sic: quia iste fuit in mora soluendi mihi decimas: & sua mora debet ei esse nociua. Item potest figurari casus per capitulum vnicum, de commoda. supra. Sed pro intellectu huius casus est præsupponendum, quòd commodatarius non tenetur de casu fortuito, quando fuit commodatum gratia recipientis: verumtamen tenetur de dolo & culpa. Ponamus ergo sic casum: Commodaui tibi librum meum ad vsum tuum: certum est quòd si liber meus non perierit culpa tua, sed casu fortuito. tu es liberatus: Sed ponamus quòd commodaui tibi librum meum ad certum tempus ad tuum vsum: lapso tempore isto interpellaui, & requisiui te, vt librum mihi

mihi restitueres, quod facere recusasti indebite & iniuste, & sic fuisti in mora restituendi mihi librum meũ: postea liber meus aliquo casu fortuito perijt apud te: numquid teneris mihi soluere æstimationẽ libri? Certe sic. Item põt poni casus in fure, qui semper est in mora restituendi rem surreptam: si res pereat perit periculo suo: ideo tenetur soluere æstimationem.

ra a † sua cuilibet est nociua.

† Dynus tractat de intresse: & Ioan. Igne' in l. quatenus. ff. de reg. iu. & Ph. Io. And. petunt: an post assignatũ pro emptoriũ audiatur exceptio.

¶ Idem.

[Prima glossa dicit primo vnde sumpta, & ponit exempla: secundo ponit tria, quæ requiruntur ad moram: & quomodo tunc tenetur de casu etiam naturali: tertio prosequitur de mora aliena: & de materia remittit: quarto quærit an purgetur: arguit pro & contra, & soluit.]

a ¶ Mora sua.] hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. in condemnatione. §. vnicuique. Pone casum in eo qui est in mora soluendi decimas: quia pereunt periculo suo, etiam casu fortuito. 16. q. 1. decimæ. Idem in commodatario, vel depositario, qui fuit in mora, de commoda. c. vnico. de deposi. bona fides. Idem in fure, qui statim est in mora. C. de fur. l. subtracto. Circa hanc tñ regulam not. quod ad hoc, quòd quis dicatur morosus, requiritur quod sciat se debere, vel scire debeat quòd interpellatus fuerit a die vel homine: & quòd habuerit possibilitatem dandi, hoc habes. ff. de rebus credit. l. quod te, & tunc tenetur morosus de casu fortuito: ẽt si eodem modo fuisset res apud dominum peritura: sm Accursium, licet Martinus contra, vt not. in dicta l. quod te. & probatur ff. de lega. 1. cum res. §. vlt. fortassis. n. dominus rem vendidisset: & apud alium perijsset, & hoc tenet Bernar. supra de commo c. vni. & de depo. bona fides. Et not. quod dicit, mora sua: nam in duobus reis debendi altero interpellato alter liberatur interitu speciei: 1 sed interpellat' tenetur. ff. de vsu. l. mora. in fine. Item mora fideiussoris sibi nocet, non reo, quominus liberetur interitu speciei: secus ecõuerso. ff. de verbo. oblig. cum filius, & l. mora. & hoc quia fideiussor habet causam a reo, non reus à fideiussore. Et imputet sibi qui alterius obligationem in se suscepit. Vnum not. quod si debitor primo fuit in mora soluẽdi, & postea creditor in mora recipiendi, vel cõtra: quod vltima mora nocet, vt ff. de vsu. l. debitor, & vide quod not. de deci. cum homines. De mora autem & multiplici eius effectu, plene not. ff. de vsur. l. mora. [Et per Hostien. in summa de vsur § ex quib. causis. sub §. & mora, & per ipsum & Inno. de loca. propter, per Dynũ eo. tit. potuit] Sed numquid mora semel cõmissa purgari potest? 2 Videtur quod non. 12. q. 2. longinquitate. q. 2. puella, de electio cum in cunctis. ibi. decurso tẽpore, de supplen negligen præl. licet. & ca. vlt. ff. de actio. & obliga. l. traiectitiæ. C. de contrahen. & committen. stipul. magnam. Contra quod possit purgari. 18. dist. cap 1. vbi de hoc, & 100. dist. quoniam de supplen. negligen præl. litteras, de elect quod sicut. in fi. de reb. eccles. non alie. si quis presbyterorum. de loca. & cõduc. propter. in fi. & c. potuit. in fin. vbi de hoc, & de elect. c. vlt. ff. si quis cau. l. & post tres. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. 1. C. de fideius sancimus, supra eo. li. de præben. si tibi. Solu. dic quod vbi dies præfigitur a canone vel lege pœnam imponente, mora purgari non potest: pœna n. semel commissa non purgatur, & sic intelliguntur prima iura, & hæc regula, & hoc est verum, nisi eadem lege vel alia, vel canone caueatur in eo casu moram posse purgari, & pœnam euitari: & sic intelligantur contraria. Lex autem illa, & si post tres, loquitur de præparatorijs iudiciorum, in quibus mora bene purgatur, vt ibi, cũ suis similibus: sed post litem contestatam nõ purgatur. ff de verbo. oblig l. si insulã, multo ergo minus purgabitur pœna semel cõmissa, nisi forte fingeretur nõ fuisse in mora. 2. q. 6. biduum, de iudicum. Bertholdus. ff. de in integr. resti. l.

Morosus quis dicatur.

1 Et sic sibi non nocet: & hoc verum: nisi eẽnt socij. ff. de duo. re. d. l. pe. sm Dy. secundum quẽ sibi imputet casus in societate participando, debuit. n. cogitare hoc euenire posse. ff. de 9 di. inde. l. indebitã. ff. loca. l. si quis domum. Io. And.

2 Bar. in l. in sulam. ff. de ver. ob. ca potuit. de loc.

diuus, sicut. n. a pœna canonis non appellatur. sup. de appellat. consuluit 3. & c. quia nos, nec pœna legis vt ff. de verb. sig. si qua pœna. sic nec purgatur, vt sup. dictum est, & hoc not. Gar. supra eo. lib. de ele. cupiẽtes. §. quod si per 20. & Ioan. And.

3 Vide quod ibi notatur in glo. priuato.

REGVLA XXVI.

EA † quę fiunt bà iudice, si ad eius non spectant, non subsistunt.

E A quæ fiunt.] Casus figuratur primo per capitulum, quorum vices. 67. distinct. hoc modo. Ponamus quod aliquis simplex sacerdos, vel alius constitutus in dignitate: puta archidiaconus, decanus, vel cantor, non tñ episcopus, ordinauit aliquẽ in diaconum proferendo verba apta ad talem ordinẽ, vtrum iste sic ordinatus receperit talem ordinem? Respondet quod non: quia potestas ordinandi clericos non dependet ab ordine sacerdotis, nisi fuerit eps. Vel sic: Ponamus, quòd aliquis simplex sacerdos non eps protulit ista verba apta ad conficiendum chrisma: vtrum conficiat? Rñdet quòd non: Idem est de consecratione monialium: & generaliter cum quis facit ea, quæ nõ spectant ad officium suum: illa per eum facta viribus non subsistunt. Item possent poni alij casus: videlicet per capitulum, indulgentiæ, de pæniten. & remis. eo. lib. supra Aliquis eps vel archieps concessit subditis suis porrigentibus manus adiutrices ad aliquod pium opus, centum dies indulgentiarũ: vtrum valeat talis concessio indulgentiarum? Certe non: quia ad officium epi vel archiepi spectat solum dare xl. dies indulgentiarum, & non centum.

† Facit hæc regula, vt citatus corã iudice incõpetẽti nõ teneatur cõparere: si stat quod nõ iurisdõne. Bar. in l. cõtumacia. §. cõtumax. ff. de iud. quod quo lati' hic per Fran.

[Prima gl. dicit primo vnde sumpta, & ponit exempla: secundo dicit regulam ẽt in bono quod fit, locum habere: & quòd loquitur in aliàs iudice: tertio qrit, & ponit duas opiniones contrarias: quarto signat cõtrarium, & soluit: quinto dicit regulam non loqui in spiritualibus, quæ dependent ab ordine]

b ¶ Ea quæ fiunt.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. ti. l. factum a iudice. Pone casum 68. dist. quorum vices, vbi simplex presbyter ordines conferendo, chrismando, virgines consecrando, nil agit. Item supra eo. lib. de pænit. & remis. indulgentiæ, vbi non tenet indulgentia data ab epo vltra tenorem concilij generalis. Ad idem ff. de iurisd. omnium iudicum l. vlt. vbi dicitur, extra territorium ius dicenti non pareatur impune. idem si supra iurisdõnem suam velit ius dicere. Et habet hæc regula locum ẽt cum bonum est id qd facit iudex: tñ ex quo ad eius non spectat officium viribus non subsistit: pone exemplum 96. dist. bene quidem: bonum. n. est statuere res ecclesiæ alienari non posse. 12. q. per totum 2. de reb. eccle. non ali. per totũ: tñ statutum Imperatoris super hoc non valuit, quia ad eius non pertinebat officium, vt ibi. Ad idem de appel dilectus. ibi. n. officialis archiepi bonum & æquum decreuerat: tñ quia id ad suum non pertinebat officium ratione appellationis interpositæ ad Papam, non valet quod fecit: generale. n. est, quod non sufficit bonum facere, nisi & bene id fiat. 16. q. 1 monachi 2. de postul. c. 2. ff. de re mili. l. 3. §. in bello, & facit 23. q. 5. relegentes, & de collusi. c. 1. & quod ibi not. Et quod dicit regula, ea quæ fiunt a iudice: aliàs subaudi: nam in eo quod facit non pertinens ad officium suum, nõ dicitur iudex, sicut ergo procurator fines mandati nõ debet excedere, sic nec iudex fines iurisdictionis, & hoc dico, siue sit ordinarius, siue delegatus, siue arbiter: saluo eo quod de prorogatione not. sup de offi. de leg. P. & G. Quæri solet, si iudex, qui de decem tantum potest iudicare, iudicat de xx. an valeat sententia in decem Dixit Ioan. quod non: 4 quia res iudicata non põt pro parte tenere, & pro parte non tenere. ff. famil. ercifcun. in hoc iudicio, & hoc ipse not. 2. quæstio 6. §. diffinitiua. ver. cum certa ratione. in fine. Ad contraria ibi signata 12 quæstio. 2 si quos de seruis. C. de donat. sancimus, potest responderi id speciale fauore donatio-

4 Vr de mẽte Ph. hic: cum quantitates sint diuisibiles. ad bo. l. 1 § si stipulanti. idẽ Fran. Aretin. ad eũdem in l. consulta diualia. C. de test.

donationum. Ad decre. de arbit. cum tempore. de præben. dilectus. potest dici, quòd ibi sententia continebat plura capitula: vnde in vno potest tenere, in alio non: hic autem continet vnum tantum, & cum Ioan. concor. Accur. 1 ff. de iurisdict. omnium iud. l. vlt. Hug. tamen & Lau. tenent contrarium, scilicet, ꝙ sententia bene tenet in decem, & dicũt sententiam rescindi tã tum in superfluo, & hoc no. ex verbis illius ver. cum certa. dum dicit, ꝙ contra ius gestũ videtur. C. quando pro uo. non est neces. l. certa. & pro eis facit quod not. de don. Apostolicæ. & reg. inf. eo. vtile. & quod ibi dicam. pro Io. optime facit prędict. decre sup. eo lib. de pœn. & remis. indulgentiæ. Pro Hug. & Lau. sup. eo. li. de arb. c. 1. ff. de arbi. l. idem. §. si plures. Et facit hæc reg. pro his quæ dixi sup. eo. quod quis mandato. Ad primũ casum cõtra 95. dist. c. 1. vbi presbyteri chrismabant 2 in fronte. Sed illud ad tempus à Greg. fuit specialiter cõcessum, & dic vt ibi: & tunc ad eorũ spectabat officium: & si non ex ordine, ex demandatione, & vide quod de hoc not. de conse. d. 5 manus, in vlt. gl. Nec habet locum hæc regula in spiritualibus, quæ potius dependent ex potestate ordinis q̃ iurisdictionis. Hinc est, ꝙ si eps, qui hoc potest ex ordine, consecret alienam ecclesiam vel altare: vel ordinet alienum subditum, ꝙ non potest ex iurisdictione: consecratio tamen & ordinatio bene tenet: licet ordinatus executione careat. 7. q. 1. eps in diœcesi. de tẽp. or. quod translationem. & dixi s̃. eo. ratũ. Io. An. a ¶ Non spectant.] 3 & hoc constat. facit ff. de re iu. cõtumacia §. contumax non videtur. vbi vero dubitatur, tenetur quis ire allegaturus priuilegium. ff. de iud. si quis ex aliena. secundum Dynum: quod dic vt not. de accu. veniens. & in gl. fi. Io. And.

1 Qui tñ nu not. C. de re iud. l. 2. Ioan. An.

2 Vide s̃. ci. Tr. ses. 7. de con fir cano. 3.

3 Hæc glossula ex nouel la Io. An. huc fuit translata.

4 Phi. hic docet pręsumptiones doli. Dy. Io. A. petũt, an cõpromit tẽtes possent s̃ pactũ petere reductionẽ ad arbitriũ boni viri, quęrit Io. And. an notoriũ priuilegiũ, & quid de renuntiãte foro ordinarij. Font.

5 Dyn. de iniuria ponit exem plũ per l. 1. ff. de iniu. §. vsq; adeo. de dol ponit p l. 3. ff. d̃ lib. hom. exhi. §. si qais volentem. Ioan. An.

... ctant a officium, viribus non subsistunt.

¶ Idem.

REGVLA XXVII.

Scienti b & cõsentienti non fit iniuria, neque dolus.

¶ Idem.

REGVLA XXVIII.

Quæ c à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.

Scienti & consentienti.] 4 Casus in hac regula figuratur per l. 1. ff. de actio. emp. & vẽ. & pro intellectu huius casus est pręsupponendum, quòd quando venditor vendit aliquam rem, debet pdicere emptori onera ordinaria illius rei: aliàs teneretur ipsi emptori. Sed ponamus, ꝙ tibi emptori stipulanti vẽdidi domũ meam quæ debebat seruitutem domui vicini mei, forte seruitutem stillicidij recipiendi, vel altius non tollendi, vel aliquam aliam seruitutem: & tu emptor sciebas bene: ꝙ domus mea debebat istam seruitutem: ego autem sciens, ꝙ esses informatus de ista seruitute, non pdixi tibi illam seruitutem in venditione facienda, vtrũ possis agere contra me actione ex empto, vt diminuam tibi de precio quantum minus valet domus tibi vendita propter illam seruitutem? Respondetur ꝙ non: quia eras informatus de ista seruitute: ideo non erat opus ꝙ vlterius de ea te informarem: quia scienti & cõsentienti non fit iniuria, neque dolus.

[Prima glossa primo dicit vnde sumpta: & ponit exẽpla: secundo supplet de scire debente: & dicit in regula principium ponderandum: tertio ponit rationem regulæ: & notat copulam: quarto successiue signat: & soluit tria contraria.

b ¶ Vtile non debet.] Pone casum 12. quæst. 2. si quos de seruis. vbi ep̃s manumisit seruum bene meritum, cui dedit vltra x. sed illud amplius tantum reuocabitur. supra de præben. dilectus. vbi confirmatur factũ legati in uno capitulo & non in alio. C. de dona. sancimus. ubi tenet donatio pro parte, & pro parte non tenet. [Dynus ponit exemplum per l. si duobus. §. hæres ff. de leg. 1. ubi debetur legatum ad quod præstandum dãnatus est hæres & non hæres.] Et no. ꝙ hoc est Brocardicum: & pro hoc parte faciunt iura supra inducta ad idem 37. dist. turbat. & c. si quid ueri. 1. q. 1. nonne Sodomitæ. & c. dominus declarauit. 12. q. 5. quia. 17 q. 4. quæstio. 22. q. 4. inter cætera. 23. q. 4. q. d. ergo de con se. dist. 4. si non sanctificatur. supra de arbi. cum tempore. de dona. Apostolicę. & quod ibi not. de testi. Raynutius & c. Raynaldus. Instit. de inuti. stipu. §. quod si q̃s ubi stipulor mihi & alij, tenet stipulatio pro dimidia pro alia dimidia non. ff. de usu. usuras. ubi illicitę usuræ etiam mistæ sorti non uitiant sortem. & eo. tit. l. placuit. ubi stipulatus usuras ultra modum licitum, uel usuras usurarũ, licitas tantũ petit, licet non ultra. & ff. de iu. do. l. siue generalis. ubi si generalis procurator, uel specialis dotis dãdæ cã constitutus, amplius, q̃ fuerint mulieris facultates promiserit: non ualet ipso iure promissio in superfluo: sed usque ad licitum modum bene. & C. de transact. si ex falsis. ubi transactio tenet pro parte, & pro parte non. C. de usur. cum allegas. C. si cer. peta. si pro mutua. ubi pœnæ promissæ tenet usque ad legitimam quantitatem usurarum, & nõ ultra. & C. de secun. nup. hac edictali. §. si uero. ubi si ultra statutum modum relinquitur uitrico uel nouercæ, id quod plus est solummodo reuocatur. C. de liber. p̃ter. uel exhære. authen. ex causa. ubi dicitur ex cã p̃teritionis, uel exhæredationis irritum est testamẽtũ, quantum ad institutionem: cætera namque firma permaneut 3: per quæ & similia probatur utile per inutile non uitiari. Econtra quod utile uitietur per inutile probatur 9. dist. si ad sacra. 23. dist. c quorumdam 3. q. 9. pura. supra de offi. dele. cum super. & c. super quæstionum. §. si uero. de re iud. ad probãdum. ff. de aqua quotidia. & ęstiua. l. 1. §. item quæritur. ff. de arbi. j Pedius. aliàs incipit, parui refert. ubi compromissum in seruum & liberum factum non tenet ff. de transactio. cum hi. §. prætor, ubi requiritur totum utiliter gestũ. & Insti. quibmod. tol. obligat. §. prętera. ubi prior stipulatio utilis uitiatur prætextu sequẽtis nouationis licet sit inutilis. Solu. dixit Bartho. Brixiẽ. & hoc no. 3. q. 9. pura. quòd utile per inutile uitiatur, ubi in iure id inuenitur expressum: aliàs non. Vel dic plenius, ꝙ regulariter 4 utile non uitiatur p̃ inutile, ut hic patet: uides enim ꝙ hæc pars probãdi, scilicet negatiua, hic ponitur pro regula. Habemus igitur stare regulæ, nisi specialitatis ratio, uel casus specialis cõtra regulã appareat, ut dixi supra in rubrica. Est autem contra hãc regulam casualiter inuenire utile uitiari per inutile, ut in cõtrarijs. Et est specialitatis rõ, quia utile & inutile sunt inseparabilia 5, ut uides in c. quorundã. in decret. cum super. & in l. Pedius. & in decre. super quęstionum. & in decreta. ad probandum. in l. Pedius. & in omnibus contrarijs probatur optime hæc solutio. ff. de aqua quotidia. æstiua. l. 1. §. Trebatius. & §. item quæritur.

† Vltra Dy. hic declarẽtẽ regulã uide Phi. ponẽtem viij. limitationes, & lege Do. meũ. §. ꝙ si q̃s Instit. de inut. stip. & Ponor. c. dilect. nu. 6. de p̃b. doct. c turbat. c. si q̃d. 37. d.

3 Quia in illis filius non dehonestat̃ sicut p̃ institutionẽ extranei, & an appellatione cæterorũ cõtineantur fidei cõmissa, tabulę pupillares: dixi post Igneum. legens dict. auth. ex cã. C. de li. p̃t.

4 Idẽ Accur. in pall. l. Pedi. Sed dicebat Dy. solutionẽ nõ sufficere ni casuũ exceptorũ specialis rõ redda. I. A.

5 Idẽ Io. Mon. hi & Philip.

quæritur. dicitur enim in §. Trebatius. ꝙ si habeo seruitutē ducēdi ad aquā certū numerum pecorum, si plus ducam, superflua poterit dñs remouere: & in §. itē q̄rit̄. dr̄, ꝙ si habeo seruitutem ducendi certam aquam per fundum tuum, & ego aliam aquam illi misceo, quod a toto potero prohiberi. Ratio ergo diuersitatis est: quia pecora separabilia sunt, aqua mista īseparabilis: ideo in primo prohibeor solum à superfluo, in secundo à toto. Item

¶ Idem.

REGVLA XXXVIII.

Ex eo nō [a] debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare.

probat̄ optime. ff. de ædilit. edict. l. plerū que. & l. ediles. §. cū autem. & §. seq. vbi si difficilis est separatio, redhibito vno, redhibet̄ & reliquum. ad idem ff. de leg. 1. plane. in princi. ff. de verborum oblig. l. 1. §. sed si mihi. & l. quæ extrinsecus. cum similibus. Colligit̄ solu. ff de usur. l. pecuniæ. 1. respon. in vlt. gl. & Arg. s̄. ff. de dona. inter uirum & vxo. si spōsus. §. 2. Sed illud spāle donationum fauore. Item contra prædicta. ff cō munia prædi. l. proprium solum. ubi si uendo propriū solum, ita ut mihi & uicino seruiat: mihi soli & non uicino seruitus acquiritur. & ff. quod cum fal. tu. l. 1. §. sed Pomponius. ubi si uerus tutor auctoritatē præstitit cum falso tutore, tenet ipsius ueri tutoris auctoritas. Et ideo subdistinxerunt q̄dam si utile & inutile sūt inseparabilia, & uitium est in re: tunc vitiatur, ut supra dictum est. Si autem uitium est in persona adiecta, tunc non vitiatur: & sic intelligantur hæc cōtraria. Sed hæc solutio reꝓbari videtur per prædi. decreta. de offic. deleg. cum super. & ideo posset respōderi ad prædict. l. quod cum fal. tut. ff. vt ibi no. Bernard. Vel posset dici ꝙ in illa l. verus tutor & falsus auctoritatem non simul, sed separatim p̄stiterunt, & ideo cum actus commiscui non fuerint, utile non hēt per inutile separari. Ad l. ꝓprium. ff. communia prædi. bene fateor ꝙ seruitus est res indiuisibilis: sed ibi uendēs, seruitutem integram sibi, & integram uicino acquirere voluit [1]. Seruitus autem uicini bene est separabilis à seruitute uēdētis: & ideo altera utilis ꝑ alteram inutilem non vitiatur. Ad leges autem superius allegatas. ff. de arbi. l. Pedius. & ff. de transactio, cum hi. §. si prætor, dico ꝙ ibi non erant duo quorum alterum utile esset, alterum inutile: sed unum solum, s. transactio super alimentis in secundo casu inualida: q̄a non quæsierat prætor de omnibus quæ mādat orator. in primo casu unum fuerat compromissum, & non duo. Sed ad hoc ultimum est melior prima solutio. Vr̄ tamen fallere prędicta solutio in casu. ff. de fideiusso. l. Græce. §. illud. ubi dicitur ꝙ si fideiussor obligatus est in duriorem causam quam principalis, omnimodo nō obligatur: sed secūdum opinionem illam, quæ exponit omnimodo non obligatur, in eo. s. quod excedit, non contradicit.

Ex eo non debet.] Casus figuratur per l. Papinianus §. meminisse. ff. de inoffic. testa. Pater meus instituit extraneum hæredem suum, quòd me filium suū exhæredauit, tñ ꝑ suum testamētum legauit mihi aliquam rem: puta pratum, vineam vel domum: hæres scriptus post mortem patris adiuit hæreditatem: hęreditate adita cōueni hęredem scriptum querela inofficiosi testamenti: succubui in querela: quia hęres ꝓbauit quod commiseram ingratitudinem erga patrē meum: volo postea capere legatum mihi relictum in testamento: Respondet quod non possum: quia non debeo habere legatum ex testamento quod nisus fui impugnare.

[Prima glossa ponit exempla: Secundo dicit tria debere concurrere: scilicet quòd perseueret, ꝙ non ratione officij id faciat, & quod idem sit capitulū. Tertio inducit concor. & simile. Quarto conuertit regulam.]

a ¶ Ex eo non debet.] pone casum in eo qui dicit decretales epistolas nō esse auth. quia nullam debet ꝓ se allegare. 29. dist. si Romanorum. ad idem 3. dis. quo iure. Item pone in eo q̄ impugnat compositionem, q̄ ex ea beneficium non consequitur. s̄. de censi. cum olim. Item in eo qui impugnat testamentū, dicens illud inofficiosū: qui si id improbe dixit & succubuit [2], q̄cquid ex testamento capiebat, ꝑdit. ff. de inoffi. testa. Papinianus. §. meminisse. ad idē 13. q. 2. quā p̄posterum. s̄. de testi. p̄sentiū. C. de ijs. quib. ut indig. l. alia causa est. Et dicit lex: absurdū est quē redire ad id ꝙ semel renuntiādū putauit. C. de re credi. si q̄s iusiurādū. Et facit ad hanc regulam. s̄. eo. ꝙ semel. & ꝙ ibi dixi. Et q̄d hic dicit: nisus extitit. dic cū effectu, saltem q̄tū in eo fuit: q̄a ꝑseuerauit: Si aūt simpliciter ꝓtestaret̄, secus esset, ut intelligit Ber. p̄dict. decre. de testi. p̄sentiū. Idem si inciperet agere uel excipere, & desisteret añ sniam [3], vt ꝓbant p̄dictæ leges. §. meminisse. & l. alia cā est. & hoc no. Ber. in p̄dicta decret. de cēsi. cum olim. [Et hic Io. Mo. allegat uerba intelligenda cum effectu. de cleric. non resid. relatum. hæc allegatio non vr̄ bona: quia effectum non habuit q̄ succubuit, sed intellexit effectum ex ꝑseuerātia.] Et ꝙ dicit hæc regula, uerū intelligo nisi forte necessitate officij habuerit impugnare [4]: nam tunc ꝓprio nomine fructum consequi posset: hoc ꝓbatur 3. q. 7. §. tria. & cap. infames. versi. si contra patrem pupilli. ff. de postu. l. ult. ff. de iud. l. Iulianus ait. & melius C. de admini. tuto. uel curat. cum q̄dam. ubi filius præteritus a matre, tutor uel curator instituti hæredis hr̄ditatem adeūdo nomine pupilli sibi non præiudicat. ad hoc s̄. eod. lib. de elect. c. pe. §. porro. Item licet quis impugnet sententiam in uno c. Raynaldus. & facit quod dixi s̄. regula prox. Et cōcor. ad hāc regulam 1. q. 7. c. 1. & 96. distin. si Imper. de postul. c. ult. Et simile est quod dr̄, Frustra legis implorat auxiliū, & c. de usu. quia frustra. Item not. ꝙ sicut non debet quis consequi fructum ex eo quod impugnat, ut hic: ita econuerso non debet quis impugnare id ex quo fructum consequitur. 19. dist. c. 1. 3. q. 3. si quis testibus. 3. q. 8. cuius in agendo. de censi. cum olim. in fi. ad hoc de transa. ex litteris. & a pte ff. de iur. dot. l. cum in fundo. ver. & si quidem. ff. sol. matr. sed & si ideo. Et hoc sane intelligas secundum ea, quę dicta sunt supra in alio casu.

¶ Idem.

REGVLA XXXIX.

CVM

Cum quid.] Casus in hac regula figuratur multis modis. Primo, per c. denique. 3. dist. hoc modo: statutum fuerat ante illud c. denique. ꝙ omnes Christi fideles ieiunarent diebus quadragesimæ, & sic abstinerent ab esu carnium: Ex qua constitutione insurgebat dubium, vtrū diebus quadragesimæ esset licitū vti ouis, caseo, lacte, & alijs lacticinijs? decidit in illo c. q̄d non: quia cum prohibitus sit esus carnium, videātur prohibita q̄ trahūt originem semētinam a carne: nam cum quid prohibentur, prohibentur omnia quę sequuntur ex illo.

¶ Item pōt poni casus per c. eos. 81. dist. sic. Ponamus q̄d aliquis in pœnam sui delicti fuit suspensus ab officio: utrum in consequentiam uideatur ēt suspensus a beneficio? Rñdetur q̄d sic: q̄a propter officium datur beneficium. Et cum quid prohibetur, prohibētur omnia quæ sequuntur ex illo.

¶ Item figuratur casus per c. pastoralis. de ap. in anti. Alicui ꝓpter contumaciam suam uel delictū suum est prohibita cōmunio Ecclesiæ, in qua est stipendiatus, utrum uideantur sibi prohibita stipendia ordinaria illius ecclesię? Respondeo quòd sic, per rationem huius regulę.

[Glo. seq. ponit exempla.]

[1] Sed in l. Pedi⁹. nō fiebat īsolidū ꝯpromissū, q̄a tūc secus utī l. seq. sed cū ita. Io. And.

[2] Hoc dr̄: q̄a si obtinuisset, certū eēt ex illo legata non deberi, ut ī l. statim alleg. §. si ex causa. & l. Titia. Io. Andr.

[3] Et sic ēt rñdet̄ ad l. post leg. ff. de ijs q. vt indi. Io. And.

[4] Vel dic ꝙ aliud ē dicere, testamētum falsum, aliud inofficiosum: q̄a sic p̄dū tur legata. si aūt dicatur minus solēne, legata nō ꝑdunt̄. Dy. Io. And. c. fi. de iure iur. s̄. e. itē reꝓbās, & tñ succūbēs, vtitur remedijs sui aduersarij. exemplū, ex positione negata nō adiuuaris: dixi s̄. eo. de ꝯfes. c. 1. tñ ꝑ probationes positionis negatæ bene adiuuaris, ut docet Philip.

a ¶ Cum quid.]pone casum in prohibito à carnibus: qui prohibitus intelligitur ab omnibus quæ trahunt sementinam originem.4.dist.denique. Et ꝓhibita cō cupiscentia per legem, ꝓhibita intelliguntur omnia mala quę sequuntur ex illa. de consti.nam concupis centiam. Item prohibita alienatione, prohibita intelliguntur vēditio, donatio, manumissio, &c. C. de reb. alie. non alie. l. ult. ad idem de rebus eccle. non alie.c.nulli.Item prohibito officio & beneficiū.82. di.eos. Itē & furto ꝓhibito, ꝓhibetur oīs rei alienæ illicita usurpatio: & ꝓhibita męchia, oīs illicitus concubitus prohibetur. 14.quęst.5.pęnale.32.q.3.meretrices. Et cui prohibet̃ ecclesiæ communio, & eius stipendia prohibita intelliguntur.de appella.pastoralis.in fine, ad idem ff. de ser.expor.l.cui pacto. Et concor. ad hanc regulam j. eod.accessorium.

quid a prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

¶ Idem.

REGVLA XL.

PLuralis locutio b, duorum numero est contenta.

¶ Idem.

REGVLA XLI.

IMPVTA-

ADDITIO.Est regula huic similis: Aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud.& hæc loquit̃ de consequentia prohibitionis mediorum, ꝑ quę peruenitur ad extremum. Ista uero loquitur de consequentia prohibitionis extremorum, quæ procedunt ex primo prohibito. Et in hoc simili pone exemplum.ff.de sponsa.l.oratio. & ibi concor. Ioan.And.

1 Facit hæc reg. ꝙ ꝑ duos testes reprobet̃ instrumētū. l.optimū. C.de ꝯ.& cōmi.stip. Phil.citat c.3.loco. de testi. hic đ ꝓb. vid̃ doct. l.ĩ exercē cēdis. C. de fide instru. Ioā. And.hic.

PLuralis locutio 1.]Casus in hac regula potest figurari per c.hoc quoque.de consecra. dist.1.Iure cautum repetitur, quod cum sacerdos Missam celebrat, de honestate dēnt esse plures audiētes, ut illa uerba, Dñs vobiscum: possint uerificari: Sed quærit̃ quot debent esse p̄sentes? Rñdetur ꝙ sufficit ꝙ sint duo: quia pluralis locutio, duorum numero est contenta.

¶ Item potest casus figurari per c.is cui.§.1.de p̄ben. s̃.eo.li.Papa dispensauit mecum, ut possem obtinere plura beneficia, aliter non declarando: Quærit̃ quot bñficia potero obtinere virtute dispensationis? ibi dr̃ ꝙ virtute illius dispēsationis potero solum obtinere duo beneficia: q̃a cum dispensatio sit odiosa, est restingēda: & in odiosis sufficit ꝙ verba possint verificari, & illa uerba verificabunt̃ in duobus beneficijs: quia pluralis locutio, duorum numero est contenta.

¶ Item p̄t casus figurari ꝑ l.libertas.§.post annos.ff.de manumis.test.Aliq̃s Titius veniēs ad mortem suum condidit testamentum, & in testamento suo cuidam seruo legauit libertatē post annos: quęritur post quot annos seruus consequatur libertatem? Respōdet̃ post duos annos, quia verbum, annos, uerificatur in duob. per rationem huius regulæ.

[Prima gl. ponit exempla. Secūdo opponit de vna. l.& dupliciter soluit. Tertio dicit in testib. regulam procedere, vel numerus non adijcit̃, opponens 16.casus, ubi plures quā duo requiruntua. Quarto dicit regulam in ptonominibus locum non habere.]

b ¶ Pluralis locutio.]Pone casum de consecr.dist.prima, hoc quoque.ibi, Dñs vobiscum, duos numero cōprehēdit.Item s̃.eod.li.de præben. is cui. §.1.vbi beneficiorum nomine duo tātum beneficia continent̃. Item per l ff.de manumis.test l.libertas.§.post annos. nam si leget̃ libertas seruo post annos, de duobus intelligit̃. Item si promittitur uel legatur post dies, de duobus intelligit̃ ff.de uer.signifi.l.inter illam.§ ita datam.'tē per l.ff.de testi.vbi numerus, ubi sunt hęc verba, & 4.quæst.3.ubi numerus. Contra ff.de opt. le. l.1.ubi dicitur, quod si alicui legata est seruorum optio, tres eliget. solu.spāle est in fauorē ultimæ volūtatis, ut ibi potius sequamur quoddam medium, quā minimum, quia ad minus de duobus intellexit, ex quo dicit in plurali, & forte de pluribus: sequamur ergo quoddam mediū, & sic optet tres. Vel dic, vt ibi no. quod ibi legatus fuerat equus vel seruus, quē serui testatoris elegerint: quos seruos legatarius optare debeat? tunc optabit tres seruos qui eligēt sibi equū vel seruum legatum: & ideo tres, quia duo de facili discordarent.8.quęst.1.nec nouum.s̃.de arbit.c 1.ff.de arb. item si vnus. §. principaliter.Et quod hic dicit, ꝙ pluralis locutio est contenta duorum numero, verum est regulariter, & ubi eodem uel alio iure non adijcitur numerus, ut in prędicta l.vbi numerus, canonizata.4.q 3.c.vbi numerus.In causis igit̃ & instrumentis regulariter duo testes sufficiunt: interdum tamen vnus sufficit, vbi.s. nulli fit præiudicium, de consec.dist.4 placuit. & multi sunt casus in quibus requiruntur tres ad minus: Primo in depositione pecuniæ.in Auth. de fide instru.§. si quis igit̃ coll.8.Item qñ imperitus litterarum ꝯhit in scriptis.C.si cer.pet.l.vlt.2.In instrumento de quo fit comparatio.C.de fide instr.l.pen. Qñ pater legitimat filium naturalem in instrumento publico.in Authen.vt liceat matri & auiæ.§. ad hæc.col.8.Quando mulier fatetur se pro intercessione aliquid recepisse. C.ad Vell.antiquę.Quando quis vult infirmare testamentum, quod facit post trāscursum decēnij. C.de test.sancimus.In inuentario. C. ad leg. Fal. Auth.sed cum testator. In priuata scriptura, ut fidem faciat.C. qui po.in pig ha.l.scripturas. Item quinq; req̃runtur dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C.si cer.pet.Auth.sed nouo. & in codicilis.& donatione causa mortis similiter quinque.C.de don. cau. mor.l. ult.Item in testamentis, communiter septē: in test. tñ cæci, octo. C. qui test. fa.pos.hac consultissima. aliqñ quinque, ut in testō rustici, vt in municipijs & villis, ubi est hominum raritas. C.de test.l.fi. Aliqñ sufficiūt duo uel tres, ut in testō facto inter filios & nepotes. C.de test.hac consultissima. Item interdum requiruntur xv.testes.C.de prox.sac.scri.l vna. Interdum plures.2.q.4.p̄sul.& c.seq. Vide plenius de his in Specu. de teste.§ restat. de numero. Et no.ꝙ id quod hic dr̃ de plurali locutione, non hēt locum in pronominibus, vt nos, vos, vester, & c.nam unus p̄latus scribit & ei scribitur in plurali: & Papa semper de scribit sic s̃. de cri.fal.quàm graui.

2 Hęc lex Codicis requirit tres testes sed Auth. sed nouo.ibi posita requirit qnq;. & dic ut ibi no.Io. And.

IMputari non dēt 3.]Casus figuratur ꝑ c.cum sit Romana.de appe.in antiq.Certū est ꝙ appellās dēt appellationem suam prosequi j.annum: & si non fuerit appellationem ꝓsecutus j.annum, appellatio sua efficitur deserta: Sed ponamus ꝙ non stetit ꝑ appellātem quo minus prosequeretur suam appellationem: vtrum appellatio sua efficiatur deserta, vel debeat sibi dari alius annus? Respondetur ꝙ ex quo fecit diligētiam sibi possibilem, debet sibi dari alius annus: & si in secundo anno fuerit impeditus: licet de mero iure sua appellatio sit deserta, tamen per beneficium restitutionis consequetur aliud tempus ad prosequendum suam appellationem.

¶ Item potest casus figurari per c.commissa. §.1.s̃.de elect.Certū est de iure, ꝙ ꝓmotus ad ecclesiam parochialem debet promoueri infra annum ad sacerdotium: & si nō fuerit promotus ad sacerdotium intra illud tēpus, vacat ecclesia: & poterit ordinarius ecclesiam, ut uacantē alteri conferre: Sed ponamus ꝙ non stetit ꝑ istum, sed ob defectum dięcesani: q̃a est suspēsus uel absēns, non potuit promoueri ad sacerdotiū: vtrum elapso anno sit priuatus sua ecclesia? Respondetur quod non: quia ex quo ꝑ ipsum non stetit, nō debet sibi imputari. Glo. tamen dat consilium, ꝙ quādo non stat per ipsum, debet intra illud tempus. facere

3 Per hāc reg. dicūt Io.An. & Philip. ꝙ Diac. differēs sevs que ad finē anni ordinari, si tūc casu ordinari nō possit: nō hēt locū c. licet canon s.đ elect. cū prius nō fuerit ĩ mora. l. lecta. ff si cer.pe.itē nisi casus ꝯtigisset, momēto quodammodo ordinatus fuisset. ergo, per l. Cæsar. ff. de publi.

facere protestationem qualiter nõ stat ꝑ eũ: & de hac protestatione habere actum siue instrumentũ: tamen hoc non est de necessitate: sed glo. dat illud consiliũ.

[Prima glossa ponit exempla. Secundo equiparat impossibilitatẽ à principio, & ex post facto prouenientẽ, dicens illũ adhuc obligatum, cui signat contrarium, & remittit, allegans duas concor. Tertio quærit, allegat pro & contra: & soluit respondens ad contraria.]

ri [a] non debet ei per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum.

1 Ad hãc regulã cõcor. regula cũ non stat. e. tit.

a ¶ Imputari non debet 1.] Pone casum in eo qui debet appellationem prosequi infra annum: cui non imputatur si per eum non stetit. 2. q. 6. anteriorum. In eo qui debet promoueri ad sacerdotium infra annum: cui non currit annus ipsi si iusto impedimento detentus promoueri non potuit. sup. eo. lib. de elect. commissa. §. 1. In eo qui rem emit sub pacto legis commissoriæ, scilicet quòd infra si terminũ pretium solutum non esset res foret inempta: & emptor in termino soluere volens si non habuit cui solueret, sibi non imputatur. ff. de lege commisso. l. lege commissoria. in fine. Aliàs incipit, si fundus lege commissoria. ad idem 44. distin. Ephesijs. supra de eo qui mit. in pos. ca. 2. vbi de hoc. & facit. C. de condi. in ser. l. vlt. Et not. ꝙ dicit, per quem non stat: quia non sufficit velle, nisi ad opus procedat quantum in eo est. sup. de eo qui mit. in posses. ca. 1. Impossibilitas ergo facti sicut à principio annullat obligationem supra eo. nemo potest: ita ex & post facto elidit, vt hic. Si tamen tenetur quis aliquid facere infra certum tempus, nec per eum stetit, licet non imputetur, tamẽ post tempus tenetur. de do. & contuma. cum dilecti. ff. de arbit. l. Celsus. Consulo tamen quòd si potest, infra tempus de impotentia protestetur. 3. quæst. 6. post appellationem. de hoc de appel. ca. vlti. & C. de iure emphy. l. 2. in fine. cum suis concord. Ad id quod dixi, ꝙ post terminum tenetur contra š. de spon. sicut. ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. Solu. vt not. in prędicta decre. sicut, & vt dixi sup. eo. nemo potest. Et concor. ad hanc regulam de elect. ca. vlt. vbi tempus datum ad eligendum non currit ei qui non potest eligere nisi ex quo in mora fuerit petendi licentiam. ad idem de concess. præben quia diuersitatem. Quid dices 2 de eo qui sua culpa incidit in casum, propter quem postea facere non potuit quod per eum fuerat faciẽdum: Videtur primo quòd sibi sit imputandum: quia regulariter quis de casu tenetur q sequitur culpam. 50. distin. sæpe, & cap. studeat. de æta. & quali. ca 1. & quod ibi not. & facit 86. distin. non satis & qui ma. accu. poss. ca. 1. & quod ibi no. & si. ff. quòd met. cau. l. si mulier. vbi metus illum non excusat, qui sua culpa incidit in metum. In contrarium videtur per prædicta iura, de elect. ca. vlt de concess. prębend. quia diuersitatem. argu. de pig. signi ficante. ibi, in captione, & c. de sponsa. veniens 2. Sed casus est specialis. Et dicit lex, ꝙ qui iniuriose vel libidinis causa inimici, vel mulieris fregerit ostia, si fures nõ ab eo inducti postea res asportent, non tenetur furti. ff. de fur. l. verum, & l. qui iniuriæ in prin. pręterea deportatus, si non potuerit procuratorem dimittere, bene restituitur: & tamen culpa sua absens erat. ff. de mino. l. Papinianus. Item debitor propter inopiam excusatur cedendo bonis, etiam si sua culpa in illam inciderit. de solut. Odoardus. ff. de dolo. nam his. Satis videtur dici posse, quòd imputandum sit illi propter iura primo inducta. Hinc etiam dixit lex non debere succurri ei qui in necessitate se posuit. ff. qui satisd. co. l. si fideiussor. vbi dicitur, ꝙ si reus non potest satisdationem dare vbi conuenitur; & in alio loco eiusdem prouinciæ dare velit; si satisdatio necessaria erat, audiendus est; si voluntaria non; quia ipse sibi necessitatem imposuit. ad idem ff. si quis cau. l. 2. §. si quis tamen, vbi dicitur quòd qui in iudicio comparere debebat; si quid est quod ei imputetur, tempestatẽ vel vim fluminis prætendere non poterit. ad hoc de elect. cum in veteri. Ad iura in cõtrarium inducta respondeo & dico, quòd decret. vlt. de ele. & decre. de concessio. præbend. quia diuersitatem. loquuntur de quadam pœna canonis prodita solum contra negligentes: vñ ibi culpa siue negligentia non punitur. hoc satis ꝓbat ipsa decret. quia. Vel dic, ꝙ si ex culpa imponitur aliqua pęna, vt suspensio, vt in prędicta decret. quia. vel deportatio, vt in l. Papinianus, tunc culpa illa vlterius puniri non dẽt. ad hoc 13. q. 2. c. vlt. de iudi. at si clerici, aliàs. n. sequeretur quod suspensio idem esset quod priuatio: & deportatio, idem quod bonorum adeptio: quod esse nõ dẽt. [Vide quod dixi in prædicta decret. quia, super glo. sic patet, & quod dicam post Dyn. inf. eo. quod ob gratiam.] Ad decreta. significante, dico, ꝙ forte sine culpa sua erat in captione, & ibi ẽt est alia ratio: s. quod primo pecuniam miserat per eum quem fidelem nuntium credebat. Ad prædict. l. verum, & l. qui iniuriæ, dico quod verum est, quod non tenetur furti: tñ conuentus de iniuria tenetur emendare damna per illos fures illata: quia qui occasionem damni, & c. de iniuri. & dam. dato. c. vlt. Ad hoc quod dicitur de inope, dico quòd impossibilitas casus hoc inducit.

Impossibilitas vitiat obligationẽ à principio & ex post facto elidit.

2 Culpa sua si qs incidit i casum ꝑ quẽ non fecit qđ facere debuit; an sibi impu. tãdũ sit. Pe. de An. in hac re 42. docet cognosce re accessoria, & qđ đ iuramẽto accessorio, ꝓsonis, rebus iurib. accessorijs, & đ ꝓsonis acedẽtib. ad dełictũ. đ q bus Hip. sing. 165. Item tractat matẽriã ꝑ plexitatis; ibi viđ đ duob. qui ꝓmiserũt renunciare Papatui.

¶ Idem.

REGVLA XLII.

ACCESSO-

3 Io.A.& Phi.dicũt nõ obligatũ ad principale teneri ad accessoriũ, faciẽdo prĩcipalẽ, at tamẽ protestatio limitat voluntatẽ. l. 2. ff. si quis cau. Pe. đ An. tenet š.

ACcessorium 3.] Casus figuratur per c. de prudentia. sup. de dote post diuor. resti. in anti. Sed ꝓ intellectu huius casus, est primo præsupponẽdum, quòd dos est accessoria ad matrimonium: quia non est dos sine matrimonio, licet posset esse matrimonium sine dote. Ponamus ergo quòd ego cõtraxi matrimonium cũ aliqua Berta in casu prohibito: quia ipsa erat mihi affinis, & istud ignorabamus: ipsa dedit mihi centum aureos in dotem: postea mulier fuit certiorata de impedimento, vnde accessit ad Papam & impetrauit iudices delegatos ad cognoscendum de isto impedimẽto affinitatis: istis iudicibus delegatis mandauit Papa, vt si eis constet de impedimento, separent matrimonium: non autem mandauit Papa, vt compellerent me ad restituendum sibi dotem: mulier in suo libello petijt separationem matrimonij & restitutionẽ dotis: Ego excipiendo proposui, ꝙ super restitutione dotis iudices delegati nõ possunt se impedire: cum rescripta delegatoria sint stricti iuris, & non extendantur ad alias res nõ expressas inscripto: Mulier replicabat ꝙ ipsi iudices poterãt etiam cognoscere de dote: quia dos venit accessorie ad matrimonium: & commissa causa super matrimonio videtur data commissio super dote: Dr ibi quod delegati poterunt se intromittere de matrimonio & de dote: quia dos venit accessorie ad matrimonium: modo accessorium sequitur naturam sui principalis.

¶ Item põt casus figurari per l. non dubium. C. de legi. & c. si diligenti. sup. de foro compet. in antiq. dr in illa l. non dubium. quod contractus contra legem celebratus est nullus. Sed quid? Ponamus quod in illo contractu interuenit iuramentum ad confirmandum contractum: an valeat? Dicis in illa l. qđ non, quia iuramẽtum est accessorium ad contractum, & istud verum, quòd non valet talis contractus de iure ciuili: sed de iure canonico non est verum indistincte, si illud iuramentum sit sine interitu salutis ęternæ. c. cum contingat. de iureiurando, in antiq.

¶ In capitulo, si diligenti, de foro compet. in anti. dr, ꝙ clericus non põt consentire in iudicẽ laicũ: nec prorogare eius iurisdõnem ẽt de licentia sui proprij episcopi. Sed quid? ponamus quod aliquis clericus cõsensit litigare coram iudice sæculari: & iurauit seruare illum cõsensum, an valeat iuramentum? Dr ibi quod non: quia iuramentum est accessorium ad cõsensum, & accessorium sequitur naturam sui principalis.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secundo signat & soluit sex cōtraria. Terio ponit quādam distinctionē Accur. & subdit duas cōcordantias]

a ¶ Accessorium.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. cum principalis, & l nihil dolo. §. cum principalis. Pone casum in principali destructo: quia dicitur destructum & accessorium. 16. q. 7. & hoc dicimus. Item si causa principalis scilicet matrimonij committitur: sic & accessori, s. dotis de dote post

rium a naturam b sequi cogruuit principalis.

¶ Idem.

REGVLA XLIII.

QVi tacet c, consenti

diuor. resti. de prudentia. 1 Ratio, vt dicit Ioānes Monachus, quia dos non potest esse sine matrimonio. licet matrimonium possit esse sine dote: patet: quia dos accedit matrimonio. ff. de iure dot l. 3. Item si non tenet contractus nec ipsius accessorium. C. de legi non dubiū concor. de foro competen. si diligenti. de offic. dele. prudentiam § sexta. in fi. de fide instrum. inter dilectos. ad finem. s. eod lib. de rescrip. ca. 1. & ca. penul & de præbendis, super eo. Et optime ꝑ decretalem s. eo. lib. de offic. deleg. si super gratia. vbi potestas executorum dato rum ad gratiam, non perit re integra morte concedentis, sicut nec gratia, vbi potestas illa accessoria est ad gratiam, & de præscrip. cum ex officij, vbi sicut nō præscribitur visitatio, nec procuratio ratione visitationis debita. 2 Contra s. de iureiur. debitores, & ca. cum contingat, vbi de hoc, & supra eod lib. eo. tit. licet vbi tenet accessorium, & non principale. Sol. illud ꝑpter animæ periculum, quod eueniret, si non seruaretur iuramentum. & dic, vt in prædicta decretali cum cōtingat. Item contra. C. de episcopali audientia, Authen. liberi furiosi. vbi tenet legatum, & non testamentum, vel hæredis institutio. Solu. illud speciale in odium filiorū, 3 qui contempserunt patrem, vt not. Ber. in prędicta decretali, inter dilectos. Item s. C. de luiti. pig. l. intelligere. vbi sublata personali, remanet hypothecaria. Sed dic vt ibi: quia non fuerat sublata personalis pacto, sed tēpore, & personalis tollitur spatio triginta, hypothecaria spatio quadraginta annorū: Et ideo sublata personali tempore, adhuc remanet hypothecaria per decem annos. C. de præscriptio. triginta annorum. l. cum notissimi. secus si pacto vel alio modo, vt supra dixi. Item contra. C. de prædi. mino. l. & si is, qui desierat esse curator, vendidit rem minoris, & sic non tenuerat venditio: valet tamen obligatio de euictione. Solu. licet non tenuerit venditio quo ad pupillum vel minorem, tenuit tmē quo ad illum curatorē olim: & ideo cū quo ad ipsum tenuerit principale, non mirum si tenet accessorium. Item contra. C. si aduersus vendi. l. prima. & Auth. sacramenta. dic vt supra. Item ff. quibus modis vsufruct. amitt. l. quid tamen. in principio. & l. Grece. ff. de fideiussoribus l. generaliter. Sed illa sunt specialia. Item not. Accursius. C. de pactis l. pacta, quæ contra, & ff. ad legem Falcidiam, quod de bonis. §. 1. quòd in pactis quæ fiunt præter legem, tenet accessorium, & non principale: in his quæ fiunt secundum legem, vtrunq; : in his quæ contra, neutrum. Concordat ad hanc regulā ff. de pecu. lega. l. prima, & secunda. vbi dicitur quòd perempto principali perimitur accessorium.

b ¶ Naturam.] Regulę 4 iuris ciuilis, vt vides super gl. & antiquæ concord. non posuerunt hanc dictionem, quam tamen posuit noua decreta. si super, quam alleg. glo. Ioan And

QVi tacet.] Casus figuratur per c. nonne. s. de præsump. hoc modo: dicitur ibi ꝙ Christus fuit à Iudæis de duobus interrogatus siue accusatus: Primo ꝙ erat Samaritanus: Secundo, ꝙ dæmonium habebat: Christus respondit ad vnum illorum: videlicet quod ipse dæmonium non habebat: de alio tacuit: an esset Samaritanus, nunquid videtur consentire quòd erat Samaritanus? est ibi textus quód sic.

1 Ibi gl. dicit ꝙ ecclesia ñ cognoscet đ dote principaliter ꝑ l. in contractib. in fi. C. de ñ nu. pe. c. ex tenore s. đ foro cōpe. Cāp. in 1. par. q. 90. tract. de dote.

2 Per q̄ iura patet, vt ēt dicit Dynus regulā locum habere, siue loquatur de principali inducendo, siue tollendo, siue cōfirmando. Ioan. An.

3 Qđ nō militat ī accessorijs legagatis sicut īstitutione prīcipali: ergo nō sequmur principale, & ista ē rō ī iure accessorio. Hip. sing. 126.

4 Hęc gl. ex nouel. ī Io. An. huc est trāslata.

Item potest casus figurari per l. 2. §. voluntate. ff. soluto matrimonio. Dr̄ ibi ꝙ si filiafamilias contrahit matrimonium cum aliquo cōstituta sibi certa dote, & fiat dissolutio matrimonij per mortem mariti, vel per repudium: ꝙ actio competens pro dote repetenda est communis patri & filiæ. Sed quid? Ponamus ꝙ pater solus egit sciente filia & tacente: nunquid filia vr̄ consentire? Est ibi textus ꝙ sic quia qui tacet, consentire videtur. Qualiter autem intelligatur ista regula, habebimus in regula sequenti, is qui.

re videtur.

¶ Idem.

REGVLA XLIIII.

IS QVI d †

[Prima glo. ponit exempla: secundo ponit septem effectus taciturnitatis, & remittit.

c ¶ Qui tacet.] Pone casum 54. dist. si seruus 2. supra de præsumpt. nonne. ff. soluto matrimonio. l. secunda. §. voluntate. vbi dicitur, ꝙ pater agens de dote filiæ, de ipsius voluntate vr̄ agere, si filia non contradicat. Et no. ꝙ qui tacet, interdum cōsentit, vt hic, & in supradictis iuribus. votum emittit. 27. dist. c. 1. & simulatur. 65. di. si forte impunitatem promittit 43. di. sit rector. offert. 20. q. 2. c. 1. occidit. 43. dist. Ephesijs. est contumax. 65. dist. c. vlt. interdum nec consentit, nec contradicit, infra c. proxi. & dic vt ibi statim dicam.

ADDITIO. Vt dicit Io. Mo. ad hanc regulam, qui tacet, & c. facit ff. eo. tit. semper qui non prohibet, & facit. s. de exces. prælā ex litteris. & ff. de ser. l. 1. Io. And.

IS qui tacet.] Casus potest figurari per §. anteriorum, 2 q 6 Ponamus ꝙ Titius conuenit me coram iudice competente: iudex tulit sententiam diffinitiuā vel interlocutoriam contra me: ab ista sententia ego non appellaui, sed tacui, quia non duxi ꝙ contra dicebā, vel acquiescebam: an videar per taciturnitatem acquiescere sentētię vel dissentire? Certe non: immo est in optione mea, an infra decem dies velim appellare vel non: licet aliqui ad maiorem cautelam protestentur de appellando: sed illud non est necesse. Sed quomodo concordantur istæ duæ regulæ: quia prima dicit, qui tacet consentire vr̄. Glo dat duas doctrinas: Primo dicit glo. aliqui sunt actus, qui possunt explicari sine consensu meo, & contra meā voluntatē, vt quis potest vēdere rē alienam contra voluntatem dñi in præiudicium s̄hentis l. rem alienam ff. de s̄hen. emp. & ven. Si dñs istius rei taceat in venditione suæ rei, non sibi præiudicat tacitus consensus: Alij sunt actus qui non possunt explicari sine consensu meo: & tunc si taceam habeor pro cōsentiente, vt in regula precedenti. Glossa dat aliam doctrinam, videlicet, ꝙ vbi agitur de commodo & honore tacentis, tacens vr̄ consentire: Sed si agatur de suo incommodo: puta de persona obliganda, non habetur ꝑ consentiente. l filiusfamilias §. niuitus. ff. de procura. sed prima doctrina est verior & securior.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secundo alleg. 10. iura quibus fallit prima pars regulæ, & 8 quibus fallit secunda, remittens ad alia, & dat triplicem solutionem.

d ¶ Is qui tacet. Hæc regula sumpta est ex l. ff. eod. tit. l. qui tacet. Et not. ꝙ tacere est quoddam medium inter expressam voluntatem, & expressam contradictionē. Pone ergo casum in eo contra quem fertur sententia: ꝙ tacens non habet pro consentiente, nec pro contradicente infra decem dies, infra quos semper appellat 2. q. 6. anteriorum. Item pone in prælato qui tacet ex causa, puta propter scandalum. supra de præscri. nihil prodest, de cog. spiri. super eo de iureiur. mulieri Item pone secundum Accursium in tributoria: nam si seruus cōtrahit dño contradicēte, tenet de peculio tantū: & deducitur ꝙ debetur domino. ff. de pecu. si quis seruum §. etiam si eo expresse volente, tenetur quod iussu insolidum. ff quod iussu l. 1. vbi autem scit & tacet: tenetur tributoria, & sic non insolidum: nec deducit sibi debitum.

† Si tractat legaliter de piudicantib. tibi & collegio, taciturnitas tua facit cōsensū. Phili. par not. ca. r. de ijs q̄ fi. a pręla.

debitum.ff.de tribu.l.1.§.scientiam. ff. de exer.l.1.§. sed his.Prima regula fallit.27 dist.c.1.54.di.si.si seru⁹. 20.q.2.c.1.de presum.nonne 1.s.de iur.calum.c.vlt in fin.s.eod.lib.de confes.si post prestitum. ff.solu.matri.l.2.§.voluntatem.ff.de lib. agno.l.1.§.pœna.ff.de loca.item quæritur.§. qui pro impleto,& vbicunque tacitum pactum inducitur a lege. ff.de pact. qui in futurum. Secunda fallit in eo q tacet verbo, sed contradicit facto uel signo.74 distin.c.1.Item in episcopo qui tacet commonitus a vicinis epis.q habetur pro contumace. 65. disti. si forte. Item in his in quibus requirit expressus consensus, vt in adulto q catechizat.de conse dist.4. cum pro paruulis.& in seruitute imponenda. ff. de serui. urb.præd.l. inuitum.& in procuratore constituendo.ff.de proeu. l filius.§ inuitum.& in furto.ff.de fur.qui vas.§.vetare.& in soluendo matrimonio.ff.de ritu nup.in eo iure §.deinde. & expresse debet testator nomen hæredis dicere.C.de testa.iubemus item in casibus not.2.q.7. pleriqque.Quid ergo in his dices:nunquid tacens habebit pro consentiente,an pro contradicente?Sol. Dicunt quidam q regulariter tacens habet pro consentiente. facit ad hoc s.de reg prox. Fallit in casibus supradictis. vel dic secundo q aut est tale factum quod fieri non pot me prohibente.Pone casum 54 disti.si seruus. & tunc taciturnitas habet pro consensu.Fallit in casib.supradictis,aut est tale q fieri pt me contradicente. Pone casum ff.de contrahen.emp. rem alienam, & tunc taciturnitas non obest:nam dicit regula iuris:culpa caret qui scit,sed prohibere non pot.ff.eo.l.culpa. secundum Io. qui hoc no.17.dist c.1.& Ber. de præsump. nonne. Vel dic tertio q in facto cocupiscibili, honorabili, & merito.taciturnitas habetur pro consensu, ut in primis iuribus.Et no.ff.manda.qui patitur. In facto autem q non est cocupiscibile, honorabile, & meritorium, sed onerosum,necessarius est expssus consensus 2:sicut est q qs assumat procuratoris officium, q res sua seruiat,ut in secundis iuribus secundum Inno q hoc no.de elect.in Genesi.Et Io.Mo. in regula. qui tacet. Quod uerum puto,hoc addito,q vbi ius in pœnā statuit quem tacētem haberi pro consentiente vel confesso 3, sic habebit:licet factum sit onerosum,exemplifica per decre.de iura calum.c.vlt.in fi. & s.eod.li.de cōfess.si post prestitum.cum similibus.Concordat aūt ad hanc regulam lex.ff.communi diui.l.Sabinus.vbi socius patiens habet pro consentiente quantum ad hoc:quia non agit ad demolitionem, & sic quo ad hoc habet pro consentiente:agit tamen ad interesse: & sic quo ad hoc habet pro contradicente, & ueritate considerata tacens non loquit, & sic nec contradicere nec consentire vr.Huius autem uarietatem 4 videre potes per solutiones superiores simul iunctas.

a ¶ Non fatet.] nota 5 quia non dicit,non consentit. & sic non contradicit regula.qui tacet.super confessione.n uel negatione no sup cōsensu & dissensu fundat hęc regula, & regula iuris ciuilis: pp attinentiā autem,quam hēt cōfessio ad cōsensum,& negatio ad dissensum,glossatores iuris ciuilis & nostri illā materiam adaptauerūt huic regulæ,quæ proprie spectat ad regulam,qui tacet,vt ibi etiam dixi.Io.And.

INspicimus 6.]Casus primo potest figurari per c. si quis acceperit.33. q 1.Ponamus q aliqs Titius contraxit matrimonium cum aliqua muliere corrupta:fuit longo tpe cum ista muliere : tractu temporis mulier petijt separationem, dicendo q cupiebat effici mater, & procreare filios & filias, & q maritus eius non erat potens ad coitum : Vir econtra dicebat,q immo erat potens, & eam cognouerat.Certum est quod ista mulier est corrupta,& sic nō potest cognosci ex aspectu corporis an fuerit cognita uel non : Ponamus q vir prima inspectione apparet potens ad coitum, quid tunc psumemus?Respondetur quod si maritus prima facie appareat potēs,psumemus cognouisse vxorem : quia in obscuris præsumitur quod est verisimilius.

> tacet, non fatetur a : sed nec utique negare uidetur.
>
> ¶ Idem.
>
> REGVLA XLV.
>
> INspicimus b in obscuris quod est uerisimilius, uel quod plerunque fieri consueuit.
>
> ¶ Idem.
>
> REGVLA XLVI.
>
> IS

¶ Item potest figurari per cap. 1. de frigi. & malefic. in antiq. Si mulier dicit se uirginem,illud faciliter posset ppendi ex inspectione corporis: quia deputabuntur aliquę matronæ mulieres honestæ, q uidebunt in locis, in quibus cognoscit virginitas, an talis sit virgo an corrupta.Sed quādo mulier dicit se corruptam ab alio, tunc pōt ppendi ex inspectione viri, vtrum habuerit genitalia arida vel vtilia,& si vir hēt genitalia vtilia, tunc in dubijs pręsumitur quod eam cognouit.

¶ Item pōt casus figurari p c.inter dilectos.de fide instru.ubi erat contentio de nomine,cuius erat sigillū appositum in instrumento:qa aliqua pars sigilli erat deleta:Dicebat quod in scriptura sigilli debebat esse Lotharius, & tamen non erat verisimile quod inter l,& t,posset poni o,propter paruum spatium: Dicitur ibi quod præsumptio est quod debet esse i,quod occupat minorem locum,quia in dubijs inspicimus quod est verisimilius.

¶ Item pōt figurari in filio dicente se exhęredatum ex iniusta causa,& agente querelam contra testamentum patris,vt testamentum rumpat,& redeat ad causam intestati,si hęres scriptus dicat filium ingratum, & filius dicit se gratum:qritur,cui incumbit onus pbandi?Certe in dubio pręsumitur pro filio,qa plerunque filij consueuerunt esse grati & obediētes parētibus pp affectionem sanguinis : & in dubio pręsumit qood est uerisimilius,ideo ista præsumptio transfert onus probandi in hæredem.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, ponit exempla. & remittit.]

b ¶ Inspicimus.] hæc regula sumpta est ex l.ff.eo.ti.l. in obscuris inspicimus. Pone casum in viro,q contraxit cum vidua,& longo tpe habitauit cum ea:illa dicit se incognitam: in hoc obscuro præsumitur cognita:q est verisimilius.33.q.1.si qs acceperit.Itē cācellata uel obscurata littera nois, præsumitur ibi illam litteram fuisse,de qua est verisimilius.de fide instru. inter dilectos. Item in dubio verisimile est filiū iniuste exhæredatum. C. de inoffic. test.Auth.non liceat parenti Quia verisimile est,q ingratitudinem nō cōmisit,vt in hoc ad ppositum. Hic autem repete quod dixi sup.eo.tit.in obscuris.

ADDITIO Quæ est contra,cum dicat spectādum quod est minimū:& ibi soluitur: quæ solutio etiā patet ex textu.l.eo.tit.semper in stipulationibus,quem ibi vide.Io.And.

IS qui in ius 7.]Casus potest figurari p ca.Eleutherius.28.q.2.& p c.dilecti. de foro cōpeten.in an i. Dicitur in c.Eleutherius quod quædam mulier fundauit monasterium de licentia diœcesani, in cuius dięcesi erigebatur monasterium,& ipsum dotauit redditibus:in die dedicationis ipsius monasterij inter episcopum & religiosos fuit facta cōuentio, videlicet q oblationes quę euenirent in festis dedicationis & martyrum,quorum reliqę erant in monasterio,episcopus heret mediam partem,& abbas religiosi aliā mediam:Hoc facto, tractu temporis mortuus est abbas: successit alius abbas,qui noluit seruare illam contionem:Dubitatum fuit utrum ipse teneretur vti eo iure,quo usus fuit prædecessor?Respondetur quod sic, per regulam huius textus.

---

1 Et vide q ibi scripsi sup vl. gl. contra opinionē, q hēt aliud in obligatione rei alienæ,q in uenditione. de qua scripsi de trā sa. ex litteris sup gl. I. An.

2 Fallit fauore reipublicæ, & pupillorū in casib. quos scripsi in regula, q tacet.sup gl.Io.An.

3 Et istud pprie facit ad re. cū iurib. q sequuntur, & de cre.nōne. de psump. & qn haberet pro negante, ut not.in decret. si post pstitū. i fi.pe. gl.Io.An.

4 al. veritatem.

5 Hæc glossula ex nouella Io.An. huc fuit translata.

6 Verisimile colligit ex collatione rerum adinuicē. l.Lucius. ff. de rebus dub.

ex pretio rei.l.cotē ferro.§.si. ff.de pub. & vecti. ex dignitate psonę. l. Titia. ff. de auro & ar. leg.ex amore psonæ. l.si seru⁹ pluriū. de le. 2. a csuetudine Dynus & Philip.

7 Dicit hic I.An. q iuramētū Apostolici iurātis seruat statuta, n extendit ad illa, q bus litterę sug ipā liter dero gant.

¶ Item in c.dilecti.dicitur,Impetraui aliquod rescriptum delegatorium ꝯ te:antequam vterer meo rescripto es mortuus: nunquid virtute rescripti potero facere couenire tuos hæredes? Dr̄ ꝙ sic.nec obstat c.P.& & G.de offi.deleg.in antiq. vbi dr̄ ꝙ rescriptum delegatorium non extēditur ad personas in rescripto non expressas: quia illud intelligit̃ quando sunt omnino alienæ personę: secus si sint eadem ꝑsonæ vere vel iuris fictione.Et istud verum, quādo rescriptum est impetratum cōtra aliquem expressum in rescripto:secus si solum esset comprehēsus uirtute clausulę generalis, & quidam alij:qa tunc hæredes illorum comprehensorum in illa clausula gnāli non possent conueniri uirte clausulę generalis illius rescripti.

Qui [a] in ius succedit alterius, eo iure, quo ille uti debebit.

¶ Idem.

[Prima gl.dicit vn̄ sumpta:ponit exempla : secundo ponit sex casus exceptos:tertio reddit rationē regulę,dicens eam in priuilegio personali uel pacto locum non habere.]

a ¶ Is qui in ius 1.]Hæc regula sumpta est ex l.ff.,eo. tit.qui in ius.& l.aliud.§.fi.& l.non debeo.]pone casum in pacto : qa eodem utetur successor quo prædecessor.18.q.2.Eleutherius.Item conuenitur successor per rescriptum impetratum contra prędecessorem. s̃. de foro cōpe.dilecti.de hoc de rescri. significauit.Itē pone in hęrede q non vsucapit ꝙ non vsucapiebat defunctus.ff de diuer.& temp.præscrip.l.cum hæres. ꝙ dicut ibi s̃.eod.cum quis in ius. hæres enim successor est iuris.Hęc regula fallit.ff.de proba.l.Procula.vbi illa Procula fideicommissum,quod compēsare potuisset cum testatore,cum hæredibus nō compēsat 2. Item fallit vbicunq. morte defuncti confirmatur donatio:ibi enim nō pænitet hęres.C.fa.ercifcun.l.filię. item in casu.ff.ad leg Fal.reperitur.Item fallit in conuentionibus,ubi ex persona successoris mutatur forus:hinc est quòd clericus etiam in ciuilibus & patrimonialibus conuenit̃ coram suo iudice.11.q.1. nullus episcopus.& c.clericum nullus.vbi de hoc de foro ꝯpet.cum sit. & c.si diligēti. Item fallit in casu. s̃. eo.lib.de iur.pat.c.vnio.vbi ecclesia,quę succedit laico patrono hēt sex menses,cum tamē ipse laicus solū quattuor habeat. Item legatarius legatum acceptare non potest pro parte, & pro parte respuere:si tn̄ decedat pluribus relictus hæredibus , unus pro sua parte poterit acceptare:& alter pro sua respuere.ff. de leg 1. l.legatarius.[aliàs incipit pro parte.] Et est ratio huius regulæ:quare eo iure vti debet:quia plus iuris habere non potest:qa nemo plus iuris,&c.s̃.eod.nemo pōt,cū similibus.minus nō:qa hæres censet̃ eadem ꝑsona cum defuncto,successor cum prędecessore,patet ergo idem ius vtriusque.Et no.ꝙ dicit, eo iure:qa nō eo priuilegio ex sui ꝑsona, si personale 3 fuerat prædecessoris:priuilegium, ut s̃. eo.priuilegiū.cum suis concord.Idem dico de pacto personali s̃.de transact. de cętero.& s̃ de præben.nisi,cū similib⁹,& facit hęc regula ad ea quæ no.de præb.tuis.

> 1 al. incipit, si qs: sed littera,is qui, venit sub bulla. Io. And.

> 2 Ratio est,ꝑsumitur.n.fratri debitū nūquā petitum remisisse.

> 3 Idē Dy. ꝑ modū obiectionis declarās ꝑ concord. ad quas remittit hæc gl. ꝑ ꝙ ꝯcludit reg. ꝓcedere ī iure cohęrēte ꝑsonæ. Ioā. And. Philip.

PRæsumitur ignorantia.] Casus potest figurari per ca.si vero 2.de sent.excom.in antiq.vbi dr̄:si clericus nō incedat in habitu clericali:& aliqs inijcit manus violentas in eum:non incurrit excommunicationem,si ipse ignorabat talem esse clericum,sec⁹ si sciebat.Sed quid in dubio præsumemus: vtrum præsumetur ꝙ ipse sciebat talem clericum, uel quòd ignorabat,& si sit præsumptio scientiæ, quòd sibi incumbebat onus probandi? Respondeo quod præsumit̃ ignorantia,qa habitus demonstrabat illum laicum , ideo ista præsumptio trāsfert onus probandi in clericum .

¶ Item potest figurari casus ꝑ l. uerius. ff. de probat. Sed ꝑ intellectu istius casus est pręsupponendum,ꝙ si testator legat rem suam vel alienam,valet legatū: & si legat testator rem alienam, hæres tenet̃ illam redimere,si possit,vel tradere ęstimationem.& hoc verū si testator sciebat rem alienam:secus si ignorabat: qa credebat rem esse suam.Sed ponamus ꝙ aliqs Titius testator legauit mihi rem alienam,forte pratum vicini sui: postea mortu⁹ est testator: eo mortuo egi ꝯ hæredē scriptum:& petij vt mihi traderet illud legatum: hæres excipiendo proposuit, ꝙ illud legatum non valebat,

REGVLA XLVII.

PRæsumitur [b] ignorantia, ubi scientia non probatur.

ex eo ꝙ testator legauerat mihi rē alienam:Ego ecōtra replicando allegaui,ꝙ licet testator legasset mihi rem alienam, tn̄ ipse sciebat rem alienam:& sic petebam ut hæres illam redimeret, & mihi traderet : uel mihi daret æstimationem, vtrum hęres teneat̃ probare ꝙ testator ignorabat illam rē alienam? Respondetur ꝙ nō:sed ego legatarius teneor ꝓbare ꝙ ipse testator sciebat rem alienam , quia in dubio præsumitur ignorantia , quæ præsumptio transfert onus probādi in me legatarium.

[Prima gl ponit exēpla.Secundo signat ꝯria,& soluit remittendo. Tertio dicit regulam cessare in his q̄ quis scire uel indagare tenet̃,in his quę sunt iuris naturalis,intermittēs de uirtute huius pręsumptionis, & de triplici modo probandi ignorantiam.]

[Prima glossa remittit ad exempla, & ponit alia, & remittit de materia. Secundo obijcit in specie, & in genere de prohibitis, quæ facta tenent vel confirmantur, & tripliciter soluit: ponit & quartam solutionem, quam improbat: Tertio obijcit de maleficijs, & soluit.]

a ¶ Quæ contra.] Pone exempla quæ dixi s.eo. non p̄stat impedimentum. Item. 25. quæst. 2. imperiali. vbi sunt hæc verba & s.eo. lib. de regul. non solū. & s. de testi. c. 2. & C. de leg non dubium. vbi de hoc. Obijcitur ad hanc regulam de matrimonio contracto post simplex votum, quod tenet. s. eo. li. de vot. c. vnico. & de matrimonio contracto post interdictum ecclesiæ. s. de matri. contract. contra. inter. eccle. per totū. & inter compatres ex catechismo. s. eo. lib. de cogna. spir c. 2. & de sententia sub conditione lata, quæ tenet. 2. q̄stio. 6. biduum. & in ecclesia consecrata per alienum epm, vt 7. quæstio. 1. eps. in diœcesi. & de omnibus, q̄ fieri prohibentur, tamen facta tenent: 1 Item obijcitur de ijs, quæ fiunt contra ius, & postea confirmantur: quę allegaui supra c. non firmatur. Sol. generaliter dici potest secundum Ioan. qui hoc not. 10. dist. vides. & Ber. qui idem not. de spon. duo. c. vlt. in vlt. glo. & Accur. in p̄dicta. l. non dubium: hanc regulam habere locū in ijs, quæ perpetuam habent ꝓhibitionis causam: Cōtraria in ijs, quæ temporalem. Vel dic hanc regula esse veram nisi eodem vel alio iure tolleretur 2. & sic intelligunt ꝯria. Et de hoc in Spe. de disp. & alle. e. ti. §. post hæc. ver. vel illud ius, &c. Vel dic ꝙ illa nō sunt directe contra ius: quia licet ius non assistat non tñ plene resistit. Quidam tamen distinguere voluerunt, dicentes, ꝙ aut ius prohibet, & addit, ꝙ si contra prohibitionem fiat, non valeat, aut simpliciter prohibet. In primo casu habeat locum hęc regula cum suis con co. In secundo habeant locum contraria & sua similia & facit ad hoc s. de reg. ad Apostolicā. sed hæc distinctio reprobatur per p̄dict. l. non dubium. vbi habes expresse, ꝙ sufficit legislatorē aliquid prohibuisse, licet non adiecerit, si contra factum fuerit, non valere. Idē videtur tenere Guliel. supra de offi. ordi. Romana. iuxta fi. Itē obijcitur de maleficijs, quæ cōtra ius fiunt, nec tamen habentur ꝓ infectis. Solu. hæc regula hēt locum in ijs, quę de iure sortiuntur effectum. i. aliàs sortiri possunt. Et facit quod dixi supra eo. tit. non p̄stat implementum. & illud hic adde: nam matrimonium nullum interdum nō habetur ꝓ infecto: immo præstat impedimētum secundo, & electio nulla interdum præstat impedimentū secundæ: quod dic vt no. de elect. auditis. Ioan. And.

In Pari.] Casus figuratur primum per capitulū, nō sane. 14. q. 5. Cum haberem litem cū Titio, fuit taliter processum, ꝙ fuit deuentum ad renuntiationē & conclusionē, visis meis actis & attestationibus testiū, vidi ꝙ habebam causam iniustā, vidi iudicem corruptibilem: dedi ei certam pecuniæ quantitatem, vt ipse ferret sententiam pro me, iudex illam pecuniā recepit: non est dubium, ꝙ ipse iudex illam pecuniā turpiter recepit, & ego similiter illam turpiter dedi: volo

1 Dat Dy. exēplum de l. relegatorum, §. ad tps. ff. de de inter. & releg. ad idē ff. de fer. l. An.

2 Ad ānullādū certa actio vel exceptio paretur, vt in ijs fiunt dolo vel metu. Dy. qa factū tenet, licet nō teneat considerato effectu. ff. e. nihil interest. Io. And.

postea repetere illam pecuniam sic p̄ me traditam, dicendo ꝙ ipse illam recepit ob turpem causam, vtrū possim? Respondeo, ꝙ nō: quia ipse est possessor, & in pari delicto melior est conditio possidentis: tamen pecunia non deberet remanere apud iudicem, sed fiscus debet illam habere: sed si solum ꝓmisissem, non posset iudex agere contra me, quia sum possessor.

REGVLA LXV.

In † pari [b] delicto vel causa, potior est conditio possidentis.

¶ Item potest poni casus per c. quia frustra. s. de vsuris. hoc modo: Exercui vsuras p̄ aliqua tp̄a: postea deueni ad paupertatē, & illas vsuras nō restitui: Et ponamus, ꝙ etiam accepi pecuniam sub vsuris: illas vsuras cum sorte principali solui creditori: volo illas vsuras repetere tāquā indebite solutas: fuit ꝓ parte aduersa oppositū, ꝙ a pluribus alijs debitoribus acceperam vsuras: dicit ibi ꝙ non possum repetere vsuras, nisi restituam vsuras illis, à quibus recepi.

¶ Item potest poni casus per l. vbi autem ff. de condi. ob tur. cau. Aliquis Titius dedit pecuniam alicui virgini ob stuprum committendum cum ea: ista mulier recepit illam pecuniā: Titius vult eam repetere, dicendo, ꝙ mulier illam recepit ob turpem causam, vtrum possit? Et ibi tex. ꝙ non: quia est ibi in pari turpitudine: vnde dicit gl. in pari turpitudine, vel in pari cā.

¶ Et respectu causæ potest sic poni exemplum p̄ c. si a sede. s. de p̄ben. eo. lib. Cum vacaret aliquod beneficium, fuit collatum duobus: quia Papa illud tibi cōtulit, & ordinarius mihi: quæritur quis erit potior: quia nō apparet de proprietate collationis? Dicitur ꝙ ille est potior, qui possidet: & si neuter possidet, ille est potior, qui habet causam a Papa.

[Prima glossa dicit vnde in vtroq; membro sit sumpta, & vtriusq: membri ponit exempla: obijcit ad vnū exemplum, & soluit: secundo notat, signat contrariū & ibi remittit.]

b ¶ In pari.] Inquantum hæc regula dicit de delicto sumpta est de l. ff. eo. tit. l. cum par delictum. inquantum dicit de causa, sumpta est de l. ff. eo. ti. in pari causa. Pone casum in delicto per can. 14. quæst. 5. non sane. In eo scilicet qui repetit pecuniam quam dedit p̄ iniquo iudicio. Itē in eo qui vsuras quas soluit, repetit: cum ipse sit in pari delicto. 3 de vsur. quia frustra. Item p̄ l. ff. de condi. ob tur. cau. l. vbi autem. & l. seq. vbi habes ꝙ non repetitur qđ propter stuprum, vel vt male iudicetur datum est. De causa pone p̄ decre. s. e. lib. de p̄ben. si a sede. & p̄ l. ff de verbor. obligat. si seruum aliàs incipit, si Stichum. §. sequitur. vbi dicitur, ꝙ cum quæritur de dāno, & par est vtriusq; causa, potior est, qui tenet, quàm qui ꝓsequitur: & aduerte: qa male videor exemplificare p̄ decr. illam, si a sede. nā ibi non erat par causa: quia fuerat vni collata p̄ papā alteri per ordinarium. Sed non quæritur de paritate quoad potestatē conferentium: sed de paritate quoad tempus: quia cui primo collata fuerit, dubitatur: & ideo in hac pari causa temporis, potior erit conditio possidentis. 4 Et nota quia hic exhibetꝰ fauor reo: absoluitur in pari causa vel delicto. C. de condit. ob tur. cau. l. 2. vnde semper dicere consueuimus, ꝙ in pari delicto vel causa, potior sit excipientis conditio, vt in p̄allegatis iuribus. Ad hoc de concel. præben. ex tenore. de adul. c. penul. & vlt. Contradicere vr̄ decr. illa de concel. p̄ben. cum su p̄. sed solue vt ibi in glo. q̄ incipit, quia frustra. in fine. [Dynus ponit hic distinctionem 5 cuius verba vide ad litteram.]

ADDITIO. Io. Mo. in decre. s. eo. lib. de testi. c. 1. dixit regulā istam in pari, &c. locū habere in ijs, q̄ in se sunt turpia, vt occidere & furari. Vbi vero factum in se non est turpe, sed qualitas rei adiectæ vel ꝑsonarū facit illud turpe, tūc nō est melior cōdō possidētis quod

† De cōmodo possessionis vide doc. in l. quotiens. C. de rei vē.

3 Nec obst. ꝙ de delictū sit circa di uersa. D y.

4 Vide Fel. in c. capitulū sanctæ crucis. col. 14. & 15. de rescri. gl. & ibi not. c. qa sæpe. de p̄ben. lib. 6.

5 Dicit ꝙ de eodē crimine tu nō accusas. sed de diuerso pari, vel minori bū, dū tuā tuorū que iniuriā prole queris. l. neganda. C. q accu. non pos. aliàs nō auditis, nisi maiꝰ crimen objcias. si ciuiliter agas ꝓcedit regula. Bar. l. cū muli er. ff. solu. ma. vide Ang. Ins. de exce. col. 13. Panor. c. intelleximus. nu. 5. đ adul.

quod dicit ꝓbari de simo. veniens. & rõ redditur. ff. de condi. sine causa. l. auunculo. 1. & 2. tñ. Et hic dicit, ꝙ allegatio ibi posita facit ꝓ regula licet decisio videat̃ facere cõtra: q pl⁹ respexit factũ, ꝗ qualitatẽ, ne agẽs esset in dãno: loquitur lex de pecunia data nomine dotis ꝑ neptẽ auunculo: quę ꝑmittitur repeti quasi ex nulla cã data: dare ergo nõ est prohibitum etiam in spiritalibus: sed adiectio facit illud turpe qñ scilicet datur ex pacto, vel taxatione, quæ habet vim pacti & ideo repetitur. facit. s̃. de magis. c. 2. & vide qđ not. de simo. in c. de hoc. Io. And.

¶ Idem.

REGVLA LXVI.

Cum non [a] stat per eũ ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet per inde ac si impleta fuisset.

Cvm non stat.] Casus figuratur primo ꝑ c. si quęlibet. §. prophetauit. 22. qõ. 2. vbi est textus, ꝙ Deus mandauit Abrahæ, vt filium suum duceret in montẽ & sibi illũ sacrificaret: ad præceptũ Domini Abrahã filium suum duxit in montem, & cum paratus esset illum occidere & Deo sacrificare, fuit impeditus ꝑ Angelum: vtrũ perinde sit ac si filium suũ occidisset quãtũ ad meritum? Rñdetur ꝙ sic. Item figuratur casus ꝑ c. quoniam frequenter. §. porro. s̃. vt lite non cõtest. in antiq. Certum est, ꝙ iudex nõ potest ꝓcedere ad sententiam diffinitiuam ferendã parte non citata, & si pars sit absens, debet citari citatione formali ad audiendũ sñiam: Potamus: ꝙ iudex decreuit citationem ꝯ eũ absentem, & misit executorem, vt ipse reus veniret auditurus ferri sententiam: iste reus misit suos familiares, qui impedierunt executorem, ne posset eũ citare: nunquid habetur pro citato? Rñdeo ꝙ sic, quia ꝑ eũ non stat. Item potest poni casus per l. vlt. C. de condi. insertis. Aliquis Titius veniens ad mortem condidit suũ testamentum, in quo legauit seruo suo libertatẽ, si ipse seruus daret decẽ scuta hæredi testatoris: seruus post mortẽ dñi sui obtulit illa decẽ scuta hæredi scripto, qui hęres noluit illa accipere: vtrũ cõditio habeatur pro completa vt seruus consequatur libertatem? Respondetur ꝙ sic. Idem si alius nomine serui obtulisset illam pecuniam.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla Secũdo notat tria. Tertio obijcit, & sol. distinguẽdo.]

a ¶ Cum non stat.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. in iure ciuili. Pone exemplum Abrahę Gen. xxij. ꝑ quẽ non stetit quo minus sm̃ Domini ꝓceptũ filiũ immoleat: vnde perinde apud Dominũ gratum fuit acsi immolasset. 22. q. 2. c. si quælibet. § prophetauit. & c. seq. Item pone in eo qui impedit, ne ad eum citatio perueniat, vt s̃. vt lite non contest. quoniã. §. porro. In stipulatione. ff. de condi. & demõst. l. iure ciuili. Item potest ponere in libertate legata, vt aliquid det hæredi: & ꝑ hæredẽ stat. C. de condi. inser. l. pe. aliàs vlt. & idem in alijs legatis. ff. de cond. & demon. l. cum pupillus. & in institutione hæredis. ff. de condit. insti. l. 3. Nota tamen, ꝙ si mihi decem promiseris, si te vice ro, tacite vr̃ hoc actum, vt resistere possis: & sic habet̃ pro expresso. ff. si cer. pet. l. cum quid. Et not. ꝙ dicit, ꝑ eũ ad quem pertinet: nam si staret per alium tertiũ: vel ẽt ꝑ impedimentũ mei ipsius: tunc habet locum regula s̃. eod. imputari. quia tunc licet nõ imputetur quod per me non stat, vt ibi: tamen non habebitur pro impleto, vt hic [1]: & ff. de condi. & demõ. l. quibus diebus. in princ. Item not. ꝙ si libertas legata est seruo si decem hæredi dederit, & ꝑ hæredem steterit quo minus seruus dederit illa decem: perinde est ac si impleta esset conditio: quia ille liber erit: tenetur tamen postmodum ad illa decẽ, nisi forte obtulerit & hæres non susceperit. C. de condi. inser. l. vlt. Sed dicit lex, ꝙ si testator legat liberto decẽ sub cõditione, si cũ filio steterit, & filius moriatur: & sic ꝑ eũ, vel ꝑ casum in eius persona contingentem stat quominus conditio impleatur: non ta men debetur relictum. ff. de adim. lega. l. Seio. in prin. Sol. cum stat per eum. i. ꝑ factũ eius vel impedimentum ab eo ꝓstitum, habetur conditio pro impleta: & sic simpliciter vera est regula. Sed si stat ꝑ casum in ꝑsona eius contingentẽ, distingue, aut erat relictum contemplatione eius, in cuius ꝑsona erat implenda conditio: & tunc non debetur relictum, vt in ꝑdicta l. Seio. aut fauore eius, cui relinquitur: & eo casu debetur. ff. de. an. lega. l. Meuia. in prin. aut dubitatur: & eo casu relictum debetur, quasi in dubio sit interpretandũ legatarij fauori relictum, si ex veritate vel ex coniecturis aliud non apparet. ff. de condi. & demon. l. illis libertis. & C. de legi. l. 1.

ADDITIO. Idem Dyn. & plenius. C. de insti. & substi. l. 1. Ioan. And.

[1] Et sic patet, ꝙ ista ꝑ illã nõ est supflua. Dy. tñ dicit illam loqui qñ ꝑ impedit ꝑ casum: istã vero qñ impeditur per eũ cuius interest cõditionẽ nõ impleri. Io. Andr.

¶ Idem.

REGVLA LXVII.

Quod [b] † alicui suo non licet nomine nec alieno licebit.

Qvod alicui 2.] Casus figuratur per capitulum, sicut non suo. 26. distinctio. Certũ est, ꝙ quis non potest exercere vsuras nomine suo: alias incurrit varias pœnas a iure statutas: quia denegatur ei communio quamdiu est in sæculo, & sepultura post mortem: sed & patitur alias pœnas, de quibus dictũ fuit s̃. de vsu. eo. lib. sed vtrum ad minus aliquis possit nomine alieno, id est, ad vtilitatem alterius exercere vsuras? Respondetur ꝙ non, per rationem huius c.

¶ Itẽ potest poni casus per l. si quis. in fi. de iurisd. omnium iudi. Certum est, ꝙ corrumpẽs album prętoris incidit in penam illius legis. Sed vtrum sit mihi licitum corrumpere album prætoris nomine alieno. i. ad mandatum alterius? Rñdetur ꝙ non: immo incido in pœnam, & etiam ipse mandans, si ratum habuerit.

[Prima glossa ponit exempla: secunda dicit in maleficij regulã loqui: aliàs ipsius falsitas pateret in de legato, liberto & laico: Item locum habet in eis, quæ sunt ordinis.]

b ¶ Quod alicui.] Pone casum per capitulum 46. distinctio. sicut non suo. nec enim nomine mihi nõ licet fœnus exercere: ita nec alieno. Itẽ per decreta. de crimi. fal. ad falsariorum, sicut enim ꝓprio nomine litteras Papales falsare non debet: ita nec alieno. Item nec nomine alieno, nec proprio album ꝓtoris corrumpere debeo. ff. de iuris. omnium iudic. si quis id. in fine. [Clemen. de regu. vt professores. dat nouum exemplum huic regulæ. Dynus etiam ponit per authen. vt hi qui obli. §. quis. vbi sicut tutor non inquietat pupillum nomine ꝓprio, ita nec alieno, vt ex iure cesso.] Et nota, quòd hæc regula vera est in maleficijs. Indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere, vt in dicto capitu. sicut. non suo. hoc dico, quia delegatus ex delegatione cognoscit de cã, de qua & proprio nomine cognoscere non posset. 2. q. 6. si quis eps. exponit quos alias punire non posset. ff. de offi. deleg. sane [2] Et libertus nomine alieno vocat patronum in ius: quod nomine proprio non põt. ff. de in ius vocan. l. quæsitum. Et laicus, qui non potest causam spiritualem tractare proprio nomine, tractat alieno, vt supra eodem libro, de procuratoribus, capitulo primo. & idem in similibus. Item habet locum in ijs quæ vt demandari possint, requirunt ordinis adminiculũ: vnde sicut suo nomine sacerdos simplex non chrismat in fronte, non ordinat ad sacros: ita nec epi sui mandato: cum tali demandari [3] non possit, & de hoc s̃. de consecra. eccle. vel alta. aqua. & facit qđ dixi s̃. eo. ea quæ. Ioan. And.

† Io. An. circa hãc 67. regulã q̃rit, anq̃ posset tractare cãm noĩe ꝓcuratoris ꝗ nõ posset suo, vid Bar. & doct. in l. hęreditarię. ff. de iur.

[2] illis ꝗ Dy. dicit de tutoribus adde singula. Gemi. a Petra sancta. 57. ibi tractatur qñ tutor possit cũ pupillis ꝯhere. & q̃d faciat iudicis ꝑsentia.

[3] Scilicet ab epo, Papa tñ bene põt cõmittere simplici sacerdoti. vt conferat sacramẽtũ cõfirmationis facit cõc. Tri. ses. 7. de cõfir. can. 3. & ses. 23. in prin. c. 4. & ꝙ tradit. beat⁹ Th. par. 3. q. 72. art. 11.

Potest.]

Potest.] Casus potest figurari per e. vlt. sup. de procur. & per l. 1. ff. de procur in matrimonio hoc mõ: Aliquis vult contrahere matrimoniũ cum aliqua muliere per procuratorem: numquid poterit? Est ibi textus ꝙ sic: & hoc verũ dummodo ipse procurator habeat mãdatum speciale a dño suo: Et in hoc articulo dr̃ habere mãdatum spãle qñ habet mandatum de ɔ̃hẽdo cum certa muliere, puta cum Berta: quia non sufficeret mandatum generale, videlicet ad cõtrahẽdum cum aliqua honesta muliere.

† Dicit Dyn. regulam restringendã ad ea, q̃ possũt per alios explicari. alle. qđ not. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quotiẽs. Ioan. An.

¶ Idem.

REGVLA LXVIII.

Potest a † quis per alium, quod potest facere per seipsum.

Itẽ potest poni casus per l. Arethusa. in fi. ff. de sta. ho. Aliquis testator dedit libertatẽ ancillæ suæ si ipsa daret decẽ millia hæredi suo: accidit ꝙ ista ancilla erat pgnãs, & cum esset in actu pariẽdi quidã Titius adimpleuit conditionem: numquid statim efficitur libera, vt pariat liberũ? Respondetur quod sic: quia qui potest per se, potest per alium. Ioan. And.

[Prima glo. ponit exẽpla, & xvi. casus exceptos: secundo ponit v. casus exceptos a regula conuersa: rõnẽ ipsorũ reddit, & adiungit duo similia, dicẽs regulã qui facit: non esse superfluam, in fi. arg. & remittit.]

a ¶ Potest.] Potest quis per alium iurare. 63. di. tibi domino. sicut per alium matrimonium ɔ̃here. sup. e. lib. de procu. c. vlt. sic ff. de procu. l. 1. §. 2. [Et ibi de hoc, & ff. de admini. re. ad ci. l. 2. in gl.] de sta. ho. l. Arethusa. in fine. Hæc regula fallit in eo cui cõmittitur certum ministerium. sup. de offic. deleg. c. vlt. sup. eo. tit. is cui. & optime. C. de adu. tolen. l. vnica. §. ne autem, ad idem 2. q. 3. abolitio. de cler. non residen. quia nonnulli. ff. de solu. inter artifices. Item in pænitent a suscipiẽda. de pæn. dist. 1. quẽ pænitet. & in prin. quam per se quisque recipere debet. Rõ est pudor, q. est maxima pars pænitẽtiæ, vt ibi. Item in eo viro qui veniã ætatis impetrat, ꝙ per se facere dẽt. C. de ijs qui ve. æta. impe. l. 2. Item adoptare vel arrogare non põt quis per alium. ff. de adoptio, post mortem. §. neque. Ratio est: quia adoptio imitatur naturam. Item fallit in iudice, qui p seipsum recitare debet sententiam: nisi sit eps siue superior 1. sup. eo. lib. de re iud. c. vlt. C. de iudi. auth. ad hæc. Item in eo qui incipit conferre sacrum vnitatis: qui id per alium perficere non põt. 23. dist. quorundam. Item abbas per se verberando põt corrigere monachum, non per alium, maxime laicum, de sen. excõ. vniuersitatis. Item dominus nouum exphyteutam nõ per procuratorem, sed per se in possessionem inducere debet. C. de iure emphyteu. l. vlt. §. pen. [Item violẽtum statim potest de possessione expellere per se, tñ nõ per procuratorem. ff. de vi & vi arma. l. cum fundum. Dynus.] Item qui est in possessione seruitutis & proclamat in libertatem per se agit, & non per procuratorẽ. C. de asser. tollen. l. 1. & regulariter in criminali causa, vt 2. q. 6. si qñ. Item quæ sunt meri imperij vel gladij ptãtis, non delegantur sm leges, nisi in casu. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. 1. secus secundum canones. de hoc no. 95. dist. c. 1. 23. q. 4 illud. & sup. de offic. ordi. quod sedem, & de rapto. in archiepãtu, & per se respondere debet adultus, qui catechizatur, & non per alium, de consecra. dist. 4 cum pro paruulis. Item fallit in casu. sup. eo. lib. de elect. cupientis. Item in casu sup. eo. lib. de iudi c. 1. & in casu sup. eo. lib de offi. lega. c. penul. 2. rñso & de hære c. 2. in prin. hæc igitur & similia spãlia sunt. Et nota, ꝙ etiam econuerso quędam per alium possum, quæ non per me. 2 Episcopus clericum suum per alium potest verberare, non autẽ per seipsum 89. dist. non liceat. C. de epis. & cleri. auth. sed neque. Item in episcopus per alium litigare dẽt. 5. q. 3. c. vlt. [Et idem in illustri. C. de procurat. l. penult.

1 Idem in inquisitore hæreticæ prauitatis qui per alios põt ẽt sententiã recitare. Gemi. & Perus. & alij in c. vt cõmissi. de hær. lib. 6. & Cõtra. Brunus lib. 4. đ hæret. ca. 10. in fin.

2 Vt dixi de sen. ex cõ. sacro. sup fin. 5. gl. vbi ẽt alle. ff. de neg. gest. at qui. §. cum me. Ioan. An.

Dynus.] Item prælatus clericus habens temporalem iurisdõnem audit & iudicat de causa sanguinis aliũ, non per se sup. eo. lib. ne cleri. vel mona c. vlt. Item religiosa mulier per alium põt esse in iudicio, non per se, supra eo. lib. de iudi. c. 2. supra eo. lib. de ele. indemnitatibus §. sed cum eas. Item eps tuitionem, gubernationem & curam viduarum, & pupillorum & peregrinorum, non per seipsum, sed p alium archipresbyterum scilicet, vel archidiaconũ gerere debet. 88. dist. eps gubernationem, & ibi de hoc, &

¶ Idem.

REGVLA. LXIX.

In † malis b promissis

† Vide B. Tho. 2. 2. qõ 89. ar. 7. & Turrec. in ca. si aliquid 22. q. 4.

omnia ista sunt etiam specialia contra regulam secũdum quam quod possum per alium, & per me. Et accidit hoc, vel ratione personæ cui hoc non conuenit, vel etiam ratione rei, puta causæ criminalis, & interdum per alterum consequitur quis quod per se cõsequi nõ posset, vt supra eo. lib. de conces. pben. c. auctoritate, & ff. de statu. homi. l. Imperator 2. ff. quę res pig. non pos. l. Aristo. sicut & quædam potest quis tamquã alius, nõ tamquam ipse. instit. de inoffi test. §. si tutor. ff. de adoptio. si pater. §. qui duos, vbi nepotẽ ex filio adoptat auus tamquam genitum ex alio filio: & hoc nõ tamquam auus, sed tamquam quidam extraneus, ad idem ff. de in ius vocan. l. quæsitum. cum similibus. [Multa exempta quibus licet alieno nomine, quod non licet proprio, & vide supra eo. quod alicui suo, in secũda parte quæstionis.] Et nota, quia id dicimur posse, quod de iure possumus, hanc igitur regulã credo loqui de i js, quæ de iure sortiuntur vel sortiri possunt effectum, non igitur superabundat regula. inf. eo. qui facit per alium, quæ generaliter loquitur, vt etiã maleficia comprehendat, & ista regula loquitur de potestate faciendi, illa de effectu iam facti 3. Item nota ex hac regula, quod sicut per se potest qs subscribere ita per alium. quod dic vt not. sup. de re iudi. cum inter vos, in glo. potest enim.

Eps hẽt tuitionẽ curam & gubernationẽ pupillorũ, viduarũ, & peregrinorũ per alium.

Posse dicimur, quod de iure possumus.

3 Idẽ ibi Dynus.

In malis.] CASVS. Titius promisit mihi suũ patrem occidere, vel adulterium cõmittere, vel aliud malum perpetrare: vtrum teneatur istam suam pmissionem adimplere, & possit ad hoc cõpelli? Rñdetur, ꝙ non. Vel ponamus, ꝙ Titius apud me deposuit rem suam: & pmisit ẽt quod si committerem dolum in re deposita, ipse non ageret contra me ad rem restituendam: postea dolum commisi in ipsa re: quia per dolũ meum illam rem perdidi: numquid poterit ipse agere contra me nõ obstante sua pmissione, vt sibi restituã rem depositã vel æstimationẽ rei? Rñdetur ꝙ sic: nec tenetur obseruare suam pmissionem. De hac materia tractatur supra in reg. non est obligatorium & possũt hic poni exempla, quæ ponuntur in illa regula.

[Prima glossa pro exemplis & materia remittit: & distinguit malum promissum a male promisso.]

b ¶ In malis.] Pone exempla quæ posui sup. eo. nõ est obligatorium, & psequere hanc regulã, vt ibi dixi. Et habes hæc verba. 22. q. 4. c. in malis promissis, & ibi de hoc per totã quæstionem. Et not. ꝙ dicit in malis promissis: nam licet mala pmissa non debeant seruari: tñ interdum male promissa, puta per dolum vel metum, seruantur: qñ. s. seruari possunt sine salutis æternæ dispendio, si iuramentum intersit, de iureiu. si vero, in ant. & dixi in prædicta reg. supra eo. non est.

ADDITIO. Idem Dyn. qui dicit mala pmissa ipso iure vitiari. ff. de pact. iure gentium. § & generaliter, & de ver. obli. l. gñaliter, & l. veluti, & l. stipulatio hoc modo, & l. si plagij, & l. si stipuler. insti. de inut. stip. §. quod turpi. Sed male pmissa: puta per dolum, vel metum, vitiantur interdum ope exceptionis. C. de inut. stip. l. dolo, &c. Ioan. And.

1 Hęc gl. ex nouella Io. An. huc fuit translata.

a ¶ Non expedit.] secundum 1 vtilitatem: nec licet secundum æquitatem: nec decet ſm honestatem, & de his omnibus. sup. de vo. magnæ. post prin. Ioan. An.

IN alternatiuis.] Casus figuratur per c inter cęteras. sup. de rescr. Ego exposui domino Papæ, ꝙ Titius rector ecclesiæ S. Desiderij Pictauen. erat homicida, simoniac⁹, concubinarius, & plures alios defectus patiebat̃, ꝑꝑ quos erat indignus bñficio ecclesiastico: vnde Papa scribit quibusdā iudicibus si constaret Titiū esse homicidā, cōcubinariū, simoniacū, ꝙ ipsi sibi ecclesiā ꝑ sententiam auferrent, & forte mihi cō ferrent: vtrum necesse sit probare omnes istos defectus anteq̃

fidem non expedit a obseruari.

¶ Idem.

REGVLA LXX.

IN alternatiuis b debito ris † est electio: & sufficit alterum adimpleri.

¶ Idem.

† In aliquot vulgatis codicib. legitur, electoris, sed in oib. antiquis vt est impressum.

possit remoueri ab ecclesia? Respondet quod non: sed sufficit probare vnum ex illis: dumtamē iste defectus per se sufficiat ad probationē 2: q̃a illi defectus sunt expressi alternatiue: & in alternatiuis erit in optione mea exprimere defectum quem voluero. Idem est si illi defectus fuissent expressi copulatiue hoc modo: Si tibi constet, quod talis Titius commiserit simoniā & homicidium, auferas sibi ecclesiam sancti Desiderij Pictauensis: tunc. n. ex quo alterum sufficit ad priuationem, dictio, &, accipitur pro, vel, vt dicitur in dicto c. inter cæteras.

2 al. priuationem.

¶ Item potest poni casus in debitore hoc modo: Titi⁹ mihi stipulanti promisit dare equum, vel decem scuta, vtrum possim petere, vt compellatur mihi soluere equum, & decem scuta? Respondet quod non: sed debeo esse cōtentus altero ipsorum. sed vtrum sit in electione sua soluere decem scuta, vel equum? Respondetur quod sic: quia in alternatiuis, &c.

[Prima glo. dicit vnde sumpta, & ponit exempla: Secundo subdit de alternatiuis ordinis. Tertio signat contrarium, soluit, & remittit.]

3 Intellige in affirmatiuis: in negatiuis requirit ꝙ neutrū fiat.

b ¶ In alternatiuis 3.] hæc regula sumpta fuit ex l. ff. eod. tit. l. in eo quod plus est. vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum Pone exemplum per canonem. 12. q. 2. bonæ rei. in fi. sup. de rescri. inter cæteras, & in viro, qui in causam soluti matrimonij dotem, vel eius æstimationem restituere promisit. ff. de iure dot. plerumque, in fi. ad idem. ꝟ. de plus peti. vnico. vbi dr̃, plus petere causa, & in expensis cōdemnatur, qui ex duobus alternatiue debitis p̃cise petit alterum, ad idem de appell. significauit, vbi de hoc, & de rescr. ex parte, & facit de præben. c. 2 ff. de condi. in sti. l. si hæredi plures. Sunt tñ quædam alternatiua, in quibus debet ordo seruari. ff de leg. 2. cum pater. §. penul vt cum mandat testator aliquid dari liberis: aut his deficientibus, consanguineis, aut affinibus quia tunc sequimur ordinem Est ad hoc argumentū quod dixi de ordine sequendo 43. dist. sit rector. in fi. sup. eo. lib. de electio. c. penult. in prin. & eo lib de præben. c. mandato. in fi. (Et hoc eo. tit. inspicimus, vt ibi dixi.) Contradicit ad hanc regulam instit. de leg. §. si generaliter. Solu. illud cum eligens fuit in mora ff. de op. leg l. mancipiorum. sup. eo lib. de consue. c. vlt. & sic not. Ber. in prædic. diceret. de rescri. inter cæteras, & facit quod dixi sup. eo. contra eum.

4 Io. An. & Ph. hic dicunt regulā procedere in ecclesia p̃scribēte rē priuati longo tēpore.

QVi ad agendum. 4] Casus in hac regula figuratur per §. pōt. 16. q. 3. & l. si quis emptionis. C. de præscr. xxx. vel xl annorum. Titius possedit rem alienam cum titulo, bona fide, & cum alijs requisitis ad p̃scriptionem legitimam: Certum est ꝙ si cadat à possessione illius rei quam p̃scripsit, habet actionē ad illā petendam: Sed quid, si nō cecidit a possessione, & verus dñs agit ꝯ eum: numquid pōt excipere de p̃scriptione? Rñdeo ꝙ sic: quia qui admittitur ad agendū, multo magis ad excipiendum. Item figuratur casus per l. 1. §. quod ait. ff. de superficie. vbi est textus, ꝙ si quis conducat rem alienā ad longum tempus, & cadat a possessione rei, pōt agere ꝯ possessorem: & hoc verum actione vtili, & nō directa: iuxta notata ff. si ager vectigalis. Sed numquid poterit excipere contra verum dominum? Respōdetur, ꝙ sic, per rationē huius regulæ.

REGVLA LXXI.

10 QVi c ad agendū admittitur, est ad excipiēdum multo magis admittendus.

¶ Idem.

REGVLA LXXII.

20 QVI

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secundo ponit rationem regulæ Tertio dicit regulam procedere in eisdem personis. Quarto dicit etiā fallere in possessorijs.]

5 Hęc regu. fallit si actio & exceptio tēdūt ad diuersa. c. inter dilectos. in princ. de exc. præl. Item fallit si aliquid subeēt repellens exceptionem. c. debitores, de iureiur.

c ¶ Qui ad agendum.] Hæc 5 regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. inuitus nemo. §. cui damus. Pone casum in eo qui legitime p̃scribit: quia si cadit a possessione, dat̃ sibi actio: multo fortius dū possidet, datur exceptio. 16. q. 2. c. placuit. vt. §. potest. in prin. ad idem de p̃scr. 30 illud. in antiq. Item conductor soli ad superficiem ad non modicum tp̃s habet vtilem rei vendicationem, ēt contra dominum: multo fortius exceptionem. ff. de superfi. l. 1 § quod ait. Rationem huius regulæ ēt habuisti sup. eo. cui licet plus, & minus licet 6 sed pl⁹ est agere, quàm excipere. ergo si pōt primum, multo fortius ſm, vt hic. nam video exceptionē dari cui non datur actio, vt excōicato. sup. de exce. cum inter priorem. Itē qui mala fide præscripsit, ſm leges exceptionem habet aduersus omnem potentem: & si a possessione cadat, non habet actionem. 16. q. 3. § potest, 40 versi. quod si. & C. de præscri. 30 vel 40. annorum. si quis emptionis. Et vbi actio tpe tollitur, perpetuo durat exceptio. ff. de do. exce. § vlt. & venit in compensatione, quod non venit in petitione, secundum l. vt debitum naturale ff de compen l. &c. Et ecōuerso interdū venit: in petitione, quod nō in compensatione: sicut est videre in deposito. C. de cōpen. l. vlt & sup. de depo. bona fides, & est speciale. Et adde quod not. de iureiu. quemadmodum. in gl. nam cui. Et dic ꝙ ad agen50 dum admittitur cōtra eum, ꝯ quē excipere vult. hoc dico, non obstet quod dr̃ de Publiciana: nam habens Publicianam actionem, contra alios excipit non contra dominium. ff. de publici. l. penul. & vlt. & idem de similibus, hoc aūt regulariter fallit in possessorijs iudicijs. C. de loca. & condu. l. si quis conductionis, vbi conuentus possessorio, si dicat se conduxisse, ante omnia possessionem restituit 7: & post agit, & facit quod dixi supra eo dolo. nam contra prædonem agentem possessorio (. s. interdicto vnde vi.) non admittitur ex60 ceptio: tamē admittitur actio, de resti. spo. in litteris. & c seq. Et generaliter agenti possessorio, refertur quęstio proprietatis agendo, & tamen non excipiēdo, de ordi cognitio. c. vlt. C. de rei ven. ordinarij, de concess. præben. post electionem, in fine. de appell. constitutis 2. in fine. de accus. accedens.

6 Dyn. dicit ꝙ rō sumit̃ de regula, fauorabiliores 1. ff. eo. dē. & sic ad idem sup. eo. cū sunt. & c. nō licet. ioan. An.

7 Esset. n. spēs spoliationis possessionē denegare locatori. ff. de preca. l. vl ti. & iō su per dñio non auditur, nisi facta restitutiōe. C. ꝑ vim vel alio modo. l. j. Dynus.

QVi facit per alium] Ponamus ꝙ iniūxi famulo meo vt clericū verberaret: quod fecit ad mādatum meum, & nomine meo: numquid sum excōicatus ipso facto, ac si ego illum verberassem? Rñdetur quod sic. Item potest poni casus in matrimonio: Cōstitui meum procuratorem ad contrahendum cum Berta numquid sum eius maritus ac si in ꝓpria persona contraxissem? Respondetur, quod sic: Quia qui facit pe-

est per alium, &c. quando ille actus potest expediri per alium.

[Glo. seq. dicit vnde sumpta, & pro exemplis, materia & obiectionis solutione remittit.]

a ¶ Qui facit p aliū.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. quod iussu alterius. Pone exempla in regu. & psequere eā, vt dixi s. eo. pōt quis. Et non superabundat hæc regula per illam, vt dixi ibi in fine.

ADDITIO. Dyn. ponit hic specialia exēpla, quæ vide. I. An.

b ¶ Perinde.] hoc 1 pcedit de quadā interpretatione, cū vere loquendo factū etiam ab eodē diuersis tēporibus, non repræsentat identitatē eius facti. ff. de cōdi. inde. si non sortē. §. libertus. & in auth. de fi. instr. circa prin. secundum Dynum probatur hoc supra eo. li. de elect. vt quis duas. Ioan. And.

1 Hæc gl. ex nouella Io. An. huc fuit trāslata.

2 Istud, legitime, cōprehendit factū & modū, vt. s. factū in se sit legitimū & sine peccato, & legitimo mō factū sm Io. Mo. q dicit de hoc dupli ci defectu, vel profectu haberi. de restit spo. Pisanis. de renun. dilecti. Io. And.

facit a per alium, est perinde b ac si faciat per seipsum.

¶ Idem.

REGVLA LXXIII.

Factum legitime c retractari non debet, licet casus postea eueniat, à quo non potuit inchoari.

Factum legitime.] Casus figuratur per c. pen. de eo. qui cog. consan. vxo. suæ. in antiq. hoc modo: Cōtraxi matrimonium cum aliqua Berta: cōtracto matrimonio cognoui consanguineā vxoris meæ, & sic est affinitas inter me & vxorem meam: vtrum pp affinitatē supuenietē dissoluatr matrimoniū iam ɔtū? Rndetur q nō: quia q d ab initio tenet, nō dissoluitur: licet perueniat ad eum statum, in quo nō valuisset. Itē pōt poni casus in furioso: Certum est q furiosus non pōt matrimonium ɔhere pp defectū consensus: ponamus q aliquis sanæ mentis ɔxit matrimonium cū aliqua Berta: ɔcto matrimonio effectus fuit furiosus: vtrū inualidetur matrimonium? Rndetur q non, licet peruenit ad eum statum, a quo non potuit inchoari.

[Prima glossa dicit vnde sumpta: & ponit exempla: & inducit regulam conuersum. Secunda notat quod dicit, non retractari: non dicit, nō impediri: per quod soluit contraria.]

c ¶ Factum legitime 2.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. in ambiguis §. 1. Exēplifica in eo, qui ɔxit matrimoniū, & postea factus est furiosus. 32. q. 7 neq; furiosus. Idē in superueniente affinitate, de eo q cog. cōsan. vxo. suæ. c. pen. Idē in adoptione superueniēte. ff. de r it. nup. adoptiuus. in princ. & l. si qua. Et not. q habuisti aliam regulā p ɔriū. s. eo. non firmatur. quia licet casus superueniat a quo potuit inchoari non firmatr, qd ab initio non valebat, vt ibi: quod tn intelligas, vt ibi dixi: ita qd in principio factum erat 3 legitime non retractatr: licet superueniat casus a quo nō potuit inchoari, vt hic. Et concor. ad hanc regulā. ff. de itine. actuque pri. l. nec. n. ibi dicit tex. nec corrūpi aut cōmutari quod recte transactū est superueniente delicto, poterit. Cōcor. ad hanc reg. de iurepa. cōsultationibus, de conuer. coniu. Placet. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. discretionē. & quod in his iuribus no. Et no. q dicit, retractari: q. d. pp cām superuenientē non retractatr, ac si legitime non fuisset factū. Interdū tn pp superuenientem causam impeditur eius effectus, quod legitime factum erat, exēplifica per can. 33. dist. cōiter. & c. vsque adeo. & de cler. ægro. presbyterū. & c. tua cum sim. & eodem modo rndetur ad leges, quę pro cōtraijs signari solent. ff. de. ff. de iud. si a me. & l. seq. ff. ad. l. Aquil. quia in eum casum. in quibus dr, q iudiciū soluitur per arrogationē eius, cum quo litem contestaturus erā: quia deuenit in eū casum, in quo a principio nō poterat cōsistere, & in p. l. qa. dr simile. s. q cessat actio legis Aquiliæ, quando seruus mortifere vulneratus liber factus est: quia iam in eum casum deuenit, in quo locum habere nō poterat, &c. Et est rō: quia l. Aqui. damnum respicit.

3 Et pfectū, secus si inchoatū, & sic loquunt ɔria. ff. de serui. l. p parte. ff. d ver. ob. si sub vna. §. si q s viā. ff. de suspe. tu. post finitā. ff. de. lib. ag. l. 3 §. qa. sm Dynū, & q signat Io. Mo de decr. quēadmodū. d iureiu. & decr. si paup. s. c. li. d pb. Io. And.

¶ Idem.

REGVLA LXXIIII.

Quod alicui d gratiose conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum.

¶ Idem.

REGVLA LXXV.

Frustra e sibi fidem

Quod alicui.] CASVS. Ponamus q Papa cū aliquo licētiato forte dispensauit super pluralitate beneficiorū, & in gratia sua apposuit causas, quæ illū mouebant ad dispensandū: quia dixit Papa: quia legisti iura canonica in tali studio, tecum dispensamus. Ponamus, q aliquis alius licentiatus similes, vel maiores fructus fecit: vult extendi gratiam istius ad ipsum: an possit? Rndet q non, pp rōnem huius regulæ: qa licet Papa fauore alicuius psonæ recedat a dispositione iuris communis, non sequitur q iste discessus debeat extēdi ad casus similes, iuxta l. nō possunt. ff. de leg. c. translato sacerdotio. de constitu. in antiq. secus si esset ius commune.

[Glo. seq. remittit pro exemplis, & pro materia: & dat concor.]

d ¶ Quod alicui.] Pone exempla quæ dixi s. eo. tit. quę a iure. & prosequere vt ibi dixi, & in reg. priuilegium personale. & concor. ad hanc regulam infra eodem, in argumentum.

ADDITIO. Dynus ponit exemplum si concedatur alicui, q subire non teneatur munera publica: forsitan quia in re prospera virtuose se habuit. In alijs ius commune seruabitur. alleg. ff. de constitu. princ. l. 1. §. plane ex his. C. de decurio. l. neque Dorotheum. & l. nullus. lib. 10. & de episco. & cleric. quoniam. Idem dic in priuilegio decimarum, de quo s. de deci. ex parte. Ioan. And.

Frustra.] Casus figuratur per cap. de forma. 22. q. 5. Pro intellectu istius est psupponendam, q nō minus est adstrictus dns vasallo, q ecōtra vasallus domino suo: Nam sicut vasallus debet fidelitatem domino suo, similiter dominus debet esse fidelis vasallo: & sicut vasallus priuatur feudo pp infidelitatem cōmissam erga dominum, ita dominus priuatur superioritate. Et istud quotidie fit: Nam qn dns opprimit vasallum, princeps eximit vasallū a iurisdictione domini. Hoc psupposito ponamus sic casum: Tenebā aliquā rē in feudū ab aliquo domino, & promisi ei fidelitatē: ista pmissio est reciproca: nam sicut ego teneor seruare fidem domino, ita econtra dominus tenetur mihi fidem seruare. Sed quid, dominus non seruauit mihi fidem, quia me oppressit: vtrum tenear ei fidem seruare? Respondetur quòd non: quia frustra, &c.

¶ Item potest poni casus per l. cū proponas. C. de pactis. Cum haberem tecum litem, transegimus simul: p quam transactionem renuntiaui liti sub hoc pacto, q infra certum tempus dares mihi certam pecuniæ summam, non soluisti infra tempus vt promiseras, volo redire ad litem; vtrum possim? Respondetur q sic: per rationem huius regulæ, quia frustra sibi fidem, &c.

[Glo. seq. primo ponit exempla, Secundo successiue signat, & soluit duo contraria. Tertio instruit.]

e ¶ Frustra.] Pone casum in dño quo ad fidelē, & in fideli quoad dnm. 21. q. 5. de forma. Itē in eo qui interposita cōditione promisit & iurauit aliquid facere. de iureiur. puenit 2. vbi de hoc. In eo q nō vult trāsactionē interpositā obseruare. C. de pact. cū proponas 2. cō-

cor.95.dist.esto subiectus.ibi,cur ego te habeo vt principem,cum tu me nō habeas vt senatorem? Sed nōne hosti seruanda est fides 1? 22.q.4.innocens.23. q.1.noli.Sol.vt ibi not.& in dicto c. peruenit. illud enim verū est cū ipse hostis nobis fidē seruat, & sic cōcor.cū hac regula. Itē ꝗ 33.q. 5. ꝙ Deo pari. vbi dr ꝙ si vir & vxor pari consensu continere vouent, vno labente, alter perseuerare debet. Solu. ibi non fuerat fides homini promissa, sed Deo, nam sine vlla conditione adimpleri debent, q̄ Deo vouentur. 32. q. 8.c.vnico. in fi. Et vides,ꝙ licet vxor adulterata fuerit, nihilomin' vir peccat adulterando.32.q 6.c.1.ꝑ tot. frustra igitur debitū petit, qui qđ debet non impendit:& frustra legis auxiliū inuocat,qui cōmittit in legē.de vsu. quia frustra in anti.& ibi de hoc.vnum nota qñ partes sibi ad inuicē aliquid sub pœna promittunt:& una pars primo frangit fidem,aut expedit magis alteri parti pœnam prosequi & stare pacto vel ꝯctui,aut magis expedit sibi fidē rūpere:In primo casu licet sibi fides sit fracta, ipse tñ ꝑ sua parte seruet eandē:& pœnam petere poterit cū effectu.[ff.eo.tit.cum per.in fin.] In secundo casu secure frangit fidem,& fiet hincinde pœnarū mutua cōpēsatio,vt s̄.de pœ.constitutis.& sic illam decret.intelligas:& quæ ibi not.& est ad hoc simile quod not.de cōuento super spoliatione:cui aut expedit magis rehabere rem propriam, aut retinere rem quā possidet,in primo casu agat,in secundo excipiat.hoc not. Ber.de ordi.cogn.c.vlt.

1 An hosti sit fides seruāda, vide Bart. & Ang.in l. cōuētionū ff. de pac.& oīo B. Tho. 2. 2. q. 40. ar.3 &gl. & ibidē Turre. in c.dñs noster. 23.q. 2.

† Vide gl. in ca. 2.de dila. glo. in c. placuit. 16. q. 3. In. in c. cū dilectus. de ord. cog. Anto. de But in c. 1. de do. & cōtu.& doct.in l iubemus. C de sacrosan. eccle.

quis postulat ab eo seruari,cui fidem à se præstitam seruare recusat.

¶ Idem.

REGVLA LXXVI.

Delictum a † personæ non debet in detrimentum ecclesiæ redundare.

ADDITIO. Dicebat Ioan. Mon. ꝙ in hac regula, frustra,&c.poterat exemplum poni per l.quoniam. C.de re.permu.ff.de mino.auxilium.in fi. intelligit etiā regulam circa idem factum,nō circa diuersa.argu. ff.de leg.2.cum pater §.plane. Dynus allegat §.libertis. Ratio etiam huius regulæ sumi potest ex regula,ex. eo. tit.Ioan.And.

a ¶ Pontificatus.] Scire debes ꝙ Romanus Pontifex ex sola electione facta à duabus partibus Cardinaliũ vocem habentium: de quo dic vt s. eo. lib. de elec. vbi periculum. præsulatum assumit. s. de elect. licet de vitanda. Sed consuetudo est Romanorũ Pontificũ (quæ potius eorum solito vsu, quam iure roboratur) ꝙ post electionem ante consecrationem & coronationẽ nõ scribunt pontificatum in data: licet prædict. decret. licet. supra eo. de elect. dicat, Romanus Pontifex habeatur qui à duabus partibus, &c. Inquantum dicit, põtifex, videtur ꝙ extunc pontificatum scribere possit 1. Tamen pro illa consuetudine facit lex C. de quadri. præscri. l. vlt. in fine. ibi: ex quo imperiales suscepim⁹ infulas vnde & dies coronationis dicitur ortus imperij, & sic potest intelligi. C. de fer. l. vltima. nec dr̃ Imperator, nisi corona suscepta. ff. de mili. testa. l. antepẽ. sicut nec archiepiscopus nisi recepto pallio. supra de vsu pal. nisi. ad idem C. lib 12 de decu. l. fi. ff. de re mi. li. l. ex eo. in Authen. de con. in fi. coll. 5 sed tunc ante coronationem scribunt ante datã, locum & diẽ ponẽdo. Data suscepti à nobis Apostolat⁹ officij anno, &c. & tunc etiã nõ scribunt se simpliciter episcopos: sed sic scribunt: Talis (pone) Bonifacius electus episcopus. Item tunc non bullant bulla integra: sed tunc tẽporis si quas litteras concedunt, ponunt mediã bullam, id est, illam partem, quæ habet capita sculpta: & ex alio latere quo ponitur nomen, plana est bulla sine nomine 2. post coronationem 3 autem scribunt põtificatum in data, vnde quod prius scribebant, data suscepti à nobis Apostolatus officij: scribunt, data põtificatus nostri. Item vocant se simpliciter episcopos, & dant bullam cũ nomine suo. Et sunt hæc bene notanda: quia iam vidi in quadam ecclesia cathedrali hic vicina, cuius nomen sileo secundum expectantẽ ex hoc errore in assecutione præbẽdæ primo præferri. Et hoc modo Bonifacius fuit electus die sc̃da exeunte Decembri: coronatus & consecratus fuit die 23. Ianuarij. [Habebat vnus expectans eius auctoritate litteras cũ tali data: Data quarto calẽ. Ianuarij, põtificatus nostri anno 4. Alius expectans eadem auctoritate & in eadem ecclesia, habebat litteras huius datæ: Data nonas Aprilis, põtificatus nostri anno tertio. & hoc est dicere, data quinto die Aprilis, & superior data tertia die exeunte Decẽbri, vt supra dixi proxim. gloss. vacabat præbenda in illa ecclesia, & quærebatur cui deberetur: & errore petitorum huius iuris hunc modum ignorantium pronuntiatum & obtentum fuit, illum qui habebat datam sub tertia die exeunte Decembri priorem esse, & debere præferri: quia considerabant dicti iurisperiti, quòd siue annus inciperet à promotione Romani Põtificis, quæ fuerat, vt prædixi, die secunda exeunte Decembri, siue à natiuitate, omnimodo ille erat primus: & verum dicebant illo modo computando: sed quia annus Pontificatus incipit à consecratione & coronatione, non ab electione, vt supra dixi: quæ coronatio, vt prædixi, fuerat vigesimatertia die Ianuarij: ideo male fuit obtentum: & huius rei errore fuit posterior priori prælatus: quia certum est, quòd ex quo annus Pontificatus Bonifacij incipiebat, vt prædixi, quòd is qui nonas Aprilis, id est, quinto die Aprilis habuit gratiam, præcedebat in gratia illum, qui habebat datam sub tertio die exeunte Decembri, scilicet quarto calend. Iannuarij, eodem anno fere in nouem mensibus, vt clare patet computanti. Semper ergo iurisperiti, qui pronuntiare habent super posteritate & prioritate impetrantium, aduertere debent diem Pontificatus, id est, coronationis, vt recte pronuntient. & idem in similibus casibus. & hoc aliàs, vt dixi, in iure non bene probatur: qua de causa, vt talis error ab eis euitetur, hoc hic scripsi, quod aliàs scriptum non reperi.

ADDITIO. Computationem annorum Domini quidam inchoant à natiuitate, alij à circũcisione, alij ab incarnatione, alij 8. calend. Octobris, sicut fiebat ante aduentum Christi. de hoc vide in Spec. de instru. edi §. 2. 1. & 2. col. Ioan. And.

[Vltima gl. quærit: arguit pro & contra: opiniones ponit, & soluit: vltimo ponit conclusionem operis.]

b ¶ Anno quarto.] fuit hæc data, & iste annus Pontificatus sui curentibus annis domini Mccxcviij. Quæro autem quando inceperunt ligare nouę cõstitutiones, 5 huius Sexti libri. De ijs loquor quæ sunt iuris noui promulgatoriæ, non declaratoriæ veteris iuris. [Vide quod not. in procemio cle. in gloss. vñ per hãc.] Et videtur quòd à tempore huius publicationis post duos menses, in Authen. vt fa. no. constitut. in rubro & nigro, circa princip. §. vt autẽ apertius. & hoc tenet nouiter Ber. supra in procemio, in fi. gloss. & supra de constitu. c. 2. & facit quod not. de postu. præla. cap. 1. cum enim id sit iure ciuili expressum: & nostro iure contrariũ expresse non sit cautum: ergo illud ius seruabimus: & ideo secundum hoc finitis duobus mensibus scilicet tertia die intrante Maio, eodem anno inceperunt ligare. Item & nostro videtur iure roboratum. supra ne cle. vel mo. cap. vlt. & supra de sent. excom. nouerit. & supra eod. lib. de concess. prębend. quia cunctis. circa princ. & in his omnibus. De hoc tamen videtur tenere Ioan. 82. dist. proposuisti. in gl. ex hoc. quòd secũdũ canones ligat constitutio post sex menses: allegat 18. dist. c. vlti. quod de constitutione principis non loquitur: sed quod illud tempus duorum mensium non sit tempus ordinariorum, videtur probari supra de pæn. memini & remis. cum infirmitas. vbi constitutio principis nõ ligat, nisi ex quo per prælatos fuerit publicata. ad idẽ supra eod. lib. de pręb. cum singula. vbi datur vnus mẽsis

Idus diui sio interpretatur.

1 Benefacit s. e. li. de cõcess. pb. c. vlt. in princ. põderato in tex. sũmi Põtificatus, & quod ibi not. in gl. 3. & qđ j. sequit in hac gl. ꝑ q̃ cõiũcta patet, ꝙ Bonifacius tps Pontificatus vocat quo non erat cõsecrat⁹. Io. And.

2 De hoc vide in Spec. de rescrip. ꝑ sens. §. vlt. versi. itẽ quod obtentũ est. & circa hoc ad de extra. ua. Quia nõnulli.

3 Aliàs, cõfirmationem.

5 Hoc dicit ꝑ ꝑ cõ[illegible] nes sepțe põdecesso rũ, de q̃b. nõ dubitat, quia prius ligarent: licet nouiter Bonifacius fuerit insertæ. Illi ãt fuerunt Greg. 9. & 10. & Inn. 4. Alex. Vrban. & Cle. Nicolai 3. Aliorũ cõstitutiones non hic insertas. Io. A.

sis à tempore notitiæ.ad idem in Authen. vt in priuatis do.sacra myst. nō si.circa fin.coll.5. vbi dantur tres menses.& in Authen.vt neq; miles neque fœderatus §.si igitur, coll.9. vbi dantur xxx. dies tantum. Dixit Accursius ꝙ in prędictis legibus dicitur esse speciale.& idem de supradictis decreta.est dicendū.Fateor.n.ꝙ licet constitutio principis liget post duos menses vt supra dixi, id locum habet cum in ipsa cōstitutione aliud non cauetur,nec tempus adijcitur, illud .n. seruandum est, & intelliguntur sic contraria vtriusq; iuris.De hoc habui quæstionem de facto à principio huius libri. Et dicebant contra me quidam aduocati quòd constitutiones huius libri non ligabant, nisi ex quo iste liber publicatus fuit Bonon.vt sic ignorantes non ligarentur : per cap proposuisti. 82. distinc.& 32. q.4.dixit Sara.& ego contra eos dicens, quòd secundum dictum ipsorum in ciuitatibus, in quibus non viget studium,& ad quas liber iste directus non fuit adhuc constitutiones huius libri non ligarent : quod esset absurdum.Satis ergo probabili ratione id tenendum videtur quod supra dixi. & audiui etiam tempore Nicolai tertij cassatam electionem cuiusdam episcopi, quia non seruauerat decre.cupientes.supra eod. lib. de elect. quæ tamem ante duos menses solummodo fuerat publicata. An autem constitutio respiciat pendentia,dixi supra eod.lib.de elect.licet canon. Quæ his scriptis sunt superflua, defectuosa, vel falsa,radenda,supplenda,& corrigenda se offerunt:in quibus aliqualiter excusari mereor : qa corrigit sum paratus:tum quia ex quo scribere cœpi,singulis qua si diebus binis lectionibus, & alijs præter lecturam ineuitabilibus negotijs implicatus singula ponderare nō potui:tum quia domini mei superius iam dicti mā dato, & studentium deuictus instantia, ea non meo velle librata publicare compellor,quinimo etiam ex falsis scriptis secundum Philo.2. Metaphy.commendabor, quia per ipsa veritatis inuestigandæ materiā alijs præparaui.[Sicut canones.1. quæst.1.spiritussanctus.in fi.& cap.ita fit.quòd etiam per ministerium reproborum spiritussanctus probos colligit.] Suscipiāt igitur istic studentes minutæ scientię labores meos, reminiscentes quòd vidua, quę obtulit duo sola minuta propter sui affectum larga plus omnibus dicitur obtulisse, Mar.12 24.q.1.odi.de pænit.dist.1.ca.1.versus finam si Deus dederit, maiores & summe vtiles eis in posterum labores meos offeram,iam licet nouiter inchoatos.

Excusatio.I.An.

Largitas ex affectu, & nō ex quantitate doni procedit.

ADDITIO. Data huius Sexti vt dictū est supra in principio huius glo.fuit anno Domini Mccxcviij de tempore compilationis Decreti not. 2. q.6. §.forma. De tempore Lateranen. concilij dixi de ijs quæ fi. à prælatis.cum Apostolica.in fine. De tempore generalis,dixi de deci.c.penul.De tempore vtriusq; Lugdunen.dixi supra eod. lib. de elect. nemo. super glo.2.de Tempore Vieñ concilij. vide not.in cle.de censi. cum sit naturæ consonum.in glo.penul.Ioan.And.

FINIS.

REGVLAE

REGVLAE IVRIS CAESAREI, EX QVIBVS MAIORI EX PARTE SVMPTAE sunt regulæ Pontificij iuris, ordine Alphabetico ex Pandectis Florentinis hic referuntur.

ABSENTIA eius qui reipublicæ causa abest, neque ei, neque alij damnosa esse debet. Regula. clxxxiij. Actus legitimi q̃ ñ recipiũt 1 diẽ, vel cõditionẽ, veluti emẽcipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, datio tutoris: in totũ vitiantur per tp̃is vel conditionis adiectionẽ. Nonnunq̃ tamẽ actus suprascriptri tacite recipiũt, q̃ apperte comprehensa vitium adferũt, nam si acceptũ ferat ei qui sub cõditione promisit: ita demũ egisse aliquid acceptilatio intelligit, si obligationis ꝯditio extiterit: q̃ si verbis nominatim acceptilationis cõprehendatur, nullius momenti faciet actũ. lxxviij. Ad ea 2 quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris: ignoscitur seruis, si vel dñis, vel ijs qui vice dominorũ sunt, veluti tutorib. & curatoribus obtẽperauerint. ¶ Semper qui dolo fecit quò minus haberet, ꝓ eo est habendus ac si haberet. ¶ In contractib. successores ex dolo eorũ quib. successerunt, nõ tm̃ in id qđ ad eos peruenit, verum ẽt insolidum tenent: hoc est, vnusquisq; pro ea parte qua hæres est 3, conueniat. cc. Aliud est vendere, aliud est vendenti cõsentire. ¶ Refertur ad vniuersos qđ publice fit per maiorẽ partem. ¶ Absurdũ est plus iuris habere eũ cui legatus sit fundus, q̃ hæredem, aut ipsum testatorem si viueret. cxxi. Alterius circunuentio alij non præbet actionem.

BOna fides non patitur, vt bis idem exigatur. lviij. Bona fides tantundem possidenti præstat, quãtũ veritas: quoties lex impedimento non est clxxix.

CApienda 4 occasio est quæ præbet benignius responsum. ¶ Quod factum est cum in obscuriso sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem. cxxix. Consilij non fraudulenti nulla obligatio est, Cæterũ si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit ¶ Socij mei socius, meus socius non est. xlviij. Contractus quidã dolum tm̃ duntaxat recipiunt: quidã & dolum, & culpam. Dolum tm̃ depositũ, & precarium: Dolũ & culpam, mãdatum, cõmodatum, venditum, pignori acceptũ, locatũ. Item dotis datio, tutelæ, negotia gesta: in his quidẽ 5 & diligentiam. Societas, & rerum cõio, & dolum, & culpã recipit: sed hoc ita, nisi si quid nominatim conuenit, vel plus, vel minus in singulis contractib. nã hoc seruabitur quod initio conuenit: legem. n cõtractus dedit, excepto eo ꝙ Celsus putat nõ valere si conuenerit, ne dolus præstetur. Hoc. n. bonæ fidei iudicio contrariũ est: & ita vtimur. ¶ Animalium vero casus mortes, quæq; sine culpa accidunt, fugæ seruorum qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incẽdia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur. xxiij. Creditor q̃ permittit rẽ venire, pignus dimittit. cxix. Cuius effectus omnibus prodest, eius & partes ad omnes pertinent. cxci. Cuius per errorem dati repetitio est, eius cõsulto dati donatio est. liiij. Cuius 6 est donandi, eidem & vendendi, & concedẽdi ius est. cxxiiij. Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest. li. Culpa est immiscere se rei ad se nõ pertinenti. xxxvij. Cum amplius solutum est q̃ debebatur, cuius pars nõ ĩuenitur quæ repeti possit: totũ esse indebitũ intelligitur, manẽte pristina obligatione. ¶ Is natura dẽt, quẽ iure gẽtiũ dare oportet: cui⁹ fidẽ secuti sumus. lxxxv. Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor: & melior hr̃ possessoris cã, sicut fit cũ de dolo excipit petitoris: neque. n. dat talis replicatio petitori: aut si rei quoq; in ea re dolo actum sit. ¶ Illi dẽt permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit. cxcvij. Cum prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eũ peruenit: sufficit si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti. clxx. Cum principalis causa non consistat: plerumque nec ea quidem quæ sequuntur, locum habent. cxxxix. Cum quis possit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui aũt donare nõ cõcedit, probandũ erit: nec si donatiõis cã ꝯsẽserit, ratã ei⁹ volũtatẽ habẽdã. cxxvi. Cum seruis nulla actio est. cvij. Cum tp̃s in testõ adijcitur, credendum est pro hærede adiectũ, nisi alia mens fuerit testatoris: sicut in stipulationibus promissoris gratia tẽpus adijcitur. xvij.

DIuus Pius rescripsit eos qui ex liberalitate cõueniunt in id quod facere possũt cõdẽnãdos. xxix. Domum suam reficere vnicuiq; licet: dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet. lxij. Dõari vr̃ qđ nullo iur cogẽte cõcedit. lxxxiij.

EA est natura cauillatiõis, q̃ Græci σωρίτην, appellant, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur. lxvj. Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur. clxxviij. Ea q̃ in partes diuidi nõ possunt, solida à singulis hæredibus debẽtur. ¶ In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, q̃ tutius. cliij. Ea quæ raro accidunt, non temere in agendis negotijs computantur. lxv. Ea sola deportationis sentẽtia aufert quæ ad fiscum perueniunt. xcviij. Eius est 1 nolle, qui potest velle. iij. Et si 2 nihil facile mutandum est ex solemnibus: tñ vbi æquitas euidens exposcit, subueniendũ est. cxliij. Ex pœnalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari. lix. Expressa 3 nocent: non expressa non nocent. clvi. Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet. cxcij.

FActum à iudice quod ad officium eius non pertinet, ratum non est. cxxxij. Factũ cuiq; suum, non aduersario nocere debet. ¶ Nõ videtur vim facere, qui suo iure vtitur, & ordinaria actione experitur. ¶ In pœnalibus causis benignius interpretandum est. cxcviij. Fauorabiliores 4 rei potius q̃ actores habent. clxviij. Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus vel publicis remotæ sunt: & ideo nec iudices esse pñt: nec magistratum gerere, nec postulare: nec pro alio interuenire, nec procuratrices existere. ¶ Item impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debent abstinere. ij. Fere in omnibus pœnalibus iudicijs & ætati & imprudentiæ succurritur. cix. Ferre quibuscumq; modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur. Dum quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Vt igit nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest.

1 Sic Flor. in cæteris non recipiunt, & in archetypo erat additum, non.

2 l. 11. §. si tutoris. s. quod vi aut clam.

3 Duo pũcta addebant hic in archetypo, vt mos erat addi ad finem singulorũ capitũ. Anto. Aug. lib. 1. c. 5. 4 al. Rapienda.

l. 20. sup. pro soc. vnde vr̃ emendanda inscripto hui⁹ legis. Vlpi. lib. 31. ad edict. l. 3. sup. đ diuor.

5 Vul. quidã, quã lectionẽ q̃dam magis ꝓbãt quã Flo.

6 l. Cui⁹.

l. Iuli an⁹ sup. de cõdic. inde.

l. 129. s. eo. super vacuo bis reperit.

l. Si extraneos. sup. de iure dotium.

l. 117. sup. tit. proxi.

l. 3. sup. đ ser. leg. l. pen. s. de his quæ intest. d l.

1 Perperã Haoland. Eius est non velle, & c. Anto Aug lib. 1. c. 2. quidã tñ magis ꝓbant Haloan. lect. quia ita legisse vident Græci, & Harmeno. In manuscr. est, Eius est nolle.

2 l. Diuus sup. de integ. resti.

3 l 25. supra de cõdi. & de.

l. 138 s. đ ver. sig.

4 Idẽ Ari. problẽ. q̃ ad ius ꝑtinent.

l. quẽadmodũ. supra de acqui. poss.

potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in cõtrarium actum est. cxcvi.

Filiusfamilias neq; retinere, neq; recuperare, neq; adipisci possessionem rei peculiaris videtur. xciiij.

Fraudis interpretatio semper in iure ciuili nõ ex euẽtu dumtaxat, sed ex consilio quoq; desideratur. lxxx.

Fructus rei est vel pignori dare licere. lxxii.

Furiosi vel eius cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. xli.

Generaliter cum de fraude disputatur, non quid 1 habeat actor: sed quid per aduersariũ habere non potuit, considerandum est. lxxix.

Heredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus constat. lx.

Hæreditas * nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius quod defunctus habuerit. lxiii.

Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat. ¶ De iecit 2, qui vel iussit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati. n. habitio mandato comparatur. ¶ In cõtib. quibus doli præstatio, vel bona fides inest, hæres insolidũ tenetur. cxcv.

Id quod nostrum est, sine facto nostro ad aliũ transferri non potest. xi.

Imaginaria venditio non est pretio accedente. xvi.

Imperitia culpæ adnumeratur. clxxv.

Impossibilium nulla obligatio est. cxlv.

In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda eius est, qui eas protulisset. xcvii.

In ambiguis ꝓ dotibus rñdere melius est. ¶ Non est nouũ, vt q̃ semel vtiliter constituta sunt, durẽt: licet casus extiterit à quo initiũ capere nõ potuerunt. ¶ Quoties æquitatẽ desiderij naturalis rõ aut dubitatio iuris moratur: iustis decretis res temperanda est. lxxxvi.

In cõdemnatione personarum, quæ in id quod facere põt, dãnant: non totũ qđ hñt extorquẽdũ est: sed & ipsarũ rõ habẽda est ne egeãt. ¶ Cũ verbũ, restituas, in lege inuenit: & si nõ specialiter de fructibus additũ est: tñ et fructus sunt restituendi. ¶ Vnicuiq; sua mora nocet, qđ & in duobus reis promittẽdi obseruatur. ¶ Dolo facit qui petit quod redditurus est. cxxxiiii.

In contrahenda venditione ambiguum pactum cõtra venditorẽ interpretãdũ est. ¶ Ambigua aũt intẽtio ita accipienda est, vt res salua actori sit. cxxxiii.

In eo qđ plus sit, sp̃ inest & minus. ¶ Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi si cũ satisdatione. ¶ Pupillus pati posse non intelligitur. ¶ Vbi verba cõiuncta non sunt, sufficit alterutrũ esse factũ. ¶ Mulieribus tunc succurrendum est, cum defraudantur, non vt facilius calumnientur. cxi.

In eo quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, lucrũ petiturus est, durior causa est petitoris. xxxiiij.

In is q̃ officium per liberas fieri personas leges desiderant, seruus interuenire nõ põt. ¶ Non debeo melioris cõdõnis esse, q̃ auctor me⁹ quo ius ĩ me trãsit. cxxxvi.

In iure ciuili receptũ est quoties ꝑ eũ, cuius interest ɔ̃dõnẽ nõ impleri, fiat quominus impleat, perinde habe ri ac si impleta cõditio fuisset: qđ ad libertates & legata, & ad heredũ institutiones perducit, quib. exẽplis stipulationes quoq; cõmittunt, cũ ꝑ promissorẽ factũ esset quominus stipulator conditioni pareret. cxxii.

In negotijs contrahendis, alia cã habita est furiosorũ, alia eorũ qui fari põt, quãuis actũ rei nõ intelligerẽt. Nã furiosus nullum negotiũ contrahere põt, pupillus omnia tutore auctore agere potest. v.

In obscura voluntate manumittẽtis fauendum est libertati. cxl.

In obscuris inspici solet quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet. cxv.

In oĩb. causis id obseruat, vt vbi ꝑsonæ conditio locũ facit bñficio, ibi deficiente ea, bñficiũ quoq; deficiat. Vbi vero genus actionis id desiderat, ibi ad quẽuis ꝑsecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij. lxix.

In omnib. casis ꝓ facto accipitur id in quo quis aliũ perhorescit quo minus fiat. xl.

In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur. xiiii.

In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas spectanda est. xci.

In pari cã possessor potior haberi dẽt. ¶ Hi qui ĩ vniuersum ius succedunt heredis loco habentur. clxxi.

In personam seruilem nulla cadit obligatio. ¶ Gñliter probandũ est vbicunq; in bonæ fidei iudicijs cõfertur in arbitrium domini vel procuratoris, eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse. xxiii.

In testamẽtis plenius voluntates testantium interpretantur 3. xii.

In totum oĩa quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt. lxxvii.

In toto & pars continetur. cxiii.

In toto iure generi per speciem derogatur. Et illud potissimũ habetur, qđ ad speciem directum est. lxxxi.

Inuitus 4 nemo rem cogitur defendere. ¶ Cui damus actionẽ, eidẽ & exceptionẽ cõpetere multo magis q̃s dixerit. ¶ Cũ quis in alicuius locũ su ccesserit, nõ est æquũ ei nocere hoc qđ aduersus eũ 5 non nocuit in cui⁹ locũ cesserit. ¶ Plerunq; emptoris eadẽ cã dẽt esse circa petendum ac defendendũ q̃ fuit auctoris. ¶ Quod cui que pro eo prestatur, inuito non tribuitur. cxcix.

Inuito 6 beneficium non datur. lxix.

Is dãnũ 7 dat q̃ iubet dare, ei⁹ vero nulla culpa ẽ, cui 8 parere necesse sit. ¶ Qđ pẽdet, nõ ẽ ꝓ eo quasi sit. cxxx.

Ius nostrum non patitur eundẽ in paganis & testato & intestato decessisse: earumq; rerũ naturaliter inter se pugna est, vt testatus & intestatus quis sit. vii.

Iure 9 naturæ æquum est neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletorem. ccvii.

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. viii.

Libertas inæstimabilis res est. cvii.

Libertas omnibus rebus fauorabilior est. clxv.

Marcellus ait, Desinit debitor esse is qui nactus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. lxvii.

Melior cõditio nostra per seruos fieri potest, deterior fieri non potest. clxxvi.

Minus est actionem habere quàm rem. ccv.

Nec ex prætorio, nec ex solemni iure, priuatorũ ɔ̃uentione quidquam immutandum est, quamuis obligationum causæ pactione põt immutari, & ipso iure & per pacti conuenti exceptionem: quia actionũ modus vel lege, vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc cum inchoatur actio, inter eos conuenit. xxviii.

Nemo alieno nomine lege agere potest. ¶ Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat. clxvi.

Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet. cxciii.

Nemo de domo sua extrahi debet. ciiii.

Nemo videtur, soluendo videri eũ qui defendit xcvi.

Nemo. n. in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit, & c. Melius est §. sub regula, non solet deterior, & c. quàm sit regula ab alijs distincta. lxxxviii.

Nemo ex ijs qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione vti: nisi lex impedit. ¶ Quoties cõcurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna quis experiri debet. xliiii.

Nemo ideo obligatur quia recepturus est ab alio qđ præstiterit. cxxxi.

Nemo potest gladij potestatem sibi datam, vel cuiusli bet alterius correctionis ad alium transferre. lxxi.

Nemo põt mutare ɔ̃siliũ suũ ĩ alterius iniuriã. lxxvi.

Nemo plus cõmodi hæredi suo relinquit, quàm quod ipse habuit. clxiii.

Nemo plus iuris ad aliũ trãsferre põt, q̃ ipse hẽret. lv.

Nemo prædo est qui pretiũ numerauit. ¶ Locupletior non est factus qui libertũ adquisierit. ¶ Cum de lucro duorum quæritur, melior est causa possidentis. clxix.

Nemo q̃ cõdẽnare nõ põt, absoluere potest. xxxviii.

Nemo

Marginal notes (left): .18. §. de castr. pec. — 1 Harme. li. 6. tit. e. non quid non habeat actor. — * l. 24. su- pra titu. proxi. — 2 l. 1. §. de iecisset. sup. de vi & vi ar. vñ apparet hic legendum esse, Deiecit & qui mãdat. In maleficio ratihabitio mandato cõparatur. — l. 9. §. 5. §. locat. Insti. đ leg. Aqui. §. iperitia. — l. 70. sup. đ iur. do. — l. 19. §. de re iud. — Ant. Au. li. 1. c. 7. l. videam⁹ sup. de v. fur. l. do- lo. sup de dol. exce. — In vulg. In his officijs. — l. 24. §. de cond. & dem.

Marginal notes (right): 3 Sic Flo. passiueac cipiendũ. Cic. 2. de Inuen. & contrat. leg. — 4 l. 1. §. 4. sup. de su perf. — 5 Non. vt addẽdũ, vt in vul. libris cũ hic locus negatiue legat. l. 3. §. si quis sup. de i. tin. actu- que priu. — 6 l. solet sup. de of fic. præsi. — 7 l. ĩ frau dẽ. §. vlt. sup. de ijs q. vt ind. l. 37. sup. ad l. Aqu. — 8 An qui pro cui? — 9 l. 14. sup. de cond. indeb. — l Sed & si. sup. de in ius voc. — In vulg. An nemo legitur. — l. 13. §. 6. supra de hered. pe tit.

Nemo videtur fraudere eos qui sciunt & consentiūt. clxxxviij.
Neq; in interdicto, neq; in cęteris causis pupillo nocere oportet dolū tutoris, siue soluēdo est siue nō est clix.
Neq; pignus, neq; depositum, neq; precariū, neq; emptio, neq; locatio suæ rei consistere pōt. ¶ Priuatorum conuentio iuri publico derogat. xlvi.
Neratius consultus, an quod beneficium dare se quasi viuenti Cæsar rescripserat, iā defuncto dedisse existimaret, rñdit, nō videri sibi principē qđ ei quē viuere existimabat cōcessisset, defuncto cōcessisse: quē ñ modū esse bñficij sui vellet, ipsius æstimationē esse. clij.
Nihil consensui tā cōtrariū est, qui & bonę fidei iudicia sustinet, q̄ vis atq; metus, quē cōprobare contra bonos mores est. ¶ Non capitur qui ius publicū sequit. ¶ Non videntur consentire qui errant. cxvij.
Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. ¶ Cū principalis causa non consistit, nec ea quidē quæ sequūtur, locum hab ent. clxxij.
Nihil interest ipso iure quis actionem non habear, an per exceptionem infirmetur. cxiij.
Nihil peti pōt ante id tempus quo per rerum naturā persolui possit. Et cū soluendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito peti non potest. cxlvij.
Nihil tam naturale, est. quā eo genere quidq; dissoluere, quo colligatum est: ideo verborū obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur. xxxvi.
Non alienat qui dūtaxat omittit possessionem. clxij.
Non dēt actori licet q̄ reo nō pmittit. ¶ In re obscura melius est fauere repetitioni, q̄ aduētitio lucro. xlij.
Non dēt alteri p alterū iniqua conditio inferri. lxxv.
Non dēt, cui plus licere, qđ minus est, nō licere. xxij.
Non est singulis cōcedendū qđ p magistratū publice possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. ¶ Infinita æstimatio est libertatis & necessitudinis. cxxxvij.
Non fraudantur creditores cum quid non adquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur. ¶ Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. clxxxvij.
Non oē quod licet, honestum est. ¶ In stipulationibus id tempus spectatur quo contrahimus. clxxxvij.
Non potest dolo carere q̄ imperio magistratus nō paruit. clix.
Non pōt videri desisse hre qui nunq̄ habuit. ccix.
Non potest videri improbus qui ignorat quātum soluere debeat. c.
Non solet deterior conditio fieri eorum qui litem cōtestati sunt, q̄ si nō essent, sed plerūq; melior. lxxxvii.
Nemo. n. persequēdo deteriorē cām, sed meliorē facit. deniq; post litē contestatā hæredi quoq; prospicitur: & hęres tenetur ex omnibus causis. lxxxviij.
Non solent quæ abundant vitiare scripturas. xcv.
Non videtur cepisse, qui per exceptionē remouetur a petitione. xiij.
Non videtur defendere, non tm̄ qui latitat, sed & is qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem. liij.
Non videtur quisq̄ id capere, quod ei necesse est alij restituere. lij.
Non vr̄ rē amittere, cuius propria non fuit. lxxxiij.
Non vr̄ data quæ eo tpe quo dantur accipientis nō fiunt. ¶ Qui iussu iudicis aliquid facit, nō vr̄ dolo malo facere, quia parere necesse habet. cxxvij.
Non vt ex pluribus causis deberi nobis idem pōt, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse. cxx.
Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hæreditatem. vi.
Nullus uidetur dolo facere, qui suo iure utitur. lvi.
Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio est lxxxix.
Nullum crimen patitur is qui non prohibet, cum prohibere non possit. cx.
Numquam actiones præsertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam consumit. xxxiij.
Nuptias non concubitus, sed consensus facit. xxxj.

Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: parū est. n. vt non subuerti possit. cxij.
Omnis hæreditas q̄uis postea adeatur: tñ cū tpe mortis cōtinuatur. ¶ Numq̄ ex postfacto crescit præteriti delicti æstimatio. clxxxi.
Omnes actiones quæ morte aut tēpore pereūt, semel inclusę iudicio. saluæ permanēt. ¶ Non vr̄ perfecte cuiusq; id esse quod ex causa auferri potest. clxxxij.
Omnia fere iura hæredum perinde habentur ac si continuo sub tempus mortis heredes extitissent.
Omnia quæcunq; causę cognitionē desiderāt, p libellum expediri non possunt. lxxiij.
omnia quæ ex testamēto proficiscuntur, ita statū euētus capiunt, si initium quidē sine vitio ceperint. ccii.
Omnia q̄ iure cōtrahuntur, cōtrario iure pereunt. cj.

Parem esse conditionē oportet eius qui quid possideat vel habeat, atque eius cuius dolo malo factū sit, quo minus possideret vel haberet. cxcij.
Pœnalia iudicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt. cxxv.
Plerunq; fit vt ēt ea quę à nobis abire possint, perinde in eo statu sint, atq; non essent eius conditionis vt abire possent. Et ideo qđ fisco obligamus, & vēdicare interdum, & alienare, & seruitutem in prædio imponere possumus. ccvj.
Plus cautionis in rem est, q̄ in personam. xxvj
Prætor bonorum possessorem hęredis loco in omni causa habet. cxvij.
Priuilegia quædā causæ sunt, qdā personæ: & iō qdam ad hęredem transmittuntur, quæ causę sunt, Quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt. clvij.
Pupillus nec uelle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita tutoris auctoritate credit. nā quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est. cl.
Pupillum qui proximus pubertati sit, capacē esse, & furādi, & iniuriæ faciendæ. ¶ In hęredē nō solēt actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: veluit furti, dāni, iniuriæ, ui bonorū raprorū, iniuriariū. cxj.

Qvamdiu possit valere testamentum: tamdiu legitimus hęres non admittitur. xc.
Quatenus cuiusque intersit, in facto non iure consisti. xxv.
Quæ ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu conualescere non potest. ccx.
Quæ dubitationis tollēdæ causa contractibus inserūtur, ius commune lædunt. lxxxiij.
Quæ legata mortuis nobis ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos ijs quorum in potestate sumus eodem casu adquirimus, aliter atque cum stipulati sumus: nam & sub conditione stipulātes oī modo eis adquirimus: etiam si libertate nobis præstita à dominis conditio existat 1. xxviij.
Quæ 2 propter necessitatē recepta sunt, non debēt in argmentum trahi. cxxij.
Qui 3 actionem habet ad rem recuperandam: ipsam rem habere videtur. xv.
Qui auctore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est. clxxx.
Quidqud calore iracundiæ uel fit, uel dicitur, non prius ratum est, q̄ si perseuerantia apparuerit iudiciū animi fuisse: ideoque breui reuersa uxor, nec diuertisse uidetur. xlix.
Qui cum alio cōtrahit, uel est, vel ęsse debet nō ignarus conditionis eius: hæredi autē eius hoc imputari non potest: cum non sponte cum legatarijs cōtrahit. ¶ Non solet doli exceptio nocere his quibus voluntas testatoris non refragatur. xx.
Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur quia pro possessione dolus est. clxx.iiij

Marginal notes:

l. 8. c. 17. infra. eo.
l. 188. supra eo.
l. 13. & 14 supra de in iurijs.
l. 71. supra ti. px. In vulgatis. Nō uidet
l. si pupillus §. de verbo. obli.
l. pen. sup. de oblig.
l. 15. sup. de cōd. & demon. Aug. li. 4. c. 9.
l. 138. supra eod.
l. 9. §. 1. de of. pcōs.
l. 29. supra eod.
l. 56. sup. mandat.
1 Perperā hic ī vul. edidi: additus l. Si filius fami. q̄ est. l. 78. sup. de verb. ob. nam nec in antiq. nec in manuscr. extat. nec eam Bulga interpretatus est.
2 l. 5. eod. 167. & 169.
3 l. is qui actionē.

Qui in alterius locum succedunt, iustam habent cām ignorantiæ: an id qđ peteretur deberetur. ¶Fideiussores quoq; non minus q̄ hæredes, iustā ignorantiā possunt allegare. hæc ita de hærede dicta sunt si cū eo agetur: nō ēt si agat, nam plane qui agit, certus esse dēt, cū sit in potestate eius qñ velit experiri: & ante dēt rem diligēter explorare: & tūc ad agendū procedere. xliij.
Qui in ius dominiūve alterius succedit, iure eius vti debet. ¶Nemo uidetur dolo exequi, q ignorat causā cur non debeat petere. cxxxvij.
Qui in seruitute est, usucapere non potest. nā cum possideatur possidere non videtur. clxj.
Qui non facit quod facere dēt, vr̄ facere aduersus ea: quia non facit. & qui facit quod facere non dēt: non videtur facere id qđ facere iussus est. clxiij.
Quintus Mutius Sempronio. Quo tutela redit, & c. in regula. Quo tutela redit, quæ est. lxxiiij.
Qui per successionem quamuis longissimam defūcto heredes constiterunt, non minus heredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes extiterint. clv.
Qui pōt facere ut possit conditioni parere: iam posse videtur. ¶Quod quis si uelit hr̄e non potest, id repudiare non potest. cxxxv.
Qui potest inuitis alienare: multo magis & ignorantibus & absentibus potest. xxvij.
Qui rem alienam defēdit, nunq̄ locuples hr̄. cxxvij.
Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat: non videtur moram facere. lxiij.
Qui tacet, non vtique fatetur: sed tamē uerum est eū non negare. clxxv.
Qui vetante prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse proprie dicitur. ¶Eius est actionem denegare, qui possit & dare. cij.
Quod à quoquam pœnæ nomine exactū est, id eidem restituere nemo cogitur. xlvij.
Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habētur: non tamen ex iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt. xxxiij.
Quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentia. clxxiij.
Quod euincitur in bonis non est. cli.
Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. xxx.
Quod ipsis qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstabit. clxxxvj.
Quod iussu alterius soluitur, pro eo est quasi ipsi solutum esset. cxlj.
Quod nullius esse potest, id ut alicuius fieret, nulla obligatio ualet efficere. cxliiij.
Quod quis, dum seruus esset, egit: proficere libero facto non potest. clxxxix.
Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. cciij.
Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit, nisi cum feminę hæredes intercedūt. Nemo pōt tutorē dare cuiq̄ nisi ei quem in suis hæredibus cum moritur habuit, habiturusve esset si vixisset. ¶ Vi factū id vr̄ esse, q de re quis cum prohiberetur, fecit. Clam, quod quisque cū controuersiā haberet, habiturū ve se putaret, fecit ¶ Quæ in testamento ita scripta sunt, vt intelligi nō possint: perinde sunt ac si scripta non essent. ¶ Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquā alteri cauere potest. lxxiiij.
Quotiens dubia est interpretatio libertatis, secundū libertatem respondendum erit. xxj.
Quotiens duplici iure deferturalicui successio, repudiato nouo iure, qđ ante deferr̄, supererit vetus. xcij.
Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimū accipiatur, quæ rei gerēdæ aptior est. lxviij.
Quotiens nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est quod minimum habet iniquitatis. ccj.
Quotiens vtriusque cā lucri ratio vertitur: is præferendus est cuius in lucro causa tēpore pcedit. xcix.

Regula est quæ rem quæ est, breuiter enarrat. non vt ex regula ius sumatur: sed ex iure quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerū narratio traditur. Et (vt ait Sabinus) quasi causæ coniectio 1 est, q simul cum in aliquo vitiata est, perdit officiū suū. j.
Res 2 iudicata pro veritate accipitur. ccvij.

Secundum naturam est commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. x.
Semper 3 in coniunctionibus, non solum quod liceat, considerandum est: sed & quod honestū est. clviij.
Semper in dubijs benigniora preferenda sunt. lvij.
Semper generalibus specialia insunt. cxc.
Semper in obscuris quod minimū est sequimur. ix.
Semper in stipulationibus, & in cæteris contractib. id sequimur quod actum est, aut si non appareat quid actum est, erit consequens vt id sequamur quod in regione in qua actum est, frequentatur. Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id qđ minimum est, redigenda summa est. xxx.
Semper qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur: Sed & si quis ratum habuerit quod gestum est, obstringitur mandati actione. lxj.
Seruitutem mortalitati fere comparamus 4. ccx.
Seruus Reipublicæ causa abesse non potest. ccxij.
Sicuti pœna ex delicto defuncti hęres teneri nō dēt: ita nec lucrum facere si quid ex ea re ad eum peruenisset. xxxix.
Si filiusfamilias sub conditione stipulatus emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio, patri actio cōpetit: quia in stipulationibus id tempus spectatur quo contrahimus. xix.
Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est: præponenda est causa æstimationis. vbi aūt æquiparantur famosa iudicia. & si summam rei disparem habeant, pro paribus tamen accipienda sunt. cv.
Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset: nihil noceret quominus & reus & fideiussor teneantur. xciij.
Si nemo subijt hæreditatem: omne ius testamenti soluitur. cxlij.
Si quis obligatione liberatus sit, potest uideri cepisse. ¶ Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoueri. cxvj.
Si quis prægnantem uxorem reliquit, non uidetur sine liberis decessisse. cxlvij.

Totiens in hæredem damus 5 de eo quod ad eum peruenit: quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex suo. xlv.

Vani timoris iusta excusatio 6 non est. cxlvi.
Vbicunque causæ cognitio est, ibi prætor desideratur. cvi.
Vbi lex duorum mensium fecit mentionem: & qui sexagesimo & 7 primo die uenerit, audiendus est. ita etenim Imperator noster Antoninus cum diuo patre suo rescripsit. cij.
Vbi non uoce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest videri respōdere. Idem & in surdo hic quidem responderi potest. ¶ Furiosus absentis loco est: & ita Pompo. lib. 1. epistolarum scribit. clxvij.
Vbi pugnantia inter se in testamento inueniuntur, neutrum ratum est. ¶ Quæ rerum natura prohibētur nulla lege confirmata sunt. cxxlix.
Velle non creditur qui obsequitur imperio patris uel domini.
Verum est neque pacta neque stipulationes factum posse tollere: quod. n. impossibile est, neque pacto neque stipulatione potest comprehendi, ut utilem actio nem aut pactum efficere possit. xxxij.
Vni duo pro solido hæredes esse nō possunt. clxxxiiij.

Marginal notes:

l. 8. sup. đ bon. poss.

Arist. 1. Polit. c. 3.

l. Quod vero. sup. de leg.

l. vlti. sup. de vsur. Ant. Aug. li. cap. 4.

1 Sic Flor. causę collectionis meminit Asco. & Gel. l. 5. c. 10. Græci manuscr. & vulg. hic legūt, cōiunctio.

2 l. 25. supra đ sta. hom. 3. l. 42. supra de ritu. nup.

4 Adsimulam. l. 59. sup. de con. dem.

l. 89. sup. eod. l. 2. sup. de calum.

5 eleganter subaudit actionem. l. si qs ab alio. sup. đ re iudi.

6 in đ. l. 13. de re iud. legiē extimatio.

7 Græci dūtaxat habent sexagesimo die, q lectionē plerique magis amplectunt.

FINIS.

CLEMEN-